144

MAJER ISTVÁN

ESZTERGOMI KANONOK

GYŰJTEMÉNYE.

1876.

VEGYES NYOMTATVÁNYOK.

B. (negyedrét) ..... kötet.

Tartalom:

Főpásztori levelek.

1. Pro directione venerabili Cleri. 1857.
2. Decretum – Joannes Card. Scitovszky. 1855
3. Repraesentationes suae Majestati Sacratissimae
4. Felhivás zarándok útra Maria Czelbe – János primás 1857.
5. Protocollum conferentiarum quas Episcopi celebrarunt – Strigonii 1850.
6. Rationes de fundo auxiliari sacerdotorum 1857.
7. Paulay contra Hellemenfyné perirataiból.
8. Ugyanaz.
9. Sacratissima caesareo regia apostolica Majestas! Joannes Scitovszky 1852.

10. Sacratissima caesareo regia apostolica majestas - Joannes Scitovszky 1852. -
11. Ugyanaz.
12 "
13. "
14 "
15. Instructio Clero Curato - Leges matrimoniales
16. Instructio pro judiciis Ecclesiasticis
17. Erlass an das fürsterzbischöfliche Ehegericht - J. Othmár
18. An das Hoch löbl. Fürstbisch. Consistorium in Gran (levélbörité)
19. Főpásztori levél Scitovszky érsektől 1856 festo S. Luciae.
20. " " " " 1861 febr. 7.
21 " " " " 1861 maj 6.
22 " " " " 1861 jan 11.
23. " " " " " festo purif. B. M. V.
24 " " " " " " Conversionis S. Pauli
25. " " " " 1861 aug 19.
26. " " " " 1861 sept 20.
27 " " " " 1861 martius 11.
28 " " " " 1861 " 28.
29 " " " " 1861 oct 29.
30 " " " " 1861 nov. 13.
31. " " " " 1861 dec 3.
32 " " " " 1861 febr 27.
33. " " " " 1861 apr 11.
34. " " " " 1861 jul 10.
35 " " " " 1861 nov 26.
36 " " " " 1861 jan 20.
37 " " " " 1861 sept 13.
38. " " " " 1861 juli 27.
39. " " " " 1860 festo S. Agnetis.
40 " " " " 1860 mart. 3.

41. Főpásztori levél Scitovszky érsektől Esztergom 1860 febr 18.
42 " " " " " 1860 mart 12.
43 " " " " " 1860 apr. 12.
44 " " " " " 1860 maj 1.
45 " " " " " 1860 maj 5.
46 " " " " " 1860 jul 14.
47 " " " " " 1860 juni 8.
48. " " " " " 1860 juni 18.
49. " " " " " 1860 juli 4.
50 " " " " " 1860 festo S. Jacobi.
51. " " " " " 1860 aug 5.
52. " " " " " 1860 aug 16.
53. " " " " " 1860 sept 9.
54 " " " " " 1860 oct 3.
55 " " " " " 1860 " 9.
56 " " " " " 1860 " 24.
57 " " " " " 1860 " 24.
58 " " " " " 1860 nov. 1.
59 " " " " " 1863 nov 24.
60 " " " " " 1860 dec 10.
61 " " " " " 1860 dec 18.
62 " " " " " 1860 jan 20.
63 " " " " " 1857 mart 16.
64. Egy befejezetlen Rézirat.
65. Ugyanaz.
66. Főpásztori levél Scitovszky érsektől Esztergom 1857 apr 23.
67 " " " " " 1861 festo S. Stephani
68 " " " " " 1861 oct 9. én

[signature]

BIBLIOTHECA E. M. STRIGON.

Fogaptori levelei

Pro directione Venerabilis Cleri.

Die 4-a Maji a. c. tempore laetissimi Suarum Sacratissimarum Majestatum **Francisci Josephi** et **Elisabethae Amaliae** Budam adventus circa ½4-am, speciali solemnis ingressus Programmate publicatam, DD. Archi- et Episcopi, VV. item Capitulorum Deputati, qui in festivo ingressu cum curribus partem capient, Pestini in designando loco (festiva talari et pallio ecclesiastico provisi) convenient, et designata serie procedent.

Dum Suae Sacratissimae Majestates Palatium Budense ingressae fuerint, tum DD. Episcopi ac reliqui etiam Dignitarii in ejusdem Palatii majore conclavi congregabuntur, ac oratore Cardinali Primate Regni, cum DD. Magnatibus et Nobilibus devotissima sua homagia Suis Sacratissimis Majestatibus offerent.

Post haec DD. Episcopi in Sacristia Ecclesiae arcensis sument rochetum, stolam, pluviale et infulam Suas Sacratissimas Majestates subin ad Ecclesiam deducturi; Capitulares vero et alii Dignitarii Ecclesiastici in oratorio destinatum sibi locum occupabunt.

Venturis ad Ecclesiam Suis Sacratissimis Majestatibus Cardinalis Primas Regni porriget Crucifixum et aspergillum; tum procedent ad aram majorem hoc ordine:

Caeremoniarius,
Cruciger A. Eppalis inter duos Accolythos,
Infulistae Episcoporum,
Post hos Episcopi,
Archi-Episcopi,
Infulista et Pastoralista Primatialis,
Duo Diaconi,
Archi-Presbyter,
Duo assistentes Episcopi,
Cardinalis Primas Regni,
Episcopus crucem apostolicam Suae Sacratissimae Majestati praeferens.

Ubi ad aram majorem ventum fuerit, Cardinalis Primas intonat hymnum Ambrosianum, a choro musico prosequendum; quo finito dicentur versiculi:

℣. Benedicamus Patrem, et Filium cum S. Spiritu Alleluja.
℟. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.
℣. Salvum fac Domine Imperatorem et Regem nostrum Franciscum Josephum.
℟. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Oratio.

Deus, cujus misericordiae etc.
Quaesumus omnipotens Deus etc.

Dein exponitur Sanctissimum in ostensorio, datur benedictio cum „Sit nomen Domini“ et post hanc eodem ordine, ut prius, Suae Sacratissimae Majestates ad fores Ecclesiae deducentur.

Budae die 1. Maji 1857.

E Cancellaria Primatiali.

Budae, typis C. R. Universitatis Pestinensis. 1857.

BIBLIOTHECA E.M. ...GON.

Nr. 4400.

DECRETUM.

In nomine sanctissimae Trinitatis, et individuae Unitatis, Amen.

JOANNES B. SCITOVSZKY

DE NAGY-KÉR

SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE TITULI S. CRUCIS IN JERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS, DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPUS STRIGONIENSIS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI R. A. PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. A. MAIESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, ORDINUM RELIGIOSORUM PER ECCLESIASTICAS PROVINCIAS STRIGONIENSEM, COLOCENSEM, AGRIENSEM ET ZAGRABIENSEM VISITATOR ET DELEGATUS APOSTOLICUS, AA. LL. ET PHILOSOPHIAE, NEC NON SS. THEOLOGIAE DOCTOR etc. etc.

Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus haec scire necessarium est, universis: Nos per Sanctissimum Dominum nostrum Ecclesiam Dei feliciter gubernantem Pium Papam IX. ad clementer manifestatum gloriose regnantis Augustissimi Imperatoris et Regis nostri Apostolici desiderium in Visitatorem apostolicum omnium ordinum Regularium per Provinciam Strigoniensem, Colocensem et Agriensem Brevi Apostolico de 25-a Junii 1852 benigne delegatos, ex quo gravissimum hoc munus Deo volente auspicati sumus, cumprimis Constitutiones summorum Pontificum, et Decreta sacri Concilii Tridentini, item spiritum approbatarum ab Ecclesia regularum et statutorum cujusvis Ordinis in revehenda pristina disciplina sequi, effectuique dare animo proposuisse, et constanter ad praesentem diem adlaborasse.

Postquam igitur visitationem Archicoenobii s. Martini de sacro Monte Pannoniae Ordinis s. Benedicti in propria persona suscipere, eique Capitulum Congregationis praemittere constituissemus: fiducia in Deo locata, et praemissis praemittendis, idem Capitulum 30. Septembris et sequentibus in Conventu s. Martini sub nostro praesidio celebravimus, ut, quae ad renovandum disciplinae regularis vigorem, communemque prosperitatem promovendam opportuna viderentur, auditis Patrum capitularium consiliis cum fructu visitationis apostolicae statueremus.

Quo in negotio imprimis expedire visum fuit, ut ratio observantiae regularis per Statuta irrefragabilis auctoritatis definiretur. Etsi autem Archiabbatia haec olim Statutis propriis teste historia non caruerit: priori tamen jam saeculo usque ad suppressionem anno 1786 factam, codice legum ab auctoritate ecclesiastica profecto fuisse destitutam pro certo tenetur; a restituta demum a. 1802 Congregatione, capite et membris cum difficultatibus partim renascentis Ordinis, partim novae destinationis literariae luctantibus, vota condendorum statutorum initiata quidem fuere anno 1811 et 1822, nihilominus ob incidentes sedis archiabbatialis vicissitudines effectum usque ad annum 1836 sortiri non potuerunt; in quo tandem auctoritate Thomae Archiabbatis, et Capituli tum celebrati publicata fuere. Haec cum nobis exhibita fuissent, praeterquam quod approbatione apostolica haud essent munita, ob mutatam admodum rationem temporum denuo recensenda, et variis determinationibus augenda videbantur, quae missionis nostrae apostolicae ratio postulat; prout hisce eadem, auditis Patribus capitularibus, reipsa recensemus, augemus, et auctoritate Visitatoris apostolici universis membris Archiabbatiae s. Martini, et huic unitarum Abbatiarum Ordinis s. Benedicti rite observanda praescribimus in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti.

BIBLIOTHECA E.M. BRIGONIS

STATUTA.

CAPUT I.

Summa sacrae Regulae S. P. Benedicti.

1. Benedictinum spiritus facit benedictinus: quo qui animatus est, contra concupiscentiam carnis et oculorum, et contra superbiam vitae, tamquam moralis regni Dei impedimentorum totidem fontes depugnat ita, ut obligationes et officia in specie benedictina amet, iis delectetur, eaque omni studio et virium contentione semper et ubique explere adnitatur.

2. Obligationum benedictinarum princeps est conversio morum. Qui per continuum perfectionis et sanctitatis studium mores saeculares in religiosos commutat, qui habitus malos exuit, pravas inclinationes et propensiones evellit, inordinatos animi affectus et passiones domat; qui cum Apostolo dicere audet: „Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus," hic vere Benedictinus est.

3. Benedictinus porro a saeculi actibus se facit alienum. Reg. C. 4. Nihil sollicitius curat, quam ne de mundo sit, dum in mundum prodit, et cum mundo agit. Angustias cellae cum vita activa ita sociare novit, ut generi humano quamplurimum prosit.

4. Characteristica Benedictini virtus obedientia est; humilitati ex animo studens se omnibus inferiorem reputat; bonum quod in se videt, Deo attribuit, malum vero sibi imputat. Reg. Cap. 4. et 7.

BIBLIOTHECA E.M. BRIGONIS

5. Benedictinus Deum toto corde diligens sollicitus est ad opus Dei, cui nihil praeponit. Reg. Cap. 58. — Charitatem fraternitatis casto impendit amore; infirmitates fratrum seu illae corporum seu morum sint, patientissime tolerat; et proximum diligit sicut seipsum. Reg. C. 4. et 72.

6. Benedictinus zelum bonum, qui separat a vitiis, et ducit ad Deum, constantius colit, et ita profectui suo intendit, ut etiam aliis prodesse possit. Studiis rectos praefigit fines. Mabillon de studiis monasticis.

7. Benedictinus orationi frequenter incumbit; Reg. C. 4. Quidquid agendum inchoat bonum, a Deo perfici instantissima oratione deposcit. Reg. Prol. Castitatem amat; praesidia quoque et media ejusdem diligit Reg. C. 4. Omni se exuit proprietate, et nihil detinet, quod Abbas non dederit, aut permiserit. Reg. C. 33.

8. Denique Benedictinus magistram sequitur Regulam a s. Benedicto pro Ordine hoc praescriptam, nec temere ab ea declinat Reg. C. 3. Observat minima quaeque, probe gnarus e transgressione minorum gradum fieri ad transgressiones majores. Vitam aeternam omni concupiscentia spirituali desiderans quaevis officia sua ita obit, ut in omnibus glorificetur Deus. Reg. C. 57.

CAPUT II.

Novitii.

A bona educatione pendet omnis religiosorum Ordinum felicitas et stabilitas, salus item singulorum. Quare ad sacrum Ordinem non alii admittantur, quam bonam educationem nacti, bonorum morum juvenes, quos singulari erga sacrum Ordinem amore a prima aetate ferri constiterit; amoris enim et reverentiae erga electum vitae genus affectus, fortissimum est ad ardua quaeque subeunda incitamentum; securissimum contra saeculi impetus praesidium; sed et efficacissimum resipiscendi, si quem labi contigerit, remedium. — Ceterum de receptione novitiorum ad habitum et professionem Sacra Congregatio Cardinalium „Super statu Regularium," auctoritate Sanctissimi Domini nostri Pii Papae IX. duo edidit Decreta 25. Januarii 1848, quorum alterum testimoniales literas Ordinariorum requirendas praecipit in receptione illorum, qui ad habitum admitti postulant, et est universale; alterum autem praescribit

modum recipiendi novitios tam ad habitum quam ad professionem, quod pro Italia et Insulis adjacentibus publicatum ob sapientissimas leges et cautelas hisce adjunctis accommodatur.

Lex servanda in admittendis novitiis ad habitum

1. Omnis, qui ad Ordinem recipi postulat, obligatur exhibere, vel Superiores Ordinis pro eo petere testimoniales literas ab Ordinariis tam originis quam loci, in quo commoratur, impetratas; qui si dicant postulantes a se non nosci, valebit accurata informatio et fidedigna relatio eorum, quos Ordinarii ad hoc deputaverint.

2. Praefatae literae perhibere debent testimonium de postulantis natalibus, aetate, moribus, vita, fama, conditione, educatione, scientia; an sit adspirans aliqua censura, irregularitate, aut alio impedimento canonico irretitus, aere alieno gravatus, vel reddendae administrationis rationi obnoxius.

3. Nullus ad assumendum habitum religiosum admittitur, qui duplici scrutinio probatus non fuerit.

4. Hoc fine quolibet triennio in Capitulo votis secretis duo Collegia Examinatorum deligentur ex illis Religiosis, qui sunt probatae vitae, prudentia, gravitate, et zelo disciplinae regularis praediti.

5. Utrumque Collegium numeret septem praeter Praesidem Examinatores. Ad utrumque vi Constitutionis apostolicae eliguntur duo vel ex Abbatibus vel Decanis Congregationis. Si autem vel per obitum vel translationem, aut quacunque de causa numerus Examinatorum deficiat, compleri poterit jam ante Capitulum per secreta suffragia Capituli conventualis.

6. Primi Collegii Praeses erit ex electis Fratribus ille, quem Archiabbas hoc officio ornaverit; alterius autem ipse Archiabbas.

7. Cum aliquis ad habitum recipi postulaverit: Praeses primi Collegii Examinatorum jussu Archiabbatis exquiret et recipiet documenta necessaria, et diligenter inquiret juxta praescriptum Constitutionum apostolicarum, in specie Sixti IV. Gregorii XIV. et Clementis VIII. circa illius qualitates, utrum nempe ab omni defectu et impedimento immunis sit, et necessariis dotibus praeditus, religioso statui idoneus, ac etiam an amore perfectioris vitae et Deo liberius in Religione serviendi, seu potius levitate aut necessitate vel alio inordinato fine ductus admitti postulet. Finita investigatione Praeses primi Collegii praefata documenta et informationes tradat saltem tribus sui Collegii Examinatoribus, exclusis illis, qui postulantis sunt consanguinei vel affines, absque ullo partium studio serio expendendas.

BIBLIOTHECA E.M. SYRACUSIS

8. Indicto examinis die, Praeses cnm delectis a se Examinatoribus conveniet, et postquam ipse et alii Examinatores juraverint ad sancta Dei Evangelia : se quacunque affectione humana postposita, fideliter munus executuros, postulantem juxta Institutionem a sacra Congregatione Cardinalium „Super Statu Regularium" editam examinent, quae sequens est:

a) Examinatores primi Collegii seu Examinator deputatus, interrogent postulantem de ejus nomine, parentibus, patria, et aetate, diligenter postulantis voluntatem explorent, et praesertim an coactus an seductus sit, et quó spiritu. quo consilio, qua ratione ad statum religiosum ducatur, et utrum aliquam cognitionem habeat obligationis Votorum, quae deinceps emittere debet.

b) Si recipiendus uti Clericus Religionem ingredi postulet, inquirant Examinatores vel Examinator: an eam literarum scientiam calleat, aut ejus addiscendae spem indubiam praeseferat, ut minores et suis temporibus majores ordines juxta Decreta sacri Concilii Tridentini suscipere valeat. Quodsi agatur de admittendis ad habitum Conversorum, an saltem praecipua doctrinae Christianae capita noverint. Quoad omnes vero, praesertim quoad postulantes provectioris aetatis Examinatores vel Examinator sagacius, sed prudenter curent odorari, si recte de catholica doctrina sentiant, prout conditio cujusque personae postulat.

c) Exquirant a postulante, utrum ejus parentes, vel alter eorum vivat, quam artem et professionem exerceant, vel exercuerint, et an adeo pauperes sint, ut filii subsidio indigeant.

d) Exquirant etiam a postulante ejus conditionem, statum, an habeat in saeculo media sufficientis sustentationis, si sit aere alieno gravatus, an et quam artem vel professionem exerceat, an alicui religioso instituto nomen dederit, vel saltem uti novitius illius habitum induerit, vel erèmitarum habitum susceperit, utrum fuerit inquisitus, aliqua nota, infamia, irregularitate irretitus, gravi morbo affectus.

e) Videant an postulans notabili deformitate laboret, utrum aliquod signum valde infirmae valetudinis, vel fatuitatem praeseferat, et cetera exquirant, quae in respectivis Constitutionibus de admittendis ad habitum, in eorum personali examine exquirenda praescribuntur.

f) Verum licet ex hujusmodi personali examine, si diligenter fiat, plura agnosci possint, et in scrutinio, de quo in articulo III. primae partis decreti: „Regulari disciplinae" de eodem personali examine ratio omnino habenda sit : tamen praeter illud a Praeside primi Collegii exquirenda sunt documenta, et informationes, prout in eodem articulo III. praescribitur, et reliqua omnia perficienda, quae in enunciatis decretis cum suis declarationibus decernuntur.

Postulante ab examinis loco dimisso, ejus documenta, qualitates et requisita, aliaque, quae superius notata sunt, iidem Examinatores serio expendant, et deinceps per secreta suffragia judicent, an dignus sit, qui approbetur, super quibus omnibus Praesidis et aliorum Examinatorum conscientia graviter onerata maneat. Is autem probatus duntaxat intelligatur, qui saltem unum suffragium supra medietatem obtinuerit.

9. Si vel ob loci distantiam, vel ob expensas, aliamque rationabilem causam Candidatus ab accessu personali ad locum examinis dispensandus esse videatur: Archiabbas poterit deputare Religiosum sui Ordinis, quem in Domino indoneum judicaverit, ad Examen cum Candidato suscipiendum, si Collegium Ordinis in loco reperitur, ubi Candidatus moratur; secus aliquam personam ecclesiasticam sive ex Clero seculari, sive ex Clero regulari, dummodo Episcopus loci, vel ejus Vicarius generalis eam idoneam judicaverit, transmissa Examinatori deputato institutione circa ea, super quibus postulans examinandus erit. Verumtamen Religiosus, aut alia persona ad examen deputata transmittere tenebitur rationem examinis ab ipso subscriptam, juramento firmatam, qua profiteatur, sese fideliter munus suum adimplevisse, quacunque humana affectione postposita. Quibus peractis Archiabbas dictam relationem Collegio primi scrutinii exhibebit, ut scrutinium in reliquis, ut ante dictum, perficiatur, et cetera omnia quae in decretis praescribuntur, omnino serventur.

10. Si postulans scrutinio probatus fuerit, examen et scrutinium scripto fideliter exaratum, Praeses et unusquisque ex Examinatoribus manu propria subscribet, declarando etiam, sese omnia requisita a sacris Canonibus, Constitutionibus, Decretis apostolicis, Regulis et Statutis praescripta, debito modo examinasse: hujusmodi vero relationem examinis et scrutinii, et respectivam declarationem iureiurando confirment. Quibus peractis Praeses praefatam relationem et declarationem una cum authenticis documentis ad Archiabbatem transmittet.

11. Cum Archiabbas relationem examinis et scrutinii ac enunciatam superius declarationem cum authenticis documentis receperit, ipse omnia accurate percurrat, ac per singulas partes expendat, per secretas etiam inquisitiones sedulo investigando, num tenor decretorum servatus fuerit, et an adversus Candidatum et primum scrutinium aliqua exceptio inveniatur. Quibus peractis Archiabbas praefatam relationem, declarationem, et documenta ac requisita tradet tribus saltem sui Collegii Examinatoribus, ut omnia diligenter discutiant et expendant. Postea vero indicto die convenient, et praestito tam ab Archiabbate, quam ab assumtis Examinatoribus, ut supra, juramento, reque mature perpensa, per secreta suffragia definiant, an approbatio facta in primo

scrutinio confirmanda sit, vel revocanda; super quibus omnibus conscientia Archiabbatis et Examinatorum graviter onerata remaneat. Tunc autem approbatio confirmata intelligatur, quando ejus favore saltem unum suffragium supra medietatem habeatur.

12. Archiabbas poterit Candidatum ex justis et rationabilibus causis rejicere, licet fuerit ab Examinatoribus in utroque scrutinio probatus; nunquam vero admittere eum, qui fuerit ab Examinatoribus reprobatus.

13. Ut vero Candidatus definitive ad habitum admittatur, praeter praescriptam legem et formam, cui omnes omnino se conformare debent, servanda etiam erunt, si quae a constitutionibus Ordinis circa receptionem ad habitum ulterius praescribuntur.

14. Archiabbas quolibet anno post receptionem, ad sacram Congregationem „Super statu Regularium" (medio Visitatoris, durante visitatione) summarie referat de singulis novitiis ad habitum receptis, de unniuscujusque aetate, patria, aliisque qualitatibus, et respectivis documentis, nec non de actis confectis pro receptione et observatione hujus decreti.

Lex servanda in admittendis novitiis (alumnis non professis) ad professionem.

15. Quicunque ex Religiosis cognoverit novitium ordinis aliquo impedimento vel gravi defectu praeditum esse ad religiosum statum rite assumendum: impedimentum ipsum et defectum Superiori manifestare tenetur; qui denunciantis nomen secretum teneat.

16. Quovis tertio mense circa finem vergente Magister novitiorum de novitiis; Consessus vero literarius de reliquis alumnis improfessis quolibet semestri informationem praestet.

17. Duobus mensibus ante professionem iussu Archiabbatis Prior, vel alter idoneus religiosus alumni voluntatem diligenter exploret, an coactus, an seductus sit, quo spiritu ad statum religiosum ductus, an sciat quid agat, an obligationes status religiosi et regulae agnoscat; secreto audiat tum Magistrum novitiorum, tum coalumnos, nec non Religiosos circa Candidatum ad professionem admittendum. Quo facto Prior omnes professos ad Capitulum locale convocet, ut Conventuales per secreta suffragia declarent, an alumnus ad professionem admitti possit. Deinceps omnium actorum et resultantium relationem scripto exaratam propria manu subscribat, quin tamen eos, qui secreto deposuerint, ullo modo in aliquod discrimen adducat.

19. Hujusmodi relationem sibi praesentatam Archiabbas tradat Praesidi primi Collegii Examinatorum; qui rursus eam cum tribus saltem Examinatoribus sui Collegii communicet, et condicto die convocet eosdem, et praestito ab omnibus superius enunciato juramento, Magister novitiorum, vel respectivus Superior referat de Candidati agendi ratione in alumnatu servata, de ejus libertate, vocatione, et idoneitate ad statum religiosum, et declaret, utrum ipse in Domino existimet novitium ad professionem tuto admitti posse. Quo praestito Praeses deinceps et Examinatores per secreta suffragia definiant, an Candidatus alumnus necessariis dotibus praeditus sit, ut ad professionem tuto admitti possit, super quo eorum conscientia graviter onerata remaneat.

19. Si postulans probatus fuerit, Praeses de omnibus instructum reddat Archiabbatem, qui ulterioribus informationibus quatenus necessarium judicaverit requisitis, approbationem revocet vel confirmet prout in Domino judicaverit, quin tamen unquam permittere possit professionem alumni, qui ab Examinatoribus primi Collegii reprobatus fuerit.

Disciplina novitiorum.

20. Taliter, ut supra dictum, susceptorum novitiorum curam gerat Magister, qui decem saltem a professione sua annos cum laude in sacro Ordine emensus est, qui aptus sit ad lucrandas animas, et super sibi commissis omnino curiose intendat, an vere Deum quaerant Reg. C. **58.**

21. Magister novitiorum a quovis alio officio liber, suoque in munere ab aliena directione independens, suos in Religione, bonis moribus, ac regulari disciplina tam verbo quam exemplo informet. Doceat eos, quomodo Deus in spiritu et veritate adorandus; quomodo Sacerdotibus ad aram pie, decenter, ac ad fidelium aedificationem ministrandum; quomodo Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae cum fructu frequentanda. Sollicite curet, ut haec aliaque Religionis, vitae monasticae, et urbanae conversationis exercitia non solum addiscant, sed etiam ferventer vivo horum sensu animati exequantur.

22. Provideat quemvis pro ratione indigentiae, et capacitatis suae apto libro spirituali; nec admittat, ut quis alios, quam quos aut ipse dederit, aut probaverit, legat. Utque lectio fructum salutarem consequatur, identidem exponat, quomodo et qua ratione eam institui oporteat.

23. Cum otiositas inimica sit animae, Reg. C. **48.** novitiorum omne tempus ita dividat, ut praeter horas necessariae animi relaxationi concessas majorem hujus partem spiritualibus, reliquam studiis impendant. Finem quippe Benedictinorum sic assequentur, si pietatem cum eruditione conjunxerint. Quare ipso probationis anno alumni tempus necessariis utilibusque impendere

discant : quo deinceps jugiter laboribus vacare in deliciis habeant. Hunc in finem horis antemeridianis praemissa universi sacri Ordinis historia explanet eis sensum, spiritumque Regulae s. Patris Benedicti, imo graviora hujus capita memoriae mandari faciat, doceatque, qua ratione in omnibus exterius, interiusque se actionesque suas vocationi suae conformes reddere valeant, et debeant. Horis vero pomeridianis tractare poterunt linguam latinam, graecam, et germanicam, adhibendo Chrestomathiam e sanctis Patribus, aliisve probatis auctoribus. Denique aliquot per hebdomadem vicibus in cantu ecclesiastico item in ceremoniis Ecclesiae exerceantur.

24. Novitiis liberum sit vel Magistro suo, vel Spiritualibus ab eo commendatis a Praelato tamen approbatis confiteri.

25. E mente sacrae Regulae Cap. **58.** probentur in omni patientia, ideoque interdum viliora quoque opera ipsis cum discretione injungantur, nullamque prorsus absque scitu et praesentia Magistri vel ejus vicesgerentis cum quibuscunque Conventus individuis aut saecularibus communionem praesertim extra monasterium foveant.

CAPUT III.

Clerus junior.

1. Evoluto annuo novitiatus curriculo ut studentes Clerici in spiritu Religionis proficiant, prudens iis, et zelosus Exhortator deputetur, qui diebus confessionum idonea dictione eosdem ad custodiendam animae puritatem, et rectam studiorum intentionem, ad Dei gloriam, et animarum fructum unice directam, identidem excitet; in spiritualibus manuducat, adhortetur, arguat, obsecret, prout in Domino necesse judicaverit.

2. Munere hoc Prior Conventus defungatur, qni simul curabit, ut conversatio Clericorum a regulis in novitiatu perceptis non abludat, commendataque ibi devotionis exercitia in altioribus classibus inomisse continuentur.

3. Tempore studiorum imo alias quoque studentes Clericos Superior loci frequenter invisat, et videat, ne forte inveniatur frater acediosus, qui vacat otio aut fabulis, et non est intentus lectioni. et non solum sibi inutilis est, sed etiam alios extollit Reg. C. **48.**

4. Religiosorum praesertim studiis vacantium claustra nulla re magis quam silentio commendantur. Quapropter istud in ambitibus, atrio, et cubiculis ita observetur, ut clamorosa vox, et strepitus nusquam audiatnr, et completo diei officio nulla sit licentia cuiquam loqui aliquid. Reg. C. **42.**

5. Alumni studentes **7**-ae et **8**-ae Classis diebus collegiorum meditationi et horis diurnis sub Missae sacrificio absolvendis, precibus item vespertinis, et recollectioni : alias vero omnibus horis canonicis intersint. Reliqui totum chori officium frequentare tenentur. Cuncti denique festis diebus singulis, Dominicis vero alternis praevie confessi, et piis precibus praeparati, augustissimum Altaris Sacramentum percipient, tantumque beneficium digna gratiarumactione prosequentur.

6. In exitu debitus ordo servetur. Quapropter dato hunc in finem signo universus Clerus cum Ductore, responsionis onere pro singulis gravato movens, toto recreationis tempore ita versetur, ut ille singulos debite observare possit. Porro exitui matutino duae, postmeridiano tres horae ad summum assignantur.

7. Conversatio cum saecularibus religioso studentium profectui plurimum infesta districtim prohibetur.

8. Indigentias quasvis alumnorum competente loco exponere ad Ductores pertinet; „et ideo, si quae requirend a sunt a Priore, cum omni humilitate, et subiectione reverentiae requirantur“ Reg. C. **6.** ut sic et in petendis rebus modestia, et in negandis debita mansvetudo conservetur.

9. Cum Ordinis Individua etiam curae animarum persaepe admoveri oporteat, convenit omnes in sacris sermonibus ad populum habendis exerceri : quapropter inductae jam antea matutinae conciones catecheticae per studentes theologos instituendae manuteneantur.

10. Ne alumni conatus suos literarios s. Ordini indifferentes esse existiment, omnes quidem ea liberalitate tractentur, ut mansvetiori agendi rationi ipso Superiorum exemplo adsvefiant. Qui vero diligentia, et in moribus probitate eminuerint, ampliorem prae ceteris Superiorum benevolentiam experiantur.

11. Alumni ingenio, industria, amore Ordinis, observantia regulari, et indole prae ceteris tractabili conspicui ad suscipiendos gradus literarios excitentur, et Praelato eadem ratione per localem Superiorem occasione praestitae informationis semestralis commendentur.

12. E studiis theologicis evoluti, ut Dogmaticam et Moralem Christianam, eamque Juris ecclesiastici partem, quae in audiendis confessionibus usui sit, diligenter revolvere possint, concernentibus libris singuli providebuntur.

13. Qui ex Alumnis ritu, supra Cap. II. descripto, admissione ad professionem digni judicati fuerint, antequam adgregentur, scriptam super eo exhibebunt declarationem, se Statuta visitationis apostolicae rite observare velle.

CAPUT IV.

Disciplina regularis.

Sublimis religiosi Ordinis destinatio, et sanctitas professionis regularis, in quovis Benedictino constans virtutum solidarum studium requirit, in quibus singuli majus momentum, quam in quibusvis donis naturalibus noverint reponendum. Praecipue autem votorum solennium religio est essentialis illa disciplinae regularis pars, cujus coram tremendo judicio divino stricta exigetur ratio, quamve sacra Synodus Tridentina Sess. 25. De regul. C. 1. inprimis fideliter observari praecipit. Unde de illis juvat specialiter monere.

Obedientia.

1. Filiorum s. Benedicti peculiaris virtus, e praescripto sacrae Regulae, esse debet obedientia, divino Christi exemplo commendata, qui factus est obediens usque ad mortem, et venit facere voluntatem non suam, sed Ejus, qui misit eum. Itaque mox ut aliquid imperatum a majore fuerit, ac si divinitus imperetur, Fratres moram pati nesciant in faciendo Reg. C. 5. scientes, per hanc obedientiae viam se ituros ad Deum. Ibid. C. 71.

2. Est autem obedientia commune omnium officium, a Praelato usque ad novitium; nam sacrae Regulae, eamque explicantibus vel determinantibus Pontificum Constitùtionibus, sacrarum Congregationum Decretis, et approbatis Statutis nemo est, qui obedientiam temere denegare sine culpa possit. Attamen inferiores peculiariter sibi adplicent verba illa s. Pauli : „Obedite Praepositis vestris, et subjacete eis; ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, non gementes; hoc enim non expedit vobis.“

3. Praeferenter Archiabbati, velut communi omnium Patri, qui Christi vices agere in Monasterio creditur Reg. C. 2. in adeundis et implendis officiis

sibi assignatis Fratres religiosissime obsequantur. Absit omnis proterva recusatio, alioquin amissione vocis activae et passivae vindicanda; sed, „si cui fratri aliqua forte gravia, aut impossibilia injunguntur, suscipiat quidem jubentis imperium cum omni mansvetudine et obedientia. Quod si omnino virium suarum mensuram viderit pondùs oneris excedere, impossibilitatis suae caussas ei, qui sibi praeest, patienter, et opportune suggerat, non superbiendo, aut resistendo, vel contradicendo. Quodsi post suggestionem suam in sua sèntentia Prioris imperium perduraverit, sciat junior ita sibi expedire, et ex charitate confidens de adjutorio Dei obediat.“ Reg. C. 68.

4. Sed et Superioribus localibus, dum in sensu horum Statutorum et instructionis suae praecipiunt, monent, et corrigunt, promta debetur obedientia, remota omni tergiversatione. Nam aeque violatur votum obedientiae legitimae jussioni illorum non parendo, quam sacrae Regulae praescripta temere infringendo. Fratres igitur ipsis regularem exhibeant reverentiam, et obedientiam, in qua simul certus consistit modus aestimium Ordinis coram extraneis procurandi. — Quodsi forte Superioris activitatem quidpiam excedere, aut e sinistro, quod absit, affectu profectum videretur : qui se laesum arbitratur, cum omni humilitate et modestia vel per se vel per loci seniorem Superiori id, quo gravatur, remonstret : effectuque non secuto, omne negotium fine salutaris medelae ad Praelatum deferat.

5. Cum Religiosus extra obedientiam vivens, pluribus ac in monasterio animae periculis subjaceat : ad officia, quae a communi vita avocant, sine gravi caussa nemo dimittatur, minime tales, qui observatione disciplinae regularis se non commendant.

6. Promtitudo obediendi in subordinatis multum ab agendi ratione Superiorum pendet. Si illi legibus Ecclesiae et civitatis, altioribusve Superioribus accurate ipsi obediant : si nihil arbitrarie disponant, sed cum timore Domini et charitate regant : si absque personarum acceptione suum cuique ex aequo administrent : si denique bonum commune sacri Ordinis privatis commodis praeponant, illudve cum propria abnegatione et laboris sacrificio promovere satagant : jussa vix unquam carebunt auctoritate et effectu, dummodo fiant in Domino.

6. Longe profligandus est perniciosus error, quo vel Superiores arbitrariam in legibus et Officiis dispensandi sibi facultatem sumunt, vel subditi cum dispensatione et conniventia Superioris, utcunque obtenta, omnia sibi licere arbitrantur. Licentia enim indebite data Superiorem duplici conscientiae onere gravat, indignum autem impetrantem minime excusat. Cf. Clementis VIII. Constit. Nullus omnino. §. 7.

Paupertas.

7. Destinatio Ordinum religiosorum est, ut christianos verbo et exemplo doceant terrena contemnere, et amare caelestia, quod si impleant, majorem generi humano praestant utilitatem, quam quibusvis aliis officiis. Ipsa Regula s. Benedicti adhaesionem ad res caducas ita radicitus vult amputari de monasterio, ut nullus omnino vitio proprietatis, quod nequissimum vocat, praesumat delectari, neque aliquid habere proprium. Reg. C. **33.**

8. Itaque votum paupertatis e mente s. Benedicti exigit, ut Regularis nihil omnino proprium habeat, nec in veste, nec in supellectili, nec in pecunia, adeo, ut Superior. libere disponere valeat de omnibus, quae Benedictino ad usum sunt concessa, vel ab eo quacunque ratione acquisita.

9. Ob multiplices externas relationes, in quibus membra hujus Congregationis propter officia publica per se administranda constituuntur, ex praesumta Sedis apostolicae venia conceditur: ut **40** flor. c. m. quilibet presbyter absque nota proprietatis apud se retinere possit ad inopinate emergentes indigentias sublevandas. Omnis reliqua pecunia, quomodolibet acquisita, sive in aere numerato, sive in aequivalentibus chartis consistat, ad depositum conferenda est sub poena proprietatis Conc. Trid. Sess. **25.** De regul. c. **2.** Hanc depositorum observantiam Regulae benedictinae Capiti **33**-o et **54**-o apprime consonam, districtim injunxit Regularibus ipse summus Pontifex Pius IX. anno **1851** his verbis: „In qualibet domo cum solitis cautelis capsa communis stabilietur, in qua omnes Religiosi, non obstante quocunque privilegio, denarios deponere debebunt, neque plures apud se retinere poterunt, quam sui Ordinis statuta permittant.“ Porro cuivis bene merenti Ordinis presbytero e cassa Conventus ad depositum inferri possunt annue **80** fl. c. m. ita tamen, ut ob specialia merita vel adjuncta, quibusdam individuis honorarium hoc judicio Praelati aliquanto augeri quoque possit, ob demerita autem minui, vel subtrahi.

10. Deposita servabuntur apud Superiorem vel alium depositarium sub duplici clavi, quarum alteram semper Superior habeat, teneturque Custos de iis accuratas rationes ducere, hasque in fine anni duobus fratribus, ad hoc per Conventus vel Collegii membra deputandis tradere revidendas, inserto utique computu de sua quoque depositi parte.

11. Quisquis e deposito aliquid erogare vult in fines statui suo convenientes, Superiori necessitatem in specie exponat, cujus erit dare, vel pro illicitis finibus negare expensas.

12. Malecontenti concitatores, communis orationis neglectores, Congregationi ob culpam inutiles, item illi, qui depositi beneficio ad fines indignos

abuterentur, aut res ad usum concessas culpabiliter destruerent, vel abalienarent: depositum vel integrum vel ex parte amittunt.

13. Omnia vere necessaria singulis individuis Superiores in natura suppeditabunt, Reg. C. **33. 55.** contraria igitur consvetudo, pecunia res necessarias redimendi, velut a sacris canonibus prorsus abhorrens, et vitae communi adversa, cum initio Januarii **1856** cessat. Ab Abbate quidem semper consideretur illa sententia Actuum Apostolorum: „Dabatur singulis, prout cuique opus erat.“ Reg. C. **55.** „Nec tamen aestimet Abbas, verba sunt summi Pontificis Innocentii III. quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut et custodia castitatis adeo est annexa regulae monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.“ Capit. **6.** Cum ad monasterium. De statu Monachor. et Canonicor. Regularium.

14. Quibus ratione officiorum vel cognationis, vitalitia, salaria, vel pensiones unde unde obveniunt: siquidem in Collegiis sui Ordinis habitent, reditus eorum Superiores percipient, vel si ipsi Superiores sint in hac conditione: perceptiones suas ad depositum inferent. Sin autem extra domus Ordinis habitent, Praelato rationes annuas reddent. Idem de Administratoribus parochiarum intelligendum, qui annuas aeque super beneficii proventibus reddent rationes.

15. Vestitus omnium sit uniformis. Conceditur toga civilis aestivalis et hyemalis, quae ad arcendum frigus, et vestis regularis munditiem conservandam supra talarem portari possit, et pallium civile, sed in utroque plena adsit uniformitas, paullatim procuranda. At sine regulari amictu saecularem vestitum gestare, aut ad oratorium et refectorium non plene vestitum accedere, vetitum esto. „Etsi enim habitus non faciat Monachum, ait sacra Synodus Tridentina Sess. **14.** Cap. **6.** de Reform. oportet tamen clericos vestes proprio congruentes Ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant.“

16. A publicatione Statutorum horum in cellis omnia ad spiritum paupertatis componantur. Quae redundant, et prohibita sunt, tollantur, initio facto a Superiorum habitaculo. Necessaria autem supellex, etsi majore pretio fabrefacta, quam oportebat, ad tempus pro usu retineri potest, donec pedetentim plena uniformitas inducatur. Idem de vestitu intelligendum.

Castitas et conversio morum.

17. Inter adminicula castitatis praecipuum locum obtinet frequens expiatio conscientiae, quam saltem singulo mense semel ab omnibus presby-

teris fieri oportet; Cap. 1. De statu Monachor. in Clementinis, curabitque Superior, ut hac in obligatione non modo exemplo praeluceat, huc intellecto Praelato quoque, sed etiam notitiam sibi acquirat, an subordinatorum quilibet eidem menstrue satisfaciat.

18. Jejunia ecclesiastica omnes stricte observent, ut filialem et vere catholicam obedientiam praecipienti matri Ecclesiae ad aliorum aedificationem exhibeant. Nec iter agentes ab hac obligatione, si de cetero valeant, eximi se arbitrentur. Jejunium regulare diebus, in quos jam ex veteri usu translatum est, porro quoque religiose observandum veniet; at translationi feriae 4-ae jejunii, in Sabbathum approbatio apostolica superinducenda.

19. Chorearum, theatrorumque aditus penitus interdicitur, domorum autem saecularium accessus nonnisi officii vel charitatis causa indulgendus a Superiore. Exitus denique animi relaxandi caussa cum socio fiat, Clemens VIII. Constit. Nullus omnino, §. 19. horisque solum pomeridianis, nisi ob infirmos, vel casus extraordinarios interdum dispensatio fiat.

20. In omni domo regulari, ubi plures Religiosi simul habitant, secludi debent cellae Regularium ab accessu sexus faeminei, et restitui clausura sub poenis canonicis praescripta, intra quam omnes noctem agere obligantur. Diserte hoc praecipit can. 20-us Causs. 18. Quaest. 2. „Ne inquit, humani generis inimicus sua calliditate Monachos decipiat: huius te praecepti serio monemus, ut mulieres in Monasterio tuo deinceps qualibet occasione non permittas ascendere. . . . Nam si hoc denuo ad aures nostras quocunque modo pervenerit, sic te severissimae noveris ultioni subdendum, ut emendationis tuae qualitate ceteri sine dubio corrigantur“ Consonat huic Constitutio s. Pii V. Pontificis: Regularium personarum, contra mulieres clausuram violantes poenam excommunicationis latae sententiae, contra regulares autem eas admittentes privationem officiorum et inhabilitatem ad ulteriora, nec non suspensionem a divinis decernens, quae omnia Constitutione Benedicti XIV. de 3-a Januarii 1742, cui initium: Regularis disciplinae, gravissime confirmata et renovata sunt. Hinc certum conclave destinandum est extra clausuram, in quo cum mulieribus, dum necessaria est, collocutio fiat, hujusque porta vitro sit instructa.

21. Famulitium sexus faeminei intra septa Conventus vel domus regularis habitare non permittitur.

22. In Conventu s. Martini vigens ordo diurnus ita observandus est, ut etiam presbyteri qualecunque officium gerentes, dum excipiendis sacris confessionibus non impediuntur, meditationem matutinam, et preces vespertinas; diebus autem Domini et festis reliquas etiam divini officii partes in communi persolvant. Professores literarum tamen diebus praelectionum, Concionatores vero ipsa et praevia habendi sacri sermonis die officium chori, quod interdiu recitari solet, privatim possunt persolvere.

23. In Conventibus minoribus ordo diurnus, quantum per adjuncta fieri potest, ad formam s. Martini observetur. In Collegiis autem literariis quotidie mane, hora bene visa ad oratorium convenientes Religiosi salutarium veritatum contemplationi, vespere vero terminata caena, precibus vespertinis, et examini conscientiae in communi vacabunt. Postea strictum incipit silentium usque ad absolutam sequentis diei meditationem, nec prius porta domus aperitur. Reg. C. 42.

24. Mensis Fratrum edentium lectio deesse non debet Reg. C. 38.; ideoque tam ad prandium, quam ad caenam in omnibus Ordinis domibus sacra scriptura, aliive religiosi libri saltem per quadrantem vel semihoram legantur. Oratio vero ante et post refectionem clara voce persolvatur.

25. Presbyteri sine discrimine omnes, nisi legitime impediantur, s. Missae Sacrificium quotidie, et quidem horis a Superiore, exigente id nefors populi devotione, designandis, eo pietatis et reverentiae sensu celebrent; ut eorum exemplo fidelis populus ad fervorem devotionis excitetur.

26. Testimonium de obtenta, peracto laudabiliter examine, intra territorium Archiabbatiae jurisdictione pro foro interno scriptum obtineant; quod alio dispositi Ordinario loci prima occasione exhibebunt; seque examini, si id fors eatenus iterandum exigeretur, fructum animarum prae suo commodo aestimantes, promte subjicient.

27. Confessiones sacramentales excipiendi facultate instructi, poenitentes vi officii, ex charactere sacerdotali promanantis, promte ac lubenter exaudiant: in ipsa vero confessione Doctoris, Medici, ac Judicis partes fidelissime, et strenue exequantur.

CAPUT V.

Vestitus.

In determinando apud eos, qui ad sublimiora vocati, universis mundi vanitatibus solennem nuncium sponte miserunt, vestitu, arcendi frigoris et servandi, cum debito ad statum benedictinum respectu, decori praecipuam, imo unicam rationem haberi oportet. Quapropter

1. Vestitus e materia ad mentem Regulae C. 55. non quidem pretiosa, decente tamen, pro ratione necessitatis procuretur. Et quidem

2. Albarum vestium paria tria, totidem strophia, et sex collaria alba quotannis, uti et religiosa talaris cum scapulari et collari ordinarie ex materia tenui, secus praevia tempestiva medio localis Superioris insinuatione ex panno: denique caligae, uti usus tulerit aut aestivae aut hyemales, Superiore locali necessitatem agnoscente, suppeditentur.

3. Pilei, formae aequalis, subuculae, cinguli, cothurni, mantilia, et cujuscunque generis lectisternia pro ratione indigentiae per concernentem Superiorem cognoscendae tribuantur. Singula Individua quatuor linteaminibus et totidem obducturis pulvinarium, numero cubiculi, in quo degunt, notatis provideantur. Pallia vero nonnisi octavo quovis anno ordinarie assignentur.

4. Ex omni genere vestitus et lectisterniorum perceptis novis vetera, praeter albas vestes, e praescripto sacrae Regulae sine dilatione restituantur.

CAPUT VI.

Superiores.

Archiabbas.

1. Praelatus Archicoenobii s. Martini de sacro Monte Pannoniae a Leone X. Pontifice, vigore privilegii, calendis Junii a. 1514. concessi, dignitate Archiabbatis ornatus, una perpetuus est Praeses Congregationis, quam Abbatiae Ordinis s. Benedicti ad coronam regni Hungariae pertinentes, atque Archicoenobio unitae, vel cum tempore uniendae, constituunt.

2. Archiabbas, praecipuam curam et operam in dirigendo, adjuvandoque spirituali profectu suorum collocet, est necesse; „nec plus gerat sollicitudinem de rebus transitoriis, atque caducis, sed semper cogitet, quia animas suscepit regendas, de quibus et rationem redditurus est“ Reg. C. 2. nec unquam, hoc principali officio neglecto, obligationi satisfacere se arbitretur, quaecunque alia splendida munia exequatur. Hinc sacris exhortationibus opportunis, et importunis bonos confirmet, errantes corrigat, et quia verba

sine factis imbecillia sunt, proprio exemplo disciplinam regularem commendet. Ibid.

3. In frequentando officio divino, literarum sacrarum amore, humilitate et charitate sit antesignanus, quem superare nemo, sequi omnes possint, suaeque professionis memor tota agendi ratione doceat caduca contemnere, et in coelestibus solatia quaerere.

4. Curet, ut exercitia spiritualia, octiduo durantia quovis anno, vel continua, vel interpolata serie serventur, non solum in Conventibns, sed et Collegiis; ipseque cum toto Conventu eisdem interesse obligatur.

5. Ne justo plus temporalibus curis a nobiliori muneris sui parte detineatur, in sensu Constitutionum apostolicarum, rei oeconomicae administrationem per se haud exerceat, sed suprema inspectione sibi servata, reliquum per idoneos et probati spiritus Religiosos procuret. Ex reditibus et fructibus bonorum nihil immediate percipiat, sed omnes expensas a depositario, tradita apocha, exigat. Constitut. Clementis VIII. Nullus omnino. §. 6.

6. Meminerit se non dominum sed custodem esse legum. Unde nihil arbitrarie disponat; sed in timore Domini, quoties opus est, consilia exquirat, et ratione non affectu regatur.

7. Stricta incumbit Archiabbati obligatio Capitulum quolibet triennio convocandi, et data consultandi justa libertate bonum commune Archiabbatiae promovendi, Cap. 7. In singulis regnis De statu Monachor. Concil. Trid. Sess. 25. De regular. Cap. 1. Insuper saltem semel intra triennium visitationem regularem in plena forma canonica per totum Archiabbatiae ambitum, huc intellectis ecclesiis parochialibus, perficiat, corrigendo efficaciter abusus, qui contra disciplinam irrepsissent. Concil. Trid. Sess. 25. De reg. C. 1. et 20.

8. Defuncto Archiabbate, donec sedes ejus vacaverit, Archiabbatia administratur ad formam sacrae Regulae, et sacrorum Canonum per Priorem Archicoenobii Cap. 1. Novit ille, Ne sede vacante aliquid innovetur; — qui intra octo dies a morte Praelati convocabit Capitulum conventuale fine eligendi per secreta vota Vicarii capitularis, qui separatum Archiabbatiae territorium in spiritualibus gubernabit. Concil. Trid. Sess. 24. C. 16. Impetrata autem altissimo loco praesentandi facultate, convocatur a Priore tota Congregatio ad Capitulum, ut omnes professi, voce activa gaudentes, in electione trium candidatorum Caesareo-Regiae Majestati praesentandorum suffragium ferre possint. Denique subsecuta nominatio Sedi apostolicae quoocyus insinuanda est.

9. E nobilissimis praerogativis Archiabbatis est, quod tribus eccle-

siis abbatialibus cum annutu Regiae Majestatis Praelatos praeficiendi jure gaudeat. In exercendo hoc jure non solum intentionem Fundatorum, et spirituales indigentias earundem ecclesiarum, Cap. 41. Ne pro defectu, De elect. sed etiam consilia Conventualium respicere oportet. Quapropter Fratres ad Capitulum Congregationis convocati, in schedis secretis tria singuli nomina scribent, eaque scrutatoribus, perpetui silentii religione obstrictis, exhibebunt. Hi vero Capitulo quidem unice tres majoritate votorum gaudentes juxta ordinem senii annunciabunt; Praelato autem numerum etiam votorum uniuscujusque significabunt, ut audito Fratrum consilio tractet apud se, et quod utilius judicaverit, faciat. Qui Capitulo non intersunt, in schedis sigillo munitis per Procuratores vota sua transmittent.

Abbates adfiliati.

10. Abbates adfiliati scilicet ss. Mauritii et sociorum Martyrum de Bakonybél, B. M. V. de Dömölk, et s. Aniani Eppi Conf. de Tihany e professis Archiabbatiae Religiosis promoti, manent membra Archicoenobii, unde et tempore benedictionis suae Archiabbati subjectionem et obedientiam jurato pollicentur.

11. Quae paulo ante de officiis Archiabbatis dicta sunt, cum adplicatione Abbatibus quoque incumbunt, maxime illud, ut spirituale emolumentum ecclesiae, et familiae suae in principali curarum parte numerent.

12. Ad ferenda onera Archiabbatiae vi diplomatis regii, quo Archiabbatia a. **1802.** restituta fuit, concurrere tenentur; ideoque sine consensu Archiabbatis grandes impensas facere, vel Abbatias debitis passivis onerare non possunt. Rationes vero perceptorum et erogatorum a subordinatis Administratoribus confectas, et a se revisas ad Montem Pannoniae transponent.

13. Ut in gravioribus caussis ad Archiabbatis consilia adhibeantur, et in disponenda annua mutatione individuorum pro posse audiantur, tam aequitatis quam dignitatis eorum ratio postulat.

14. Cum denique sint Patroni beneficiorum parochialium ad suas Abbatias pertinentium, Cap. **25.** Nobis fuit, De jure patronatus: Administratores Parochiarum in Abbatiis adfiliatis semper quidem ad nutum Archiabbatis, ut hactenus, poterunt removeri, ast dum ad usum beneficii aliquis promovendus est: Abbates adfiliati, salvo Archiabbatis jure, audiantur, Cap. **14.** Ex insinuatione, De jure patron.

15. Anniversaria Missae sacrificia etiam pro Abbatibus adfiliatis post obitum in eorum ecclesia abbatiali usque successoris mortem persolvenda sunt.

Superiores in genere.

16. Superiores constituantur tales, qui saltem **15**-um a suscepto habitu annum in Congregatione laudabiliter expleverint. Convenit quippe, ut Superiores sint viri maturi, graves, timentes Deum, prudentes, discreti, atque zelosi, amatores observantiae regularis, pacis, charitatis, ac boni communis. Qui sine acceptione personarum, et sciant compati infirmitatibus, et tam exemplo suo, quam mansvetudine, patientia, et praeveniente humanitate sic omnem manutenere disciplinam, ut ostendant, se sollicite studere prodesse magis, quam praeesse.

17. Imprimis Prior Archicoenobii, gravissimo fungitur munere Mediatoris inter Archiabbatem et Congregationem, quoties necessitas id postulat. Ab ejus vigilantia et zelo totius cleri junioris disciplina plurimum pendet. Denique idem sede archiabbatiali vacante praesidium Capituli, et administrationem Congregationis tenet. — Hinc merito Cap. **6.** Cum ad monasterium, De statu monachorum, praecipit, ut Prior prae ceteris post Abbatem potens sit in opere et sermone, ut exemplo vitae, verboque doctrinae fratres suos et instruere possit in bono, et a malo etiam revocare. Tanta jam gravitas hujus muneris per se svadet, ut in sensu Cap. **21.** et **65.** sacrae Regulae cum consilio Conventualium instituatur. Ad quem finem in Capitulo Congregationis Fratres e tribus ab Archiabbate proponendis majori secretorum votorum numero Priorem eligent, qui tamen justis e rationibus per Archiabbatem ab officio removeri poterit, tumve ad alterius electionem capitulariter procedendum est.

18. Tam Priores, quam alii Superiores interdum pro data opportunitate praedicatione verbi divini, et audiendis confessionibus poenitentium de religione bene mereri contendant.

19. Statutorum horum observationem tenentur Superiores omni virium contentione procurare, et idcirco, quaecunque difficultates obstare videantur, tenenda est regula: principiis obsta; proinde nullis inquietorum disgratiis ab obligatione sua exequenda retineri se patiantur. Noverint enim omnia e voto cessura, si ipsi sincero status sui amore animati, non quae sua sunt, quaerant, sed quae Jesu Christi, si humilitate et abnegatione ceteris auteiverint, Deoque magis placere studuerint, quam hominibus, magnam certe mercedem reportaturi a Deo, cujus caussam propugnant.

20. Singulis semestribus sinceram de subordinatis individuis informationem juxta receptas rubricas praestent; simul autem, num disciplina nunc

stabilita observetur, et quae difficultates occurrant, per manus Archiabbatis ad Visitatorem referent, in qua relatione, si parum sinceri reperti fuerint, notam inobedientiae incurrent.

21. Diarium domus diligenter ducant, cui memorabilia circa domum, et cetera curae suae credita, quae successoribus usui futura judicaverint, fideliter inferant.

22. Specialiter observent Superiores, quali cum devotione Presbyteri sacris operentur : nec enim tolerandum hic ullum arbitrium, vel incompositae frivolitatis exemplum.

23. Hospites invitare jus est solius Superioris, qui sedulo curabit, ut in refectorio religiosa modestia ab omnibus observetur. In lectione sacra nec quidem propter hospites facile dispensetur. Qui ad orationem communem ante mensam non adfuerit, nec se sufficienter excusaverit, post iteratam admonitionem poenitentiae subjiciatur.

24. Dies jejuniorum ad amussim serventur. Vetiti cibi in nullius hospitis gratiam adponantur, nec permittendum, ut quicumque servitores familiae religiosae legem abstinentiae et jejunii negligant. Oportet enim famulos Religiosorum in christanis officiis implendis esse exemplares, ut scriptura impleatur : Cum sancto sanctus eris. Igitur etiam ad confessionem sacramentalem saepius peragendam, ad cultum divinum publicum, conciones, et catecheses frequentandas stringendi, nec scandalosi vel blasphemi tolerandi.

25. Bonae existimationi domus regularis multum nocet immundities in ecclesia et vestibus sacris. Superior itaque diligat decorem domus Dei, merito enim ei vitio vertitur, quidquid in hac parte deficit.

26. Infirmi et moribundi Fratres singularem Superiorum sollicitudinem poscunt. Serviatur eis tamquam Christo cum patientia, et charitate. Reg. C. **36.** Nihil, quod rationabile est, denegetur, foeminarum autem servitium intra clausuram nullo modo permittatur. Qui sacris operari vel interesse ob infirmitatem non valent, singula die Domini et festa sacram Eucharistiam percipiant. Gravius decumbentes de tempore sacro viatico reficiantur et more religioso ad mortem praeparentur.

CAPUT VII.

Parochiarum Administratores.

Non facile negotium aliud majorem providentiam ex parte s. Ordinis requirit, quam cura animarum. Fundationis enim, statusque Benedictinorum conditio eos imprimis alienae quoque salutis ministros esse jubet. Unde

1. Ad administrandas parochias tales tantum exponantur, qui vitae probitate contra carnem et mundum pugnare docti per plures annos in monasteriis vel residentiis haud dubia animarum zeli indicia dederunt; quique ad hoc munus non tantum sufficienti sunt doctrina praediti; verum etiam prudentia pastorali, usu et exercitio functionum sacerdotalium, sine quibus haec non attingitur, comparata existunt conspicui.

2. Dispositus ad parochiam Administrator, omnem parochialis domus supellectilem a praedecessore suo, juxta inventarium, quod conformiter Capiti **32.** sacrae Regulae in Monte Pannoniae et in parochia asservandum est, coram Decano, aut ejus vices agente recipiat : eamque non tantum in bono statu conservet, sed etiam pro sui in bonum commune studii gradu meliorem reddere adnitatur; ut sic luculentum renunciationis, et fraternae charitatis exemplum successori suo reliquat.

3. Commissum sibi populum verbo et exemplo doceat, pastorali prudentia regat, ac sincerae charitatis zelo nutriat, omnesque boni pastoris partes quam exactissime impleat. Igitur

4. Frequentiores a parochia excursus, praesertim longiores aut remotiores vitet : nullumque iter, quod tridui, et ultra absentiam exigeret, sine obtenta a Praelato facultate, et rite coordinata per tempus absentiae parochiae administratione suscipiat.

5. Instrumenta parochiae, puta : librum baptizatorum, copulatorum, et defunctorum, protocollum regiorum intimatorum, ac ordinationum ab Ordinario dimissarum; librum item rationum ecclesiae in loco tuto vigilanter custodiat, hisque inferenda indilate, nitide, accurate, ac legibiliter inscribat.

6. Rationes ecclesiae sibi creditae coram Decano, et aliquo Administratorum reddat, et ex libro rationum excerptas cum principio mensis Novembris quovis anno ad s. Martinum revidendas transponat. Eadem occasione

numerum animarum cujusvis religionis intra limites parochiae suae existentium uti et matrimonia mixta, et numerum conversorum ad eundem expediat.

7. Reparationes in ecclesia, aut aedificio parochiali necessario suscipiendas tempestive Praelato insinuet.

8. Parochiarum visitatio aut per ipsum Praelatum, aut per ejus Delegatum, quoties id ei necessarium videbitur, instituatur: ut omnis tam spiritualis, quam temporalis earumdem status eidem innotescat.

9. Cum pastori animarum ad fungendum cum fructu munere suo pernecessarium sit, oves curae suae concreditas nosse; ideo, qui gravis hujus officii partes solerter exsequitur, sine gravi caussa ab administratione parochiae non removeatur; sed adminus sex annis ibidem relictus tum demum ad regularem observantiam et officia in monasterio, aut residentia gerenda revocetur.

10. Denique, quia maxime foris in cura animarum occupati multiplicibus externis negotiis, et variis curis distrahuntur: ne spiritus fervorem in iis elanguescere contingat, quovis anno per octiduum, curis parochialibus interea supplenti relictis, in monasterio aut vicina Ordinis residentia spiritus recollectioni vacent.

CAPUT VIII.

Capitulum.

1. S. Benedictus Regulae suae C. **3.** praecipit, ut si quae minora agenda sunt in monasterii utilitatibus, consilio Seniorum, seu Decanorum utatur Abbas, sicut scriptum est: omnia fac cum consilio, et post factum non poenitebis. Quoties autem aliqua praecipua agenda sunt in monasterio, convocet omnem Congregationem seu Capitulum.

2. Porro Decanorum nomine veniunt: Prior, Sub-Prior, Vicarius in spiritualibus, Novitiorum Magister, Administrator bonorum centralis, Senior (munere) Professor Theologiae, prout etiam Senior Professorum **7.** et **8.** Classis gymnasialis in Archicoenobio; item duo-tresve ex Individuis extra s. Martinum habitantibus ad honores per Archiabbatem nominandi.

3. Capitulum autem in praesenti statu Archiabbatiae vel est Archicoenobii, vel totius Congregationis. Ad illud vocantur professi in Archicoenobio degentes, qui ex caussis canonicis voce non sunt destituti. Celebratur autem hoc Capitulum, dum agitur de admissione clericorum ad professionem, collatione beneficii saecularis in Nagybaráti, (Cap. **6.** De his quae fiunt a Praelato) suscipiendis aut exequendis processibus vel transactionibus juridicis, Procuratorum et Officialium saecularium mutationibus, horum salariis vel pensionibus, elocationibus fundorum vel capitalium, cambiis, aliisque gravioribus contractibus etc.

4. Ad Capitulum Congregationis, quod intra periodum trium completorum annorum de lege celebrandum est, comparere tenentur praeter Abbates et Superiores domorum bini Fratres a familia **12** Capitum, singuli autem a coetu **6** individuorum voce gaudentium. Item Decani Archicoenobii, et ex Parochiarum Administratoribus minimum duo. Denique quos Praelatus praeter hos specialiter evocaverit. Ceteris autem Congregationis membris vocem habentibus liberum esto jure suo comparendi in Capitulo uti vel non uti.

5. Praesidium in Capitulo ad Praelatum pertinet: qui si impediretur, praesidet Prior Archicoenobii, secus etiam prae Abbatibus filialibus praecedentia in Capitulo gaudens, nisi hi eo anno visitatores forte egerint.

6. Perpetuam Capitulorum materiam constituunt: disciplina regularis, res litteraria et oeconomica; item electio Examinatorum utriusque Collegii pro suscipiendis ad habitum, et professionem. Si quid peculiare occurrerit, dum licuerit, in evocatoriis Praelati praevie significabitur. In omni autem Capitulo primum fieri debet recensio determinationum prioris Capituli, ut sciatur, an in effectum sint deductae et defectus compensentur.

7. Capitulares semper eorum memores, quae s. Reg. C. **3.** habentur, obtenta prius a Praeside licentia, sensa sua nullo interloquente, depromunt, quae quidem procaciter defendere vetitum, ast aptis argumentis fulcire, imo et objectis respondere integrum, servatis modestiae et reverentiae regulis.

8. Consensus majoris partis Capituli requiritur in iis, quae aut in iure expressa sunt, aut fundata in probata consvetudine. Talia sunt: gravium et perpetuorum onerum, debitorum passivorum, cautionum, et obligationum assumtiones, aedificiorum grandioris sumtus eductiones, bonorum vel rerum pretiosarum alienationes, ad quas insuper consensus Sedis apostolicae (Cap. **2.** De rebus ecclesiae alienandis vel non, in VI.) requiritur. Quoties autem consensus Capituli requiritur, oportet eum literali documento, legitima subscriptione Capituli munito, exhiberi Cap. **1.** De his quae fiunt a Praelato etc.

9. Quae alia gravioris momenti sunt, si moram patiantur, cum Capituli, sin: cum consilio Seniorum seu Decanorum pro auctoritate sua expedit Praelatus.

CAPUT IX.

Visitatio.

1. Efficacissimum conservandae disciplinae regularis medium Majores in visitatione reposuere, quam idcirco summi Pontifices et Concilia gravissime praecipiunt; Cap. 7. De statu Monach. Concil. Trident. Sess. 25. De regul. C. 20. etc. Nec immerito. Disciplina enim fallente, fallunt naturaliter, quae aliarum linearum sunt: literariae et oeconomicae; qui spiritus infirmioris sunt, periculis evanescentiae objectantur; iniquiores s. Ordinis censurae provocantur: commotaque semel judicia exasperantur.

2. Praelatus, qui solus visitationem suscipit, ad locum appellens, dictionem habet, qua praesentes ad renovationem spiritus, et studium perfectionis hortatur.

3. Dictionem excipit conferentia privata cum loci Superiore.

4. Incipit ipsa visitatio, quae per Fratres deducta finit in Superiore.

5. Interjecta visitatione sacristiae, et templi (ostio clauso) omnem visitationem concludit supellectilis domesticae, et aedificiorum studiosior inspectio.

6. His ita, ut praemisimus, ad ductum Constitutionum, et si quae intermedio tempore dimissae fuissent Circulares; prudenti item et congruo usu facto informationum et recursuum, perfunctus Visitator dictione solenni valedicit; et quo loco quantum ad observantias communes sit Residentia, sine fuco, et pro auctoritate edicit, reliqua Protocollo illata (nisi essent privatissima) reservat ad Capitulum, vel consessum Decanorum referenda.

CAPUT X.

Correctio.

1. Siquidem fraternae admonitionis officium omnibus Christianis incumbit: s. Matth. 18, 15. Jacob. 5, 19. 20. multo magis hanc charitatem Religiosi praestare obligantur fratribus errantibus, ut eos a transgressionibus amico modo devocent, honorique et conscientiae ipsorum consulant.

2. Dum Superior vi officii corrigendos habet errantes, primum eos placide moneat, factoque ostendat: non dominandi pruritum, sed fraternae salutis amorem sibi hoc dictare. Accedat altera vice gravis exhortatio pro re nata coram teste adhibenda. Reg. C. 23. Hos duos gradus nullus Superior negligat, antequam vel poenam dictet, vel errantem Praelato denunciet, nisi delictum sit tam grave, ut mox ad vindictam, vel reparationem scandali procedendum sit.

3. Efficacissima autem admonitio, et veluti constans adhortatio est, proprium Superioris exemplum, qui etsi defectu, quem corrigere debet, non laboret, si tamen secus culpabilis sit, effectum suae monitionis destruit. „Omnia igitur bona et sancta factis amplius, quam verbis ostendat . . . ne aliis praedicans ipse reprobus inveniatur.“

4. Gravissime monentur Superiores, ut praevaricationum initia impediant, ne secus malesana sua conniventia et se, et errantes gravioribus calamitatibus involvant. „Magnopere enim debet sollicitudinem gerere Abbas, inquit s. P. Benedictus C. 27. ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat.“

5. Absit etiam, ut Superiores transgressiones incorrectas relinquendo disciplinam enervent. Vulnus enim admodum sensibile infertur disciplinae, si Superior sciens volens transgressionem dissimulet. Sit lenitati locus, ubi graviori poena opus non est, ast nullus omnino privilegio legem violandi frui videatur. Porro in correctione Superior ita agat, ut sibi constet, potiusque medicinales, quam pure vindicativas poenas adhibeat.

6. Pro varietate delictorum remedia sint varia, uti: subtractio exitus, et feriarum, jejunium jam mitius, jam severius aliquot dierum, Reg. C. 43. beneficii e deposito obvenientis in parte quadam subtractio, porro amissio vocis passivae et activae, vel temporalis, vel perpetua; depositio ab officio, inhabilitas ad ulteriora, excommunicatio regularis, Reg. C. 23. 24. 26. 44. 51. Dejectio ad gradum inferiorem, Ibid. C. 29. 43. suspensio ecclesiastica, segregatio, tandem expulsio, Reg. C. 28. 62. 65. Omnes hae poenae cum operibus poenitentiae majoribus aut minoribus possunt imponi, tamquam mediis medicinalibus, uti oratione, sacramenti poenitentiae frequentiori usu, impositione deprecationis, revocationis etc. Et quidem Superiores locales possunt punire subtractione favorum, a suo arbitrio pendentium e. g. denegatione exitus, item mitiori jejunio; alias poenas Archiabbas infligit cum consilio Decanorum.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

CAPUT XI.

De literis, earumque Professoribus.

1. In nova, quam sacer Ordo Benedictinorum in Hungaria post restitutionem nactus est destinatione, studium literarum eminentem deposcit curam. Quapropter in Candidatis deligendis dotes ingenii diligenter examinentur, alumni autem scientiis, et linguis sufficienter excolantur, ut munere docendi quondam rite defungi valeant.

2. Ipsi Magistri debite parati praelectiones accedant, et horas institutionis diligenter expleant. Si quis post iteratam admonitionem hac in parte deses deprehensus fuerit, judicio Superioris beneficium depositi usque ad emendationem amittet.

3. In docendo plene se praescripto systemati conforment; reverentiam, et obedientiam erga summum Pontificem, aliosque Superiores tam ecclesiasticos, quam civiles, et in specie fidelitatem in Imperatorem, et Regem apostolicum verbo et exemplo commendent; spiritumque vere catholicum, qua digni Ecclesiae catholicae filii in omnibus scientiis, praecipue autem in doctrina Religionis instillent, memores aliquando se rationem suae doctrinae, et educationis reddituros, dum non solum commissi errores, sed et neglectae bene operandi occasiones in examen venient.

4. Professores domestici ea sint prudentia, maturitate, devotione, et aliis dotibus instructi, ut scientiis cum pietate tradendis verbo et exemplo pares sint. Si enim sublime munus est, pubis vacare institutioni, quanto excellentius est e tyronibus Magistros formare?

5. Cum hodie omnes Benedictini ad ministerium altaris sint vocati, n sacratioribus quoque disciplinis versatos esse oportet. Hinc praeter diligentem s. scripturae lectionem e singulis disciplinis theologicis selectos quosdam libros in usu habeant; ad sacros autem Ordines non prius admittantur, quam examen ordinandorum subiverint, et exercitia triduana sub ductu alicujus Praefecti absolverint.

6. In scriptis periodicis, vel editis libris specimina suae industriae bonique spiritus posteris relinquere satagant, ita tamen, ut qui generalem licentiam scribendi a Praelato non habent, opera quidem amplioris voluminis Praelato praevie substernere, minores vero lucubrationes, argumenti praeser-

tim religiosi, saltem Superiori locali inspiciendas exhibere teneantur. Curabit autem Praelatus, ut fontes literarii, item necessariae ephemerides paedagogicae, et ecclesiasticae, laborare volentibus non desint.

7. Quaelibet domus instructa sit bene ordinato Archivo, et Bibliotheca, catalogis item seu repertoriis huc pertinentibus. Praeterea designandus Historiographus Ordinis, qui partim praeteriti temporis res gestas, partim memorabiles eventus hujus temporis fideliter consignet. Ad hunc finem suppeditabuntur ei diaria, vel protocolla singularum domorum a Superioribus, vel aliis deputatis Fratribus annue parata, quorum subsidio, quae juris publici fieri possunt, typo imprimantur.

8. Occasione visitationis bibliothecae communes et manuales ad praeexistentem elenchum exigantur.

CAPUT XII.

Administratio rei oeconomicae.

1. Curam oeconomiae in bonis tam Archiabbatiae, quam Abbatiarum adfiliatarum proxime gerunt Administratores regulares, ad nutum Superiorum amovibiles (Concil. Trident. Sess. 25. De regular. C. 2.).

2. In specie in Archiabbatia omnis oeconomiae directio vertitur in Administratore centrali, cui ab alia administratione libero, districtuales Administratores, quos ob distantiam locorum et subsidium laborum constituere Praelato et Conventui visum fuerit, subordinantur, ita, ut districtuales quidem Administratori centrali, iste vero Praelato et Capitulo responsionis onere teneatur.

3. Pecunias undeunde venientes percipit Administrator centralis, quas ubi libro suo induxit, consignat Depositario.

4. Ex apprehensa sic pecunia nihil erogat Depositarius, nisi ad assignatas Praelati; qui si longius absit, assignationes Prior Conventus impertitur.

5. Arca pecuniaria servatur apud Praelatum sub difformibus clavibus, quas fratres ad hoc deputati custodiunt.

6. In eadem arca asservantur et syngraphae, quas distincto libro illatas, quantum ad percipiendos census observat Administrator.

7. Nulli Administratorum, aut Depositario summam quantulamcunque proprio arbitrio elocare integrum.

8. In Collegiis seu Residentiis oeconomiam administrant Superiores locales, quibus si Provisores domorum in adjutorium deputentur, isti Superioribus plene subordinati sunto.

9. Cuncti Administratores, utpote Mandatarii, et rationibus strictissimis obnoxii, in rebus gravioris momenti, puta : emtionum, venditionum, aedificationum etc., nihil proprio arbitrio suscipere possunt, sed ad Praelatum referre tenentur.

10. Rationes omnium Administratorum regularium primum revident Censores ad hoc deputati, deinde Praelatus, cui reflexiones Censorum substernuntur. Rationes vero Parochiae Administratorum, aut quorumvis Expositorum de proventibus suis praesentantur solum Praelato.

11. Quae circa victum, vestitum, et alias necessitates Fratrum ab Archiabbate et Capitulo statuuntur, in partibus fideliter observari debent, mutatione quacunque sine consensu Praelati interdicta.

12. Ab officialibus oeconomicis naturalia in usum Residentiarum subministrantibus citra quietantiam et contraquietantiam nihil percipiatur.

13. Reparationes aedium exiguos sumtus requirentes de tempore procurentur, majores vero pariter tempestive Praelato insinuentur.

14. Pro pecuniis in usus residentiae necessariis ad Praelatum recurratur.

15. Si quid rerum mobilium, permanenti Domus, et ad eam pertinentium usui servientium, fuerit procuratum, Inventario Domus accurate inferatur.

16. Census capitalium per Superiores locales levati, aut intra mensis spatium neglecti, Praelato illico significentur.

17. Victus aut habitatio in Residentia citra expressum Praelati consensum nemini concedatur.

18. Solutiones quaevis in longius tempus non differantur : adeoque rationes oeconomicae ita ducantur, ut procuratio domus quocunque tempore alteri sine difficultate cedi possit.

19. Absit, ut Administratores ex officio suo occasionem sumant elati animi, et libertatis noxiae; potius fragilitatis humanae constanter memores cum timore et tremore salutem suam eo zelosius operentur, quo pluribus animae periculis objiciuntur.

20. Vestitum regularem juxta praescripta sacrorum Canonum jugiter deportent, sive domi agant, sive in campo versentur, aut iter instituant.

21. A Breviarii devota persolutione nullis temporalium rerum curis

BIBLIOTHECA E.M. STRIGONIENSIS

absolvi se falso putent; namque spirituali orationis rore tanto saepius indigent, quanto facilius ex pulvere mundano spiritus ariditatem contrahunt.

22. Diebus Domini et festis ab omni negotiatione, operarum conductione, vel exolutione, laborum hebdomadalium ordinatione, conventiculis oeconomicis, itineribus haud necessariis, verbo omni tali occupatione prorsus abstineant, quae sacram quietem, animo instaurando necessariam turbaret, vel ob quam sibi praetextum fingere possent, suam vel aliorum praesentiam solenni cultui divino sive mane sive post meridiem subtrahendi.

23. Scopo dotationis Coenobiorum admodum inconveniens est ecclesias patronatus regularis in statu neglecto relinquere; itaque Praelatus et Administratores curent, ut sarta tecta, munditiemve ubivis conservent; reparationes necessarias tam in aedificiis, quam paramentis de tempore suscipiant, atque etiam scholas rurales in statum quo meliorem collocent.

24. Quoniam bona ecclesiastica sunt simul patrimonia pauperum: Ordinis est, hanc obligationem coram Deo implere, ut pauperes alantur, vestiantur, stipe juventur, praecipue pauperum filii literis vacantes, quos Concilium Tridentinum specialiter pro statu ecclesiastico commendat.

Praemissa igitur Statuta, spiritui sacrae Regulae Benedictinae, sanctionibus canonicis, et communi utilitati Conventualium conformia, nec non legitima auctoritate condita, tam a Capite, quam a membris huius Congregationis religiose observari, et omni meliori modo effectui dari in Domino praecipimus et mandamus, confidentes fore, ut Deus humilium protector, qui inclytum Ordinem Benedictinum, et in specie hanc protofamiliam eiusdem in regno Hungariae per tot saeculorum vicissitudines conservavit, iacta haec semina in salutarem bonorum operum messem amplamque coetus religiosi prosperitatem evolvi concedat.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGONIENSIS

Ceterum non Nobis Domine Deus, non Nobis, sed Nomini tuo da gloriam, et benedic haereditati tuae, et dirige ad Te tuorum corda servorum, ut spiritus tui fervore concepto et in fide inveniantur stabiles, et in opere efficaces.

Pro coronide flectimus genua ad Deum et Patrem Salvatoris nostri JESU Christi, ut Nobis plantantibus et rigantibus incrementa tribuat coelestia, Religiosos in implemento votorum et regularum Ordinis sui superno confortet auxilio, Ordinem sacrum faciat crescere in gentem sanctam, Deo et hominibus gratam, quod ut eveniat, elevatis in coelum manibus, et singulis paterno nostro pectori adstrictis, Archiepiscopalem et Visitatoris Apostolici benedictionem e corde impertimur.

Super quibus praesens Decretum propria manu subscriptum, solennique sigillo munitum dedimus.

In Conventu s. Martini de sacro Monte Pannoniae, die 3. Octobris anni 1855. Episcopatus nostri 18. et Archiepiscopatus 6.

JOANNES CARDINALIS SCITOVSZKY, m. p.
Archiepiscopus Strigoniensis et Primas R. Hung. qua Visitator Apostolicus.

(L. S.)

Ad benignum Suae Eminentiae mandatum
Josephus Szabó, m. p.
Canon. Honor. et Director Cancellariae.

Pestini, 1855. Typis Emilii Müller, in foro Servitarum Nro 1.

Repraesentationes

e privatis Episcoporum Conferentiis **Suae Majestati Sacratissimae** substratae.

a) Gratiarum actoria pro concessa Ecclesiae libertate; — supplex circa exercitium juris nominandi Episcopos, — et munia civilia per Ecclesiasticos gerenda:

Sacratissima Caesareo-Regia et Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Quam super Augusta Domo Habsburgo-Lotharingica singularem divini Numinis providentiam Episcopi ungariae nunquam non cernui suspiciebant, sub nefastarum recentissimarnm convulsionum acerrima tempestate mibiliter rursum eluxisse, ex imis praecordiis Majestati Vestrae Sacratissimae homagiali subjectione gratulantur. ed gratulantur una tam sibi, quam Ecclesiae Catholicae; quam — viribus digno utrinque foedere cum mperio unitis — optimo Reipublicae proventu reflorescentem in spiritu contuentur.

Hoc erat utique inimicorum Crucis Christi consilium, ut thronos cum aris simul subverterent; umque nossent Coronas Principum haud paulo tutiores esse excubiis levitarum, quam armorum praesidiis: mnes machinas in Ecclesiam Christi commoverunt. Sed, qui dissipat consilia gentium et reprobat cogitaones populorum, irrisit et subsannavit eos; ut quos inter se divisos ad ictum utrosque destinabant: hos viribus unitis aciem contra se convertere attoniti admirarentur. Habsburgico-Lotharingicae Domus gloria ista st; quae, avito majorum exemplo, crucem pro Sceptro regendis beandisque populis adhibere docta, eligi a omino meruit, ut virtutibus majorum dignus Pronepos, sicut ceteros in hac orbis parte Principes majestatis lgore antecellit, ita religionis gloria superaret.

Dextera Domini fecit virtutem, ut justitia et pax invicem oscularentur; et quae ad divinam conssionem pertinent, Regia jam et Sacerdotalis defenderet auctoritas. Propter hoc Deo primum, in cujus anu sunt corda regum, et omnium potestates et jura regnorum, gratias agentes, Majestatis Vestrae Sacrassimae edictis publicis testata optima in Ecclesiam studia homagiali grati animi officio celebrant Episcopi salute utriusque Reipublicae privatim Strigonii in medium consulentes; una solemni fide pollicentur: se pristinatis per Majestatem Vestram Sacratissimam nativis Ecclesiae Christi — quae divina institutione bera est — juribus et libertatibus, inter quae libera cum Capite Ecclesiae Antistitum atque fidelium restituta ommunicatio eminet, ita in bonum commune usuros, ut palam fiat: tum optime regi populos, cum regnum et acerdotium inter se optime conveniunt.

Venerantur porro Episcopi consulentes Jus avitum regibus Hungariae personas ecclesiasticas ad piscopatus evehendas ex privilegio Apostolicae Sedis designandi, in personam Sacratissimae Majestatis estrae, qua Regis Apostolici Hungariae translatum; ast inter nova illa adjuncta, quae mutata administrandae eipublicae forma, regnum quoque Hungariae subiit, natura personalis hujus privilegii poscit: ut ejus exerndi modus, inito speciali concordato inter Majestatem Vestram Sacratissimam, qua Regem Hungariae Apolicum, et Sedem Romanam, quippe sine cujus consensu modus exercendi hujus privilegii mutari nequit, deiatur; quod usquedum initum fuerit, Majestatem Vestram Sacratissimam in eo cupiunt Episcopi consulentes omagiali subjectione exoratam; quatenus sponsioni per Ministerium nomine Majestatis Vestrae Sacratissimae piscopis Austriacis factae cohaerenter, in praesentatione Virorum ad Episcopatus provehendorum, Majestas estra Sacratissima benignas Primatis Regni et provincialium Episcoporum Consiliis aures clementissime raebere dignetur.

Cum porro pro arcto illo nexu, quo Civitas et Ecclesia invicem copulantur, ad bonum utriusque eipublicae promovendum viri quoque ecclesiastici officiis civilibus praefici consueverint; id quod natura neotiorum ecclesiasticorum, illorum potissimum, quae mixtorum nomine veniunt, deposcit, sed avitus quoque seculis praevigens in Regno Hungariae usus suadet; nexus vero tum hierarchicus cum dioecesanus, quo sinularum Dioeceseon Clerici suis Episcopis obnoxiantur, sed etiam non impar a Civitate, Ecclesiae in eo, ut ari ipsa quoque fiducia viros, qui moderandis rebus Ecclesiae praeficiantur, donare possit, conditio id secum runt: ut nullus Clericorum sive publico sive privato civili officio potiatur, quin prius Episcopi sui consensum xpetierit obtinueritque. Ex eo Episcopi consulentes Majestatem Vestram Sacratissimam homagiali devotione ant; quatenus in hoc ipsorum justum et aequum desiderium concedere, atque pro eo clementissime annuere gnetur: ut cum pro officiis civilibus seu publicis seu privatis viri quipiam ecclesiastici destinati fuerint, rectivorum Ordinariatuum assensus, et pro re nata Primatis Regni quoque consilia non praetereantur.

Reliquum est, ut ejus quoque silentii rationem Episcopi Consulentes explicent, quo cetera repr
nata pro Episcopis Austriacis nativae libertatis Ecclesiae momenta praetereunt; quae non alia est, quam q
intime persuadeantur, libertates et jura immortalibus edictis Majestatis Vestrae Sacratissimae ddo. 18. et
Aprilis a. c. Ecclesiae in integrum restituta, non seu ad Austriacos seu ad Hungaricos, sed ad Eccles
Catholicam pertinere ; id vero credere nefas existiment, quod Sacratissima Majestas Vestra, dum ceteris M
archiae Austriacae Episcopis liberiorem agendi copiam faceret, tunc prisca et seculorum usu tuta Episcopor
Apostolici regni jura et libertates restrictas cuperet: neque omnes provinciarum unius et indivisae Monarcl
Austriacae Ecclesias — si ita loqui fas est — eodem ac pari loco haberet.

Caeterum Clementiae Caesareo-Regiae humillime devoti, homagiali cum subjectione persistir
Strigonii e Conferentiis privatis Episcopalibus die 25. et sequentibus mensis Augusti anno 1850 asserva
Majestatis Vestrae Sacratissimae perpetuo fideles subditi et capellani Joannes m. p. Archi-Episcopus Strigon
sis et Regni Primas; Franciscus m. p. Archi-Episcopus Colocensis; Emericus m. p. Episcopus Nitrien
Emericus m. p. Episcopus Segniensis et Modrusensis; Gabriel m. p. Episcopus Crisiensis; Georgius m
Episcopus Zagrabiensis; Josephus m. p. Episcopus Eperjessiensis; Basilius Erdélyi m. p. Episcopus Grae
catholicus Magno-Varadinensis; Adalbertus m. p. Electus Archi-Episcopus Agriensis; Antonius m. p. Episco
Jaurinensis; Joannes m. p. Episcopus Weszprimiensis; Josephus m.p. Episcopus Cassoviensis; Josephus Ge
gius m. p. Episcopus Diacovariensis et Syrmiensis; Stephanus m. p. Electus Episcopus Rosnaviensis; Ladisl
m. p. Electus Episcopus Scepusiensis; Michael Rimely m. p. Archi-Abbas; Michael Fogarasy m. p. Episc
Transylvaniensis Delegatus.

---

b) Repraesentatio pro ocyori benigna Episcoporum nominatione supplex:

Sacratissima Caesareo-Regia Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Congregatos Episcopos tum sollicitudo animarum muneri eorumdem pastorali divinitus juncta, sincerum illorum in bonum publicum studium hortatur et urget, Majestati Vestrae Sacratissimae homagiali devotione supplices offerre preces: ut vacantes Episcopatus, personis idoneis, pro supremo suo Patronatus ju clementissime conferre dignetur.

Etenim in sacra Ecclesiae hierarchia a divino ejus fundatore muneri episcopali tanta ac tam gravia nexa sunt officia, ut sine Episcopo in coetibus fidelium, quasi in gregibus pastore destitutis, pleraque in deter tendant; videamusque numero et moribus deficere Clerum, in populo vero langvere fidem, invalescere vitia, disciplinam ecclesiasticam labefactari persaepe cernamus.

Atque ideo tum tristia haec vacantium sedium episcopalium consectaria, tum reverentia scripturar sacrarum, quae curam Ecclesiarum Episcopis esse commissam palam enunciant, jam antiquissimos Ecclesiae gislatores eo determinarunt, ut repetitis etiam, quotiescunque adjuncta poscebant, Canonibus, viduatis Antis Ecclesiis, de condigno pastore quantocyus provideri ordinarent.

Quamquam autem nobis intime persuasum sit; Majestatem Vestram Sacratissimam pro avita sua in l clesias Dei pietate, Sacrorum canonum, indilatam sedium Episcopalium provisionem urgentium benignam re xionem clementissime habituram esse: non possumus tamen non commemorare numerosissimas etiam, cumprit e seculo decimo sexto, Patriae nostrae leges, 1518, 16. 1548, 8. 1550. 18, 1567. 24. etc. etc. illae quippe aeter sunt testimonio, quo e fonte manaverit tristis illa et irreparabilis hucadusque jactura, quae Ecclesiae catholi tum per progressus Reformationis illata; et simul etiam clare enunciant, antiquum jam esse regni apostolici sensu non aliud existere certius aptiusque medium pericula fidei ac morum a popolo removendi, quam si Episcopus, id utique divinitus constitutus, et Clero, et iis, qui hujus pastorali sollicitudini concrediti sunt, perpeti vigilan intendere valeat.

Quod vero inconcussa Ecclesiae fides et morum integritas, pastorali Episcopi sollicitudine cons vandae, cum tranquillitate publica et securitate Principum in arctissimo existant nexu: id Augustissime Domi nostrae cumprimis aetati plurimis luculentissimisque cognoscere licuit testimoniis; jam enim innumeris exem comprobatum cernitur, victricem seditionem ubique et semper in Ecclesiam catholicam saeviisse et ad opprim dam ejus libertatem exstirpandamque doctrinam, his etiam temporibus, humanitatem semper resonantibus, in manam quoque crudelitatem nunquam non adhibuisse.

Licet vero ardentissima nostra vota homagiali cum demissione proposita omnium vacantium Episco tuum provisionem ex aequo humillime efflagitent; interim peculiarem tamen prorsus Dioecesium Vaciensis, Fogarasiensis statum non possumus non singulariter etiam altissimo Majestatis Vestrae Sacratissimae obtutui mississime commendare cum prior illa longo jam admodum tempore Pastore orbata sit; et insuper tristi hac vissimorum motuum epocha, utpote festino tunc malorum revolutionalium centro undique fere circumfusa, pl mis, quae nunc medentis Episcopi deposcunt dextram, patuerit fidei ac morum vulneribus: altera vero haec ob lida graeci ritus non unitorum molimina in praesentissimo versetur periculo dissolvendae sacrae illius unio quam piissimi Majestatis Vestrae Antenati cum aeterna nominis gloria et maxima regni utilitate fundaverunt.

In reliquo Clementiae Caesareo Regiae humillime devoti homagiali cum subjectione persistimus etc. e

BIBLIOTECA E.M.

c) Repraesentatio pro Amnestia Episcopis et reliquis Ecclesiasticis tribuenda:

Sacratissima Caesareo-Regia Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Deferbuit propitio Numine funesta Ecclesiae non minus quam reipublicae, procella; vindicata Principi legibus, quae negata prius impio ausu fuit, debita autoritas; et ubi ante intrepida in armorum periculis Majetatis Vestrae Sacratissimae nitebat fortitudo: nunc Ejusdem Clementia, pulcherrima et maxime celebrata Austorum virtus, multo cum splendore refulget.

Non est igitur Augustissime Domine! necesse nobis, qui jubente sacro nostro munere, apud Deum honesque veniam reis et gratiam peccantibus imploramus, multis persvadere; quam pulchrum, quamve excelm sit: „parcere subjectis, et debellare superbos" quippe aperta jussu altissimo ergastula, condonata supplicia, o reddita iis etiam, qui extrema quaeque sibi metuenda credebant, vitae ac bonorum gratia, apertissime uuntur: fixum esse apud Majestatem Vestram Sacratissimam, non armis magis, quam Clementia hostes cere.

Sacratissima Majestas! Deus misericordiarum est, quem praedicamus terris; et quem Principibus aeque subditis in exemplum ac imitationem proponere vocati sumus. Quid igitur nisi gaudere nos oportet in Domino et nedicere Deum „per quem Reges regnant" cum Majestatem Vestram Sacratissimam ad immortalitatem nomis eo cernimus tendere tramite, quem sectando primus apostolici regni hujus stator, dum justissimas victorias mentia temperat, non modo regenerator populi sui exstitit, verum etiam ut decus hominum, exemplumque sterorum, in nonum jam saeculum, cultu lassari nescio, a popularibus suis celebratur.

Effluxus paucorum mensium in populorum vita, breve est sane temporis spatium; et tamen quam gna in terris his vastissimis et populo forti non minus quam numeroso rerum conversio! Posita nempe cum mis videmus odia; raros, et nonnisi a perditis vel prorsus miserandis audimus intervenire excessus; reflorere cernimus pacis artes et belli intestini vulnera prius, quam sperare licuit cicatricibus obduci; quoniam rbrevi, multis indiciis, patuit: Majestatem Vestram Sacratissimam pro ingenita Augusto suo sanguini clemen, in errantes filios paterno esse animo et gentis contestatam in multis per saecula fidem non magis, quam oximos paucorum scelere suscitatos motus benignissime respicere.

Dum itaque Augusta Majestatis Vestrae Sacratissimae favente Clementia et publica in regno quies iores in dies radices agit, et ob hoc plurimi ex iis, quos vindex justitia libertate ac patria exuerat, beneficio tissimae gratiae utramque laeti ac grati repetunt: dignabitur Majestas Vestra clementissime indulgere, si consegati Episcopi homagiali cum reverentia supplices pro Praelatis et aliis Ecclesiasticis humilimas interponere deant preces; qui priorum annorum nunquam satis deploranda procella, avulsi sunt a sacris et remoti a muribus, queis eos vel Augusta ad regendas Ecclesias ornaverat Clementia, vel Ecclesiastica ad colendam viam Domini potestas instruxerat. —

Has Augustissime Domine! homagiali cum devotione propositas preces pro congenita Majestati Vetae clementia benignissime exauditum iri congregati Episcopi eo magis confidere audent, quod persvasum eis firmiter, fore, ut Praelati Patriae redditi et Sacerdotes ministerio suo restituti novae Clementiae Caesareogiae futura sint indicia; sed etiam ejusdem fidi ac indefessi praecones, quorum conspectus aeque ac oratio nuncient populo: Majestatem Vestram Sacratissimam armorum felicitate Augustum aequasse, Clementia vero to parem esse.

Qui in reliquo Clementiae Caesareo Regiae humillime devoti homagiali cum subjectione persimus etc. etc.

---

d) Repraesentatio pro immunitate aedium ecclesiasticarum ab onere hospitii militaris, et Parochorum a praejuncturis:

Sacratissima Caesareo-Regia Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

In consideranda curae animarum multiplici correlatione, uti domorum religiosarum sacra destinatione, piscopi Ecclesiae hungaricae Strigonii congregati urgentissima invenerunt argumenta, quibus gratiam Majetis Vestrae Sacratissimae eo scopo humillime implorarent; ut residentiae Episcoporum, aedes parochiales, llegia Religiosorum, Seminaria, Scholae, Instituta Sacerdotum deficientium et similia ecclesiastica aedificia illocatis militibus immunia redderentur, onereque in posterum recipiendi seu stabilis, seu transeuntis militis levarentur. Illa enim Augustissime Domine! cordibus nostris haeret fiducia, Majestatem Vestram domicilia desse memorata aliis publicorum officiorum aedificiis nolle posthaberi, quae incommodis hospitiorum militarium nime sunt obnoxia. Svadet hanc aequitatem functionum religiosarum indoles strepitum armorum refugiens, alis e. g. est sacrae sedis celebratio in curia Episcopali, vel disciplinae clericalis cura in Seminario; svadet in silentium et recollectio ad pastoralem institutionem necessaria, parochianorum fiducialis ad parochum ac-

cessus, illis impertiendae consolationes, et institutiones, denique ea maxime ratio, quod detrimenta muneris pastoralis, longe excedant illud forte commodum, quod administrationi publicae ex tumultuoso hujusmodi aedi sacrarum usu accedit. Quantumvis igitur Clerus ad ferenda communia civium onera promtus paratusque hancque obligationem alios exemplo quoque suo docere gestiat: attamen civili quoque officio tunc optime servire se merito censet, dum muniis destinationis suae civium saluti natae imperturbate sinitur respond Pastoralis itaque sollicitudo non minus, quam boni comunis studium obsequentissimos Episcopos Ecclesiae h garicae monet, ut prius exoratam relevationem suppliciter flagitent, illucque etiam exemtionem parochorum servitio curruli, vulgo praejuncturis referri orent gratia Majestatis Vestrae Sacratissimae.

Pro qua Clementia Caesareo-Regia novis perpetuae fidelitatis, et grati apud Deum animi vinc adstricti, in homagiali devotione persistimus etc. etc.

---

e) Repraesentatio circa Fundum Religionis:

Sacratissima Caesareo-Regia et Apostolica Majestas; Domine Domine nobis Clementissime!

In tanta avitorum Sacrorum aeque ac profanorum jurium commutatione, et rerum politicarum reipublicae ipsius administrandae conversione, non poterant non Episcopi de salute Ecclesiae catholicae cons in unum conferentes, jura proprietatis Ecclesiae singulari cura et sollicitudine tanto etiam magis complecti, q to plures et feraciores proventuum Ecclesiae fontes recentissimis temporibus non sine gravissimo ipsius gionis catholicae discrimine obstructos fuisse et vel remansos usque adhuc periclitari ingemuerunt.

Inter hos praecipuo loco occurrit Fundus Religionis, cujus ad Ecclesiam catholicam spectantem in lienabilem proprietatem, in destinatos catholicos fines exclusivam dispensationem, atque hoc scopo necessar qua licet independentem administrationem Catholicis vindicandam, principalis suae obligationis esse nunquam d tarunt Episcopi Congregati; hocque certius se partibus suis nunc adesse debere arbitrati sunt; quod parte una, mutata, et typo catholico exuta administrandae reipublicae forma, vicujus personale ex privilegio apost Jus supremi patronatus Ecclesiarum Hungariae Regi Apostolico competens, via Ministerii, nulli jam religi confessioni alligati, exercendum est; parte ab altera vero, redditis Ecclesiae catholicae quoque, virtute §. 2. fu mentalis constitutionis ddto 4. Martii 1849., nativis proprietatis juribus, quae hoc non obstante rursum in pericu vocari dolenter cognoverunt, se gravissimi officii sui commonitos intellexerint.

Sive enim ad originem hujus Fundi et fontes, ex quibus conflatus, et lapsu temporis adauctus sive ad sanctimoniam juris proprietarii; sive ad mentem fundatorum; sive ad leges canonicas et patrias; siv studia tam decessorum suorum, quam catholicorum circa eumdem salvum praestandum nunquam non testata; denique ad fata ejusdem et repristinatam Ecclesiae libertatem animum adverterent: certius, firmiusque sen convincebantur; Fundum Religionis ad exclusivam Ecclesiae catholicae in Hungaria existentis proprietatem p nere, neque ullo colore aut titulis in alienas a catholicis finibus destinationes impendi posse. Atque

a) Originem quod spectat fundi religionis: haec ad tempora Augustae memoriae Ferdinandi III. r Hungariae refertur, qui pro subsidio Parochorum catholicorum, per sublatas virtute art. 12. anni 1647 prae tiones ab hominibus Evangelicae Confessioni addictis eousque dependi solitas jacturam passorum, e Camera gia annuos 6000 florenos in hunc scopum, adeoque in bonum Ecclesiae catholicae, converti disposuit; quae sum subin plurimorum millium florenorum accessionibus, partim ex sponte oblatis et pie legatis virorum ecclesiast rum symbolis, partim ex annua bonorum ecclesiasticorum taxatione et vacantium beneficiorum proventibus, tim denique ex sublatorum Ordinum Religiosorum bonis, et abolitarum catholicarum confraternitatum fun adeoque ex fontibus pure catholicis tantopere adaucta fuit: ut, quos ex civili fonte trahebat, primos natales pro absorberet: alioquin nec pietate Regia Augusti Statoris Ferdinandi III.; neque ex natura pii pro bono Eccle catholicae oblati, cujus administrationem devotissimus rex ad Primatem Regni pertinere volebat; neque ex d natione ejusdem ita comparatos: ut naturam juris proprietatis pro bono Ecclesiae, seu immutarent seu elider Quod vero

b) Ad sanctimoniam indubitatae, ex praemissis catholicae, proprietatis et destinationis fundi hujus tinet; hanc nullo contrario usu, nullis temporum vicissitudinibus obnoxiam esse, tum ex natura juris propriet quod tempori alligatum non est, tum communi omnium aetatum et populorum sensu adeo probatum est: ut haec nunquam alias, nisi dum fundamenta rerumpublicarum concuterentur in periculum vocata, aut violata se testatissimum sit. Idem evenit

c) Si mens fundatorum, et seu benevole seu ex imposita obligatione symbolas suas in fundum hun ferentium attendatur; quam nisi sartam tectamve servare libuerit, omnia civium jura obvius quisque sine pi convulserit. Hinc est

d) Quod Sacri Canones, qui in Regno Hungariae patriarum quoque legum sanctione ab octo et quod cedit seculis communiti sunt, nec non decreta SS. Concilii Tridentini quae Episcopis Hungariae nunquam non legibus valebant, eosdem ad proprietatem quorumvis bonorum et fundorum catholicorum illibate servandam stringant, et quamlibet alienationem sub ecclesiasticarum Censurarum intentatione prohibeant. Hinc est

e) Quod leges quoque patriae saepius atque iterum caverint: nominatim Partis 1. tit. 10. item 1791 art. 2. et 26. §. 12. ut Sua Majestas Sacratissima velut Supremus Ecclesiarum Patronus fundationes Ecclesiae Catholicae cujuscunque nominis fuerint ad mentem fundatorum administrari, adeoque quae sunt Catholicorum in Catholicos, quae Evangelicorum in suos fines converti faciat: id quod adducto §. 12. in vim legis perpetuo duraturae statutum asseritur, atque 1808 art. 2. §. 12. innovatum legitur. Hinc est

f) Quod Episcopi Hungariae et Status catholici, quotiescunque discrimen aliquod fundo huic immineret, vocem sustulerint, et suum cuique servandum atque tribuendum suo jure postulaverint. Factum id est per regnicolares deputationes super objectis ecclesiasticis de annis 1793. 1828. 1830. diaetaliter exmissas; denique 1848. quo jus retinendarum fundationum suarum Catholici inter puncta petitionum recensere, partium juriumque eorum esse nihil ambigebant. Demum

g) Ad fata fundi hujus quod adtinet; et haec liquido monstrant proprietatem ejusdem semper ad Ecclesiam catholicam spectasse, hancque per ipsum excelsum Gubernium nunquam in quaestionem vocatam fuisse. Docet hoc clementissima Ordinatio Augusti Statoris fundi hujus Ferdinandi III., virtute cujus administratio et dispensatio ejusdem ad Primatem Regni ea lege pertineret, ut in synodis provincialibus quovis quarto anno habendis rationes super erogationibus praesentaret; docet subin 1733 erecta sub praesidio Regni Primatis, assidente quoque Episcopo Agriensi, Commissio, quae rationibus fundi hujus intenderet; docet edictum Josephi II. operatoris, qui abolitorum Ordinum religiosorum proventus, et fundos sublatarum confraternitatum ad pios usus, signanter regulationem parochiarum impendendos huic Fundo addixit; docet porro, et illud, quod dum ductu art. 1. 1805. §. 6. subsidia in bellum gallicum Status et Ordines magno animo contulissent, quemadmodum ad vias privatorum nobilium possessiones, ita ad Abbatias et Praeposituras fundo religionis addictas debitam subsidii portionem repartiti fuerint, haud facturi hocipsum: si bona haec non bona Ecclesiae, ceteris nobilitaribus, eam ratione jurium proprietatis, quam etiam onerum paria, sed bona Status, seu Cameralia reputassent.

Neque ex eo in praejudicium assertorum quidquam argumenti exsurgit; quod administratio fundi hujus, bonorumque ejusdem, via Excelsi Dicasterii ultimis temporibus procurata fuerit; ratio enim administrationis naturam proprietatis commutare non valet: tanto etiam minus, quod de eo art. 12. 1808 expresse cautum est. Accedit, libertate Ecclesiae restituta, quidquid alias juris, cum praejudicio Ecclesiae, forte Civitati accessisset, ipso in irritum cecidisse; neque ulla rationum momenta superesse, quibus incameratio Fundi Religionis sustineri ac defendi, nedum in effectum sumi posset.

His igitur argumentis indigitatis magis, quam ad plenum eductis freti Congregati Episcopi, Majestatem Vestram Sacratissimam homagialibus iisque instantissimis precibus sollicitare sustinent; quatenus Jure supremae inspectionis penes Majestatem Vestram Sacratissimam, qua regem apostolicum remanente, Fundum religionis pro privato Catholicorum peculio declarare; abolitarum urbarialitatum et decimarum indemnisationem bonis ejusdem immobilibus addicere; administrationem vero ejusdem publicam quidem, attamen a Camerali distinctam ordinare; et indicatae Episcoporum inspectioni per Commissionem Ecclesiasticam penes Dirigens regni Dicasterium cum sufficienti activitatis independentia organisandam, sine cujus annutu non tantum nullae majores momenti erogationes, praecipue autem nullae capitalium elocationes fiant, sed ad quam, signanter vero refertem ecclesiasticum, tam fundationalia negotia, quam oeconomica bonorum hujus fundi administratio praecipuo modo spectet, obnoxiam reddere; una jus patronatus in beneficiis Fundi Religionis, — quod distinctis quoque precibus in merito Patronatus humillime expositis exorant — in Episcopos transferre; denique benignis jussis cavere clementissime dignetur: ne reditus fundi hujus, aut quorumvis ejusdem cathegoriae aliorum, in alios, quam catholicos fines, instituta, et personas erogentur; neque dehinc viris alienae Confessionis stipendia ex fundis Catholicorum tribuantur: quod recentissimo tempore evenisse Episcopi cum dolore intellexerunt. Quae omnia per humillem Commissionem ad eundem modum in Transylvania quoque clementissime ordinari, Episcopi Congregati homagiali devotione supplicant.

Ceterum Clementiae Caesareo-Regiae homagiali cum sujectione devoti persistimus etc. etc.

---

f) Repraesentatio intuitu coordinationis Studii theologici, et sustentationis Seminariorum:

Sacratissima Caesareo-Regia Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Demisse infrascripti Episcopi dum Strigonii congregati adflictis Ecclesiae hungaricae rebus pro paterno suo munere mederi adniterentur, institutis illis, quae ministrorum religionis sunt seminaria, peculiarem paternam sollicitudinem non poterant non impendere. Ecclesia quippe catholica divinae missionis memor, alumnos suos, velut tenera germina in spem posterorum succrescentia, propensissimo Studio fovet et diligit, eorum formatio tanto est gravior; quod educentur in magistros et patres populi, cujus salus cum doctrina et virtute pastorum statque, caditque. Nulla esse potest salva respublica, cujus cives timore Dei dimisso, religionis cultum, et sacrorum reverentiam exuunt; nec fides in Principem intemerata, nec jura humana consistunt tuta: nisi religionis ministrorum officio et institutione in populorum cordibus consecrentur. Quare Episcopi congregati non Ecclesiae solum utilitati se servituros, verum et civilia sua officia erga Augustum Thronum et patriam

nobili parte persoluturos censuerunt; dum de constituenda Cleri junioris educatione, et hujus procurandae sidiis consilia in medium conferrent. Haec nunc altissimo obtutui Majestatis Vestrae Sacratissimae demisse sternimus; ut pro paterna sua in cunctos subditos clementia et connata Augustissimae Suae Domui erga religio et Ecclesiam pietate, eisdem benignum annutum largiri dignetur.

Sunt vero Sacratissima Majestas! alia, quae cleri institutionem, et Ecclesiae circa hanc auctorita respiciunt; alia quae se ad fontes subsidiorum pro conservandis singularum Dioecesium seminariis requisito referunt. In illis maxime ad Universitatis Pestinensis studia et facultatem theologicam habita est reflexio; niam novissimi quidam circa eam eventus monebant, ut libertatem Ecclesiae, sub glorioso Majestatis Ves Sacratissimae regimine sancitam, hac etiam in parte tanto magis nobis asseri oraremus: quod declarata Maje tis Vestrae Sacratissimae sit voluntas, Instituta litteraria privatis e fundis erecta, cujusvis Communitatis giosae liberae gubernationi relinquendi.

In ordinandis Lyceis dioecesanis Episcopi Ecclesiae hungaricae nec hactenus erant a potestate restricti, hancque autonomiam in posterum quoque sibi salvam mansuram humillime confidunt. Unde hoc spectu Majestati Vestrae Sacratissimae illud solum obsequentissime insinuamus; curaturos nos esse ut form Cleri junioris sub uniformi, quantum adjuncta admiserint, Praesulum directione eum assequatur perfecti literariae et moralis gradum, quem provecta hodierni aevi literarum cultura et ampliores indigentiae religio in designatis populi christiani doctoribus requirunt.

Quoad generalia Instituta theologiae tam Pazmaneum, quam Institutum sublimioris educationis p byterorum ad St. Augustinum, utrumque Viennae florens, ac copia praeclarorum virorum, quos ab origine educavit, illustre, ad mentem fundatorum conservari cupimus; simulque homagiales gratias Majestati Ves Sacratissimae referimus, quod clementissime disponere dignata sit, ut e censu 4,800 florenorum Abbatiae S. cobi de Silisio, et Praepositurae S. Benedicti de Kaposfö in Instituto sublimiori Viennae 8. Alumni Eccle hungaricae, pro singulis 600 florenos computando, educentur. Denique accedimus voto Episcoporum Vien congregatorum, quo praedictum Institutum inspectioni Episcoporum obnoxiari petitur, nulli dubitantes, i Episcopis quoque Hungariae suas partes esse tribuendas. Seminarium centrale Pestinense peculium est clesiae hungaricae, et necessaria conditio, ut facultas theologica, Universitatis catholicae Pestinensis pa integrantem possit constituere. Cum autem ipsa haec Universitas pariter ex peculio Ecclesiae sit erecta frascripti Episcopi humillime declarant: nullum sibi videri superesse fundamentum, quo minor Ecclesiae buatur auctoritas in administrando hoc centrali, quam in dioecesanis Seminariis: imo educatio utrobique st ecclesiastica, idem finis, eademque media omne discrimen tollunt. Quidquid igitur juris est Episcopis in L dioecesana, sive in determinandis disciplinis, ad quas alumni informentur, sive in deligendis Professoribus: eo nec quoad facultatem theologicam Pestinensem se possunt abdicare. Cum igitur Majestas Vestra Sacratiss votis Episcoporum Viennae congregatorum eousque deferre dignata sit, ut etiam ad Universitates, per statum p cum fundatas potestatem Episcoporum professores instituendi et destituendi clementer agnosceret; prout altiss Majestatis Vestrae resolutio de 23. Aprilis 1850 testatur: Episcopi Ecclesiae hungaricae fiducialiter sperant: se catholica, imo ecclesiastica Pestinensis Universitatis fundatione et indole, non solum institutionem et destitutionem, et delectum Professorum ab aequitate Majestatis Vestrae Sacratissimae impetraturos esse, a Principe Primate r ita instituendum, ut audita prius facultatis theologicae opinione, delecti Majestati Vestrae, qua Patrono et apostolico pro benigna confirmatione praesententur. Scopo hujusmodi delectus, nisi vir aliquis meritis lit riis et dotibus clarus evocandus esse censeretur, concursum institui oportebit presbyterorum, qui Theolo laurea insigniti sunt. Eum autem indicere, theses in eo resolvendas proponere, et supremam elaborato censuram suscipere, ita cohaeret cum natura utcunque moderatae potestatis ecclesiasticae, hujusque relati ad Universitatis catholicae facultatem theologicam; ut congregati Episcopi firmiter sperent, Majestatem Ves Sacratissimam a priori, partim civilis regiminis, partim Viennensis Universitatis in hoc negotium influxu nitus abstracturam, et dictum jus Principi Regni Primati salvum relicturam esse. —

Nihil porro Augustissime Domine! catholicae theologiae salutarem vim et excellentiam magis conn dat, quam unitas doctrinae, et disciplinae; nihil a scopo ejus magis alienum, quam si quis professorum ultra brietatem sapere velit, et proferat doctrinas a spiritu vere ecclesiastico alienas. Ut hoc cautum sit, et P ceps Praesulesque penes facultatem theologicam Pestinensem non destituantur vicesgerente, qui debita auctoritate professorum spiritui et doctrinae, nec non morum disciplinae intendat: permultum interesse cens impenseque cupiunt congregati Episcopi, ut facultati theologicae praesideat Director in dignitate constitutu professoribus diversus, et ad propositionem Principis Regni Primatis a Majestate Vestra Sacratissima ben nominandus; cujus officio vel ideo opus est, quod Pestini nullus Episcoporum resideat, decanus autem ad mo aliarum facultatum annuae electioni obnoxius, inter pares et collegas sufficienti directionis auctoritate non leat. Accedit, facultati theologicae pro natura regiminis sacri vix unquam defuisse dirigens caput, et dum d paulo post ex rationibus sonticis iterum restitutum fuisse. Quibus omnibus considerationibus majus in pondus obsequentissimi Episcopi demisse existimant, quam ut ob aliarum fors facultatum exemplum hujusm unitatis ecclesiasticae centro facultas theologica bene privari possit.

Studium theologicum Universitatis e destinatione sua ampliori disciplinarum orbita absolvitur, q id instituta particularia admittant.

Et propriae sunt cuivis aevo et regno indigentiae seu literariae, seu religiosae, quas alumnos, sc perfectioris institutionis percipiendae ex omnibus dioecesibus ad Universitatem missos ignorare eo minus e dit; quod ex hoc atheneo centrali beneficium solidioris calturae theologicae ad totum regnum oporteat dima Unde Episcopi Ecclesiae hungaricae supplices fiunt Majestati Vestrae Sacratissimae, ut tres cathedras: scil lingvarum semiticarum, Patrologiae, et Liturgicae, quae nuperrime propriis gaudebant doctoribus, clemen

estituere dignetur. Aequum enim est, ut dum in Universitate hac, quae principaliter ad procurandum religionis t Ecclesiae incrementum fundata fuit, aliae facultates numero professorum insigniter augentur: facultas theo- ogica saltem illis non destituatur doctrinis, quas religiosae aevi nostri indigentiae in dies magis urgent.

Jus canonicum, quod essentialem universae Theologiae partem constituit, in omnibus Lyceis dioe- esanis a theologiae doctore traditur, et olim etiam in Universitatibus inter theologicas cathedras numeratum st. Infaustae regiminis civilis diffidentiae erga ecclesiam maxime adscribendum videtur; quod haec disciplina d facultatem juridicam translata sit: presbyteris ab ea tradenda exclusis. Nunc ubi benigno decreto Majestatis estrae Sacratissimae Ecclesiae libertas repristinata, diffidentiaeque species sublata est: obsequentissimi Epis- opi nihil obstare arbitrantur, quominus cathedra juris canonici cum facultate theologica uniatur. Si tamen hoc otum aliqua obstacula nondum admitterent: saltem in delectu tam Professoris juris canonici, quam Paedago- iae idem sibi jus tribui desiderant, quod in designandis professoribus Theologiae, ex rei natura habent: nam traquae haec disciplina, religione nititur, et Pestini ab Ecclesiastitcis potissimum alumnis frequentatur, atque umme interest, ut alumni utramque ex ore professorum, quos Episcopi probaverint, audiant.

Adnumeratis juris canonici et Paedagogiae Professoribus, et restitutis quae ante humillime expetita unt cathedris, cunctas disciplinas, ab alumnis centralis Seminarii frequentandas duodecim professores propo- ent: ita ut quemlibet cursum annuum duo ordinarii et unus extraordinarius doctor moderentur. Ordinaria stu- ia sunt: Lingva hebraea cum studio biblico veteris foederis, et Historia Ecclesiastica; Lingva Graeca cum tudio biblico novi foederis, et Theologia fundamentalis; Dogmatica et moralis; Jus canonicum et Pastoralis. Extraordinaria: dialecti semiticae; Patristica, Paedagogia, et Liturgica cum Archeologia christiana. Omnia aec studia cuncti alumni Seminarii centralis frequentare obligantur: praeter lingvas orientales, quarum stu- ium Episcopi prout utilius judicaverint, nonnullis poterunt relaxare. Caeterum, qui ad gradus academicos ad- pirant cognitione lingvarum semiticarum carere nequeunt.

Haec sunt Sacratissima Majastas, quae de facultatis et studii theologici Pestinensis ratione ad altis- imum thronum humillime perferenda duximus. Ast apud eundem supplices nos morari grandis adhuc urget ecessitas, irremissa animat fiducia. Inter multiplices quippe non pridem sedatae tempestatis procellas, quibus traque respublica arcano divinae providentiae consilio jactabatur, vix ulla fere stabiliorem Ecclesiae intulit cla- em, quam prostratae Seminariorum cleri junioris fortunae. Quod Concilii Tridentini provida decrevit dispo- itio; quod ingenti episcopalis sollicitudinis impendio procuratum, jamque diuturni temporis usu conservatum uit: ut nempe quaelibet Dioecesis proprio gauderet cleri sui plantario: hoc nostris plane diebus in discrimen dductum vehementer ingemiscimus. Certe extrema pastoralis nostri muneris spe privaremur inconsolabiles, isi penes adhibendam omnem propriarum virium contentionem, quam tamen insufficientem profitemur, gra- iam quoque Majestatis Vestrae Sacratissimae in instaurandis et conservandis Seminariis nobis opitulaturam umillime confideremus. Itaque ne priorum temporum recrudescant vulnera, quibus in defectu ministrorum re- gionis civitas et Ecclesia dire fuit sauciata, Majestatem Vestram supplices oramus, ut in sublevamen arctis- imae necessitatis

1. Seminariis illis, quae ob amissa urbarialia beneficia aut decimas, dotis suae gravem jacturam tu- runt, non tantum adpromissa cunctis bonis ecclesiasticis urbarialitatum compensatio, ex parte saltem, antici- ative, praestetur; sed etiam dispositio §. 2. art. 13. 1848. ad Seminaria, velut opis hujus maxime indiga adpli- etur: cum utique Seminariorum decimae, renunciatione quorundam Praelatorum et Capitularium in comitiis nni 1848. illegaliter extorta, nec fuerint comprehensae, nec potuerint aboleri. Utriusque generis compensatio emissa nostra opinione fieri posset in obligatis summis capitalibus penes aerarium publicum mansuris, quarum ensum Seminaria quo ocyus perciperent.

Et hic committere non possumus, quin eandem Majestatis Vestrae Sacratissimae gratiam pro illis noque puerorum convictibus imploremus, qui in Transylvania penes gymnasia fundati, reditus suos in decimis erceperunt, et nunc his succisis collabi periclitantur; non exiguo educationis damno praesertim in illos ado- escentes redundante, qui e mixtis matrimoniis nati religionis suae catholicae praesidium in hisce convictibus epererunt.

Quia autem pauca nonnisi Seminaria dotem suam in bonis immobilibus, vel decimis habebant; reliquis ero potissimum e fundo regulatorum Episcopatuum nunc jam penitus exhausto sucursum fuit: huc quoque cle- ientiam Majestatis Vestrae Sacratissimae extendi supplices instamus, ut bonis episcopalibus titulo compensan- orum urbarialium beneficiorum simile anticipatum subsidium benigne resolvatur, quale secularis Ordinis pos- essoribus obtigit: quo Episcopi quam multiplices dioecesium suarum indingentias facilius sarcire, tam Semina- iis pro nobili Officio succurrere valeant.

Hoc studio succurrendi, quo nihil habent antiquius, ducti humillime infrascripti Episcopi, etsi ex at- itis proventuum suorum viribus nec cleri sui curati egestate pressi, nec Ecclesiarum sui patronatus inopiam atis levare, aliasque pastoralis muneris impensas pristino more sustinere valeant; tamen jam nunc quinquepro- entualem annui sui realis reditus partem in sanctum educationis ecclesiasticae finem sponte offerunt.

2. Non quidem ignoramus, Augustissime Imperator et Rex! quot quantasque alias indigentias eccle- iasticas fundus religionis sarcire debeat, qui et ipse a communi nostrae temporis calamitate non mansit im- nuis; nihilominus in praesentissima Seminariorum necessitate eum quoque in subsidium non vocare non pos- umus, scopo huic ceteroquin jam a Josephi 2. Imperatoris temporibus ex parte destinatum; ut autem ferendo sub- idio saltem aliquatenus par fiat; tam decimarum, quam urbarialium beneficiorum anticipatam compensationem d ejus quoque bona extendi humillime petimus.

3. Plurima sunt Seminariorum etiam dioecesanorum Capitalia, jussu altiori aerario publico illata et rga exiguum censum ibidem a longo tempore exhaerentia, quae sortilegio obnoxia post longam forte annorum

seriem, ubi extracta fuerint, solitum legale interusurium fundent. Quum vero hujus in plena mensura obtinen urgentissima sit necessitas; dignetur Majestas Vestra Sacratissima clementissime decernere: ut, juxta pl similis altissimi favoris exempla, capitalia illa pro extractis considerentur et declarentur, Seminariaque, ad q spectant plenum suum censum indilate consequantur.

4. Nunquam Ecclesiae Imperii Austriaci laetior affulsit dies, quam, dum immortali Majestatis Vestr Sasratissimae gloria, libertas ei asserta, bonaque ecclesiastica fundamentali lege ut peculium Ecclesiae, s hujus dispositioni obnoxium agnita sunt. Chorus Episcoporum Ecclesiae hunagricae, splendidissimo huic ju tiae monumento, augustaeque voluntati illud unice censet consentaneum; ut administratio bonorum episcopali post mortem Praelati, exclusa camerali ingessione, soli Ecclesiae relinquatur. Quo clementer declarato, f ctus eorum intercalares finibus unice ecclesiasticis, et inter hos Seminariis impendi poterunt. In hunc cens autem vocandos censemus proventus quoque Abbatiarum et Praeposituraruм realium, Capitulis aut Ordini religiosis non adhaerentium, vel secus stabilem ad certos Ecclesiae fines destinationem non habentium; in qu tum scilicet hoc fieri potuerit, et usquedum praesens Seminariorum necessitas duraverit: quod et Concilii T dentini, patriarumque legum dispositioni cohaeret. In specie autem illuc converti homagialiter petimus redi Abbatiae S. Jacobi de Silisio, et Praeposituraе S. Benedicti de Kaposfö, qui a 4800 florenis ad Institutum Augustini convertendis supernataverint.

5. Illud quoque ad sublevanda nonnihil educationis ecclesiasticae onera a gratia Majestatis Vestr Sacratissimae demisse exoramus; ut stipendia publica, quae cum Altissimo Ejusdem annutu conferuntur, de ceps usquedum praesens necessitas duraverit, et in quantum id menti fundatorum non adversatur, apud recep ad juniorem Clerum juvenes, qui prius jam talibus gaudebant, relinquantur, in emolumentum Instituti cess

6. Tam ex Concilii Tridentini clara dispositione, quam plurium dioecesium actu vigente salutari unanimiter constituimus: ut unam saltem e cathedris in quovis dioecesano studio theologico Canonicus actu teneat, quo pariter erogationibus Seminarii aliquatenus parcetur, idque Majestatem Vestram Sacratissimmam b gne ratihabituram plene confidimus.

Cum autem omnes hactenus recensiti subsidiorum fontes, quos gratia Majestatis Vestrae Sacra simae apertum iri confidimus, sufficientem Seminariis opem haud laturi esse facile praeviderentur; quum est, ut ad inexhaustum Clementiae Caesareo-Regiae fontem supplices reccurramus orantes: ut defec qui seu ante apertos hos fontes sarciendi, seu postea supermansuri sunt, ex aerario status publici compens tur. Cum enim Ecclesia per suos ministros reipublicae civili utilitatem nullo alio officio compensabilem p stet; ipsum autem aerarium e potioribus catholicorum civium facultatibus locupletetur: aequum esse, et stinationi redituum publicorum maxime conforme humillime censemus, si isti cleri junioris educationi quo cum salute civitatis intime nexae inserviant.

His omnibus Augustissime Domine! illud homagialis nostrae pietatis et fiduciae documentum ad t num Majestatis Vestrae Sacratissimae deponimus, quo pateat: nihil esse tam magnum, quod in bonum Religio et Ecclesiae ab Apostolica Majestatis Vestrae providentia, et gratia non speraremus. Qui de reliquo clemen Caesareo-Regiae homagialiter devoti, dum pro Majestatis Vestrae et Augustae Dinastiae prosperitate juges ces caram Deo spondemus, in perpetuo fidelitatis sensu emorimur etc. etc.

---

g) Repraesentatio pro sublatione restrictionis testandi libertatis Praelatorum conventione K lonicsiana contentae.

Sacratissima Caesareo-Regia et Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Quum nihil ardentius exoptent Praelati Ecclesiae hungaricae, quam ut gregis dominici, cui di dignatione praepositi sunt, cunctis indigentiis plenissime — quantum fieri potest — satisfiat; quumve p ex alia facultatibus suis, et Ecclesiarum suarum, per ultimorum temporum vicissitudines gravissime acc media sibi ad hoc praestandum non semper debita mensura suppetere, saepe cum non exigua sui confus experiantur: sanctae obligationis suae esse ducunt, de mediis his augendis, restrictionibus vero — quae p lium Ecclesiae hungaricae quoquo demum modo attenuant — tollendis sollicitari. Quare ad Sacratissimam M statem Vestram, in cujus ceu Summi Ecclesiae Patroni, Apostolicique Principis, pientissima religione prae tissimum rei Ecclesiae Catholicae praesidium se habere quam optime sciunt, demissis precibus confugiunt illam quoque restrictionem, quae in Conventione Kollonicsiana, quoad liberam Praelatorum testandi facult continetur, sufferendam disponere, et hoc facto Episcopis potestatem facere dignetur: proventus illos, pietas principum, patrum religio, studiosave praedecessorum nostrorum parsimonia ad sanctos religi fines paravit, destinavit, quo plenius, quo uberius ad hunc scopum convertendi. Sed ut rem planius explice juvet demisse exponere:

Jus de substantia sua ad casum mortis libere disponendi Praelatis Ecclesiae hungaricae integ est; utpote qui de una tertia tantum parte libere testari valentes, alia tertia Ecclesiae finibus deputata, ter fisco Regio relinquere debent; si vero irrestrictum jus condendi testamenti exercere volunt: illud una t cameraliter conscriptorum proventuum suorum parte redimere tenentur.

Restrictionis hujus e feudalibus aevi jam superati in patria nostra correlationibus enatae gene liceat nobis cum benigna Majestatis Vestrae venia brevibus adumbrare:

Postquam Augustissima domus Austriaca Sacram Hungariae Coronam adepta fuisset: regnum hoc apostolicum continuis bellis externis et intestinis arctabatur. Privatorum possessiones continuis mutationibus, bona vero Ecclesiae multiplicibus aggressionibus obnoxia fuerunt. Fiscus Regius temporum illorum angustiis coactus, non raro posthumas Praelatorum substantias apprehendit. Contra has juris sui laesiones praesidium invenerunt Praelati in diplomate Ferdinandi III. de anno **1625**, quod communiter „Diploma Ferdinandeum de facultate testandi Praelatorum" audit: vi cujus Praelati de una medietate substantiae suae in bonum Ecclesiae disponere obligati, liberam de altera medietate juxta Canones testandi facultatem retinnerunt; ea tamen sub conditione, ut fortalitiorum finitimorum memores esse velint.

Verum cum Praelati in testamentis suis fortalitiorum vel plane non, vel non ea mensura meminissent, qua id desiderabatur; quumve nulla in casum decessus Praelati ab itestato provisio per dictum diploma facta fuerit: controversiae inter fiscum et Clerum de intestata massa iterato enatae fuerunt. Ad quas dirimendas, et certam normam pro futuris similibus casibus defigendam Conventio Kollonicsiana inter fiscum Regium et Praelatorum Ordinem Anno **1703** coaluit: vi cujus una tertia relictae Praelatorum substantiae pars, Ecclesiae; alia tertia fisco Regio cederet; de tertia vero testator libere disponere possit; vel si is ab intestato moreretur: haec cognatis ejus: in defectu cognatorum vero in aequa dimidietate Ecclesiae et fisco obveniret.

Conventio haec art. **16.** anni **1715** ad interim, eousque scilicet, donec per Commissionem alia norma condita non fuerit, ratihabita fuit ea lege: ut Praelati vel eam sequi, vel scopo libere condendi testamenti consensum Regium impetrare obligentur.

Quum vero Commissio haec propterea, quod exmissi Cameratici plena negotii tractandi potestate instructi non essent, nil stabilire potuerit; Episcopi vero fundamento Part. I. tit. **9.** ad restauranda fortalitia post bellum turcicum recuperata, in sensu Conventionis, nil conferre vellent; in sequelam altiori loco expetitae opinionis Causarum Regalium Directoratus anno **1720** declaratum est: Praelatos fundamento decimarum regiarum, quas tuenent, obligari ad conservationem et restaurationem fortalitiorum modalitate in conventione praescripta, beconcurrere.

Fundamentum igitur obligationis hujus, et circa eam versantis dispositionis Kollonicsianae in decimis ralitum est; quibus cum Praelati amplius non gaudeant: superstructam iisdem testandi facultatis restrictionem, rdam item saepe dictae Conventionis dispositionem: ut tertia substantiae ab intestato decedentis Praelati pars fisco regio cedat; volente et jubente id celebratissima Majestatis Vestrae justitia sublatum iri eo fidentius esperant, et sufferi eo magis supplicant congregati Episcopi; quum per recentissimam rerum urbarialium conversionem, omnes ingentem proventuum suorum falcidiam passi, plurimi vero vix maxime necassariis condignae subsistentiae mediis provisi sint; quum porro cuncti contributioni, a qua prius immunes erant subjecti, ad ferenda status publici onera notabiliter concurrant; quum denique merito aequalitatem omnium imperii civium coram ege pro se allegare ac praetendere possint: ut ultimae voluntatis suae dispositionem irrestricte condendi cultate — quae cuivis Civi integra est — ipsi quoque polleant.

Quoad intercalares Beneficiorum majorum proventus, quorum dicta Conventio ceu fisco regio in arte dimidia cedentium aeque meminit, ad fines Ecclesiae, signanter sublevanda Seminaria, impendendos; terius ordinis supplicibus Majestatem Vestram Sacratissimam hac vice exorare sustinemus.

Caeterum Clementiae Caesareo-Regiae humillime devoti, homagiali cum subjectione persimus etc. etc.

---

h) Repraesentatio circa tutandam et promovendam rem S. Unionis:

Sacratissima Caesareo-Regia Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Non potuit effugere sollicitam Praesulum hungaricae Ecclesiae in Conferentiis privatis collectorum tentionem tristis Sacrae Unionis status, politicis postremorum annorum turbinibus dire convulsus, innumerisve, os vetustae schismatis artes novis successibus in novas spes erectae eidem tendunt, laqueis circumseptus.

Episcopatus Hungaricus, magnificis gloriosissimorum suorum Praecessorum exemplis ductus, piis nsiliis animatus, nil sanctius habet; quam ut Sacram Unionem, admirabile hoc divinae providentiae, sublimem cclesiae catholicae compagem e mirifice consona diversissimarum nationum, lingvarum et rituum varietate, ucentis opus, in pristina integritate et pulchritudine servetur: imo novis profectibus auctum, ad secuturas merationes transeat: laetissimum mundo, gloriam, et magnitudinem Catholicismi in illo miranti, spectacum praebiturum.

Quare sanctissimae suae obligationis esse noscunt Episcopi congregati; vulneribus illis, quibus estini belli furor sacrum inclytae hujus dominicae sponsae corpus foedavit, opportuna parare remedia; Sacram ionem, contra quasvis inimici — errorum zizania seminantis — insidias, et violentias praemunire: et ut r novam dioeceseon graeco-catholicarum coordinationem spiritualibus filiorum Sacrae Unionis indigentiis quo plius et uberius occuratur, providere.

Hoc consilio Episcopi proni accedunt ad iteratas Principis Primatis Archiepiscopi Strigoniensis, q
etiam Graeco-Catholicorum Ecclesiae hungaricae Metropolitae, repraesentationes hoc in merito ad Regim
Sacratissimae Majestatis Vestrae promotas; precesve per Eum nomine Sacrae Unionis ad thronum Majesta
Vestrae delatas suas faciunt: Eandem homagiali cum veneratione et fiducia exorantes, ut

1. Fine eruderandorum damnorum illorum, quae dirutis aut in triste bustum redactis 300 fere in se
Dioecesi Fogarasiensi Ecclesiis, direptis Ecclesiae Catholicae Blasiensis clenodiis, aliisve similibus stragib
belli civilis ferocia Ecclesiae graeco-Catholicae intulit, Commissionem mixtam exmittere et scopo sarciendor
gravissimorum horum damnorum, ad modum subsidii serbico populo dati, Romanos etiam Catholicos Sacratis
mae Majestatis Vestrae fideles, clementissima pecuniarii subsidii resolutione consolari dignetur.

2. Ut aedes illas sacras et parochiales, quas Graeci non uniti recentissimo aevo Sacrae Unioni
Fogarasensi et Magnovaradinensi Dioecesibus ademerunt, restituendas benigne disponere, et edendis Altissim
Ordinibus benigne providere dignetur: ne similes occupationes in obversum disertae art. 20. anni 1848 disp
sitionis, maximumve Sacrae Unionis detrimentum susceptae, amplius locum habere possint; et ut allectionib
non unitorum, Sacrae Unionis filios ad apostasiam indefesse sollicitantium, quam efficacissime modus ponatur.

3. Quod ipsum cum tunc optime procuratum iri censeamus; si erectis novis graeco-Catholicis Di
cesibus spiritualibus Sacrae Unionis filiorum indigentiis amplius et plenius provisum fuerit; porro Sacratissim
Majestatem Vestram humillime obtestamur: ut, habito vel ad solius Dioecesis Fogarasensis ultra 1300 pa
chias, quas unius Episcopi cura aegre tantum complecti potest, numerantis amplitudinem; ad eam item circu
stantiam respectu: quod diversarum nationalitatum aemulationes ipsi Sacrae Unioni perniciosae tunc qu
efficacissime praepediri, elidi possint; si Dioeceses graeco catholicae, quantum id possibile fuerit, e homoge
labii fidelibus constiterint: circa Dioecesium Lugosensis, et Nagybanyaensis ocyorem erectionem, et reliquar
Graeco-Catholicarum Dioeceseon congruam coordinationem, in sensu repraesentationis per Principem Primat
Ministerio Rerum Internarum substratae, necessaria benigne disponere dignetur.

4. Demum, quum unum e certissimis conservandae et augendae inter romani labii fideles Sac
Unionis mediis Metropoliticae dignitatis cum una Sedium Episcopalium romani labii graeco Catholicar
conjunctionem esse agnoscamus: ultimo Sacratissimae Majestatis Vestrae demississimis precibus supplices sum
nt circa elevationem unius harum Sedium episcopalium ad Metropoliticae Sedis dignitatem suo modo pro
randam, requisita, benigne disponere dignetur.

In reliquo Clementiae Caesareo-Regiae devoti homagiali cum subjectione persistimus etc. etc.

---

i) Repraesentatio circa negotium matrimoniale:

Sacratissima Caesareo Regia et Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Inter praecipua illa objecta, quae demisse infrascriptorum Ecclesiae hungaricae Praesulum ad priva
Conferentias Strigonium confluentium, et de efficacius promovendis Sanctae Religionis et Ecclesiae nostrae c
modis consultantium attentionem summopere excitarunt, sollicitudinem provocarunt, fuerat etiam Sacrament
Matrimonii dignitas, et legibus divinis non minus ac humanis nixa ejus Sanctimonia; cujus non e respe
solum aeternae fidelium nostrorum salutis, et temporalis eorum felicitatis: sed publicae etiam moralitatis
minus ac operandi per hanc boni publici quoquo modo conservandae, et si laederetur vindicandae obligation
intime persentiscimus.

Ad quam conscientiose implendam conversus animus noster non potuit non majorem in modum ar
et consternari; dum sive illa, quae circa matrimoniales causas provisoriae judiciorum in Hungaria organ
tionis tabulis constituuntur, sive sacrilegas illas nuptias revolvit, quae ab apostatis Sacerdotibus et religio
conjugibus item vinculo matrimoniali jam nexis, spreta Sanctae Ecclesiae de dirimentibus ordinis, voti solem
et ligaminis impedimentis, legislatione, attentari vix non promiscue observamus.

Queis malis opportunam adlaturi medicinam demissas preces nostras ad Augustum Majestatis Ves
thronum sequentibus homagiali veneratione et fiducia perferimus.

I. §§. 5. et 12. provisoriae judiciorum organisationis pro Hungaria ddo. 3. Novembris anni 1849.
Majestatem Vestram clementissime approbatae, et sub 10. c. m. per Caesaream Regiam supremam milita
in Hungaria Praefecturam publicatae, accessoria Matrimonii a judicatu sacrarum Sedium, ad quas juxta d
tam patriarum legum dispositionem, et vetustam consvetudinem pertinebant, avulsa, civilibus Tribunalibus
canda deputantur.

Quod nos Praesules Ecclesiae, Clerumve et populum catholicum tanto gravius afficere debuit: qu
firmius est vinculum illud, quod accessoria Matrimonii essentiae ejusdem jungit; quanto certius Ecclesiae
essentialibus matrimonii judicandi competit; quo evidentius denique est, tunc debitam Sacramento matrim
Sanctimoniam, religiosamve reverentiam, sine qua bona et felicia matrimonia cogitari nec possunt, sine

BIBLIOTHECA E.M.

blica moralitas vapulat, constituram esse: si cuncta, quae in aliquo nexu cum hoc Sacramento constituuntur,
cro religionis nimbo circumdentur, et iis etiam, quae minus essentialia circa illud sunt, character religiosus
ncilietur.

Hoc ex obtutu non solum Ecclesia Catholica judicium circa accessoria etiam matrimonii omni tem-
re sibi vindicavit; sed ipsa etiam legislatio civilis in patria nostra inde a regni hujus primordiis judicatum
crarum Sedium circa accessoria etiam matrimonii negotia stabilivit, omniaque per has disposita et decisa ad
ectum deduci religiosissime procuravit.

Quare vetustam illam, qua civilis Status erga Ecclesiam Catholicam, sacrasve ejus Sedes semper
ebatur fiduciam, per Majestatis Vestrae regimen eidem subtractam; accessoria matrimonii negotia ab his
ens avulsa, binasve Principis Regni hoc in merito sub 26. Januarii a. c. Nr. 212, 4. Aprilis Nr. 665 remon-
ationes ad Ministerium Iustitiiae directas, nullum adusque effectum sortitas esse eo dolentius experimur,
o magis certum est: nullam haec negotia a sacris sedibus avellendi causam per has praebitam esse: sed etiam
no tum publico, tum lite contendentium privato, iisdem apud sacras Sedes relictis, optime consultum et adus-
e fuisse et deinceps futurum esse. Quivis enim aequus rerum arbiter ultro largiri debebit:

1) non minorem juris et justitiae prompte ac conscientiose administrandae securitatem penes sacras
des, ac penes tribunalia civilia esse; quum judices in illis sedentes ordinarie e dignissimis, sufficienti scientia
optima voluntate, religiosoque justitiae amore praeditis viris ecclesiasticis deligantur: quorum judicium expe-
ntia in cura animarum hausta subegit, nec justitiae studium ullis tentationibus est obnoxium; sufficientibus
im vitae mediis provisi, a partium quoque studio alieni esse dignoscuntur: ut adeo ob cunctas has in bono
lice requisitas qualitates communi aestimio et fiducia partium omni aevo gavisi sint hucdum, et gavisuri
ent deinceps quoque.

2) Rei natura loquitur, quod de accessoriis, quae cum essentialibus intime nectuntur, optime is
licare possit, qui de essentialibus jam judicavit, et cui omnia matrimonii subversantis adjuncta plene jam
gnita sunt.

3) Universim agnitum est; nullibi magis expeditam, minoribusve cum sumptibus junctam justitiae admi-
trationem esse, quam id apud sacras Sedes obtineat.

4) Magnasve tum expensas, tum molestias litigantibus partibus causatum iri, si accessoriis ab essenti-
bus avulsis coram duobus tribunalibus, cum notabili temporis etiam dispendio causam suam prosequi, et post
atam coram S. Sede sententiam ad fora civilia convolare debuerint, litem experturi in causa, quae per illam
o sub obtutu jam judicata est, et simul alio quoque respectu decerni potuisset.

5) Denique negari nequit majores has molestias et sumtus non raro ad abalienationem animorum
er litigantes conjuges fovendam et augendam multum conferre; reconciliationem ipsorum multis titulis
tandam difficiliorem reddere; calamitates provisione indigae partis multiplicare; tristesque pro debita prolium,
arum sortis incertitudo saepe per id protrahitur, educatione effectus habere.

His igitur rationum momentis nixi, Sacratissimam Majestatem Vestram demisse exoramus; ut hanc
ovisoriae judiciorum organisationis dispositionem, in definitiva negotii hujus coordinatione missam facere,
emtumve eadem S. Sedibus judicatum accessoriorum matrimonii eo certius restituendum clementissime dispo.
re dignetur: quum id ipsa provisoria organisationis hujus natura fieri facile patiatur: quumve ea, quae in
dicias dispositionis hujus adferri consveverunt, vi probante destituantur. Unitas equidem Imperii uniformi
orsus legislatione, politica item et justitiae administratione pocuranda non turbatur; si Majestatis Vnstrae
gimen vetusta potestatis Civilis erga Ecclesiam fiducia latum, potestatem super negotiis matrimonii acces-
iis judicandi per S. Sedes exactissime justissimeque exercitam, fundatis e rationibus apud has porro quoque
iquerit. Nec §. 100 constitutionis imperialis repugnat, si in negotiis illis, quae certo sub respectu ad juris-
tionem tum Ecclesiae tum Civitatis pertinent, et in quibus vix devitari potest, ut vel ex una vel altera parte
icessioni locus non sit, potestas civilis ob subversantem Sacramenti rationem, per ecclesiasticos potius quam
iles judices, jus et justitiam administret. Nec aequalitas cunctorum civium coram jure aliud deposcit; quam ut
nibus et singulis pari mensura jus et justitia administretur: quod utique judicatu accessoriorum apud S. Sedes
icto plene assequetur Status civilis.

Nec unquam demonstrari poterit, pridem foto totius Nationis desiderio per dispositionem hanc, ut
etenditur, responsum iri; sola enim Tabula Statuum fuit, quae votum hoc in Comitiis. Anno 1790 et 1827
nifestavit, Tabula Magnatum constanter repugnante; benigne autem largietur nobis, Sacratissima Majestas
stra, postulatum Tabulae Statuum pro votis totius nationis haberi non posse; secus enim plurima alia quoque
sdem Tabulae de AA. 1790. et 1827. A. item 184⁷/₈ postulata et vota ceu totius nationis desideria considerari
berent, quod tamen vix unus aequus rerum arbiter concesserit.

Quare cum demissum nostrum petitum tam gravibus argumentis fultum, nullis in contrarium adferri
euntibus rationibus enervari possit.; Sacratissimae Majestatis Vestrae Clementiam denuo homagiali cum subjec-
ne et fiducicia exoramus: ut judicatu accessoriorum matrimonii negotiorum apud S. Sedes relicto, veteranam
gustissimorum Suorum Antenatorum fiduciam erga Ecclesiam Catholicam Ipsa quoque demonstrare, et maxime
gruae negotii hujus tractationi benigne consulere dignetur.

II. Sicut vero per praeviam dispositionem causas plures, cum essentialibus matrimonii relationibus plus
us nexas, religioso suo charactere exutas esse indolemus; ita parte ex alia non possumus non ingemiscere:
m ipsum Augustum hoc Novae Legis Sacramentum effraeni quorundam ecclesiasticorum et religiosorum licentia
aculcatum esse cernimus.

Utpote qui miserando ausu doctrinam veritatis abjicientes et nefando apostasiae crimine e sinu S. tris Ecclesiae excedentes, ad sacrilega conjugia convolare non perhorrescunt. Cujus impiae temeritatis jam exempla cum summa fidelium offensione, totius Status ecclesiastici prostitutione, publicaeque moralitati religiositatis praejudicio, adusque etiam data videmus, et si nulla tantae audaciae e parte potestatis civilis pagula ponantur, porro quoque datum iri, gementes praevidemus.

Quare, ut pessima pravi exempli vis enervetur, ulterioribusque similis sacrilegae temeritatis casi occurratur; Sacratissimam Majestatem Vestram, ceu supremum et piissimum publicae moralitatis vindicem h giali cum subjectione exoramus: ut contra sacerdotes et religiosos illos, qui post defectionem a salutifera sacrilega connubia iniverunt, ceu contra concubinarios in sensu legum patriarum procedere, deincepsve inir tenta similia conjugia, ceu concubinarium convictum, legis civilis vi configere et prohibere dignetur.

Deposcit id servandi in subditis Sacratissimae Majestatis Vestrae religiosi sensus ratio, quem simili sanctissimarum Ecclesiae legum, Ordinem, et votum solenne impedimentis matrimonii dirimentibus ac sentium contemtu, debilitari et tepescere, imo lapsu temporis in multis exstinqui oportebit; praesertim qu talibus hic sacrarum Ecclesiae Sanctionum contemptus procedat, a quibus praeceptorum Ecclesiae stric mam obligationem fidelis populus exigit; quumve palam et publice id fieri cernatur: quin vindex civilis pot tis manus irreligiosos hos ausus poenalibus — poenam infligendo — accenseat.

Deposcit id porro publicae moralitatis custodiendae obligatio Civitati incumbens. Populus enim con talia in sensu tum patriarum tum ecclesiasticarum legum pro concubinatibus habet; quae si impune toler imo speciem verorum et legalium matrimoniorum praeseferre permittantur: sensum moralem quoque manifes mis his et per publicam potestatem quasi autorisatis scandalis confundi, imo convelli, et illegalia connubia, in rales concubinarios convictus multiplicari oportebit.

Sed et legum patriae civilium Canonicas circa impedimenta matrimonii leges sanctione sua munien auctoritati praejudicatur; dum similes scandalosae eorum transgessiones non coercentur; efficacibus mediis ture adhibitis pro futuro non impediuntur; imo periculosissima indulgentia, nova quasi via aperitur cunctis sciplinatis et discolis ecclesiasticis et religiosis, conculcata omni divina et humana auctoritate, juramentaeque suae religione, unice pravam suam concupiscentiam sectandi, et sanctissimas suas obligationes missas facien

Debilitatis vero sensus in populo religiosi et moralitatis publicae principiis; conculcata legum e siasticarum non minus ac civilium auctoritate: Statum civilem quoque in ultimi sui finis prosecutione multum peditum iri, dubio caret. Accedit, quod concessa vel saltim non impedita nec prohibita ecclesiasticis et religi apostatis ad sacrilega connubia transeundi facultate, licentiosae Sacerdotum et religiosorum discolorum co sationi, et sic novis gravibusque scandalis campus amplissimus operiendus sit; facultate enim matrimoni casum apostasiae ineundi iisdem opitulante, nil, quod ipsos a simili peccaminosa conversatione efficaciter reti possit, supererit; sed et *casus defectionis* multiplicari oportebit; quod denuo sicut ingens scandalum p fideli dabit, ita ad reverentiam Cleri, et cum hoc repraesentatae per eum religionis, debilitandam non p conferet: status vero *ecclesiasticus despectui* et contemptui multorum — ob indigna quaedam Ordinis sui mem — expositus, minus efficaciter Ecclesiae et societatis civilis bono subservire poterit.

Quod vero nil tale precibus demisse propositis per nos postuletur, quod Status, liberalioribus princ insistens, praestare non possit, praeter adducta, exinde etiam patet; quod matrimonia ecclesiasticorum in major Ordinibus constitutorum post revolutionem 1789 in Gallia invalescentia, ordinatione imperiali de anno 1806 prohi anno 1832. inhabilitas Sacerdotum ad ineunda matrimonia per suprema ejusdem Regni tribunalia enunciata f

III. Tertium quod ad sustentandam sacramentalis matrimonii sanctimoniam nos Ecclesiae Hungar Praesules a Sacratissima Majestatis Vestrae clementia exoramus est, ut conjugi tali, qui — dum catholicam huc religionem profitebatur — matrimonii vinculo alligatus fuerat, post suam a fide salvifica apostasiam *vi priori conjuge*, ad nova vota Matrimonii transeundi non sit facultas; ii vero, qui adusque conjugia talia co xerunt, in sensu legum Canonicarum, vim legis patriae habentium, et impedimentum ligaminis, pro dirim agnoscentium, ceu in bigamiae concubinatu degentes, ad deserendam hujus consvetudinem ex obtutu etiam blicae religiositatis et moralitatis adigantur.

Quod ni fiat:

a) Sanctimonia Matrimonii Sacramentalis impune, certatimve conculcabitur; nam cuivis ob futiles vis rationes patebit consummata praevie apostasia ad alia vota transeundi facultas: cujus spectata naturae l nae fragilitate, affectuum vi et impetu, frequentibus item initorum jam matrimoniorum molestiis saepe saepius factum iri, non difficulter conjicitur.

b) Facilitate ad novum connubium transeundi introducta, major etiam *in contrahendis matrimoni vitas* locum habebit, quum vinculo, cui quis semel implexus est, vix non ad lubitum se enodare possit; e vero plurima pessima connubia enasci; vitam domesticam et felicitatem familiarum, beatitatemve matrimoni praesentissimo discrimini objici, est necesse.

c) Sed et recta educatio religioso-moralis prolium, summis semper periculis exponetur, imo pare misere divulsis vix possibilis evadet;

d) ut non memoretur calamitas illa, in *quam* saepe *deserta pars* et liberi, levitate aut inconstantia jugis ad nova vota inconscientiose transeuntis conspiciuntur.

e) Saepe invita una parte, pars altera ad nova connubia per patulam apostasiae portam ruit; ju conjugis e matrimonio catholice, proin in perpetuum inito procedentia gravissime laedit. Sed et si pars consentiret:

f) Indulgentia per statum Civilem hoc in objecto exercita, jura Ecclesiae Catholicae laederentur; postulare potest, ut matrimonia per asseclas suos inita in sensu legislationis suae manuteneantur, et ne ind

a simili, latissima pro defectionibus a fide via aperiatur; quod si fieret, ipse status civilis proselytismi argui osset. Potest id Ecclesia Catholica eo magis postulare: quum conjugia ab asseclis ejus valide inita semper pro tholicis, proin e mente Ecclesiae judicandis matrimoniis consideranda esse, legibus etiam patriis, signanter rt. 26. a. 179%-i manifesto disponatur.

g) *Apostasiae casus* frequentiores erunt, pluribus, ut a conjuge — cujus taedio affecti sunt — liberari, el sensualitatem suam sequi possint, ad defectionem prone ruituris.

h) Convulsa vero familiarum — quae fundamentum societatis civilis constituunt — stabilitate, tranquil- tate, fortunis; multiplicatis apostasiae casibus et cum his invalescente indifferentismo, imo libertinismo religioso, tatui civili non minus quam Ecclesiae pernicioso; impedita debita prolium educatione; variisque quoad bona par- um a se invicem avulsarum, et successionem confusionibus et perplexitatibus necessario exorituris: finem quo- he Civitatis promotum haud iri, suapte patet. Hinc est, quod contra facilitatem in amplectendis vivo conjuge ovis votis in regnis protestanticis invalescentem, tristesque ejus sequelas, boni omnes recentiori aevo conclama- erint, medelamque malo tanto adferri sollicitaverint.

IV. Ad quartum jam nunc et ultimum demissarum pro vindicanda Sacramentalis Matrimonii dignitate ecum, Sacratissimae Majestati Vestrae exhibendarum argumentum, transimus.

Vertitur vero hoc circa illos reliquarum haereditariarum provinciarum, exterorum item regnorum sub- tos, qui in Dioeceses nostras commigrantes, in sensu praevigentium Altiorum ordinum, sine dimissoriis con- rnentium patriarum jurisdictionum copulari vetantur. Quive saepe plurimorum annorum serie hic domiciliantes, agilitate humana victi, concubinariis nexibus implicantur, generataque interdum numerosa sobole in continuo ternae salutis periculo versantur, fideli populo scandalo sunt; et licet secus probatissimam vitae rationem secten- r, initove subin cum complicibus suis matrimonio, Deo per omnia placentem vitam ducere ardentissime anhelent: fficultate saepe per diuturnum tempus in Hungariam transmigrandi, et hic Matrimonium ineundi facultate impe- iti, et peccaminosae conversationis, qua se expedire vix amplius possunt, vinculis irretiti, inter continuos con- cientiae remorsus honoris jacturam pati, et corde animove saucio, amarissimam vitam ducere coguntur.

Non est vero exiguus commiseratione summa dignorum horum fidelium nostrorum numerus; existunt arochiae tales, quarum una, plus centenis eorum numerat.

Quare tum operandae aeternae eorum salutis gravissime periclitatae, tum reparandae et publicae ipso- m existimationis, et datae per peccaminosam ipsorum conversationem fideli populo offensae, tum denique tem- oralis eorum, proliumve ex illegitimo toro progenitarum felicitatis ratio, imperiose a nobis deposcit; ut ad hronum Caesareae gratiae accedentes, intercessores pro iis agamus, Sacratissimam Majestatem Vestram de- isse obsecrantes:

Ut paternum Benignitatis Suae vultum in summam infelicissimorum horum subditorum suorum miseriam nvertere, et e respectu tum privatae illorum felicitatis, aeternaeque salutis, tum publicae moralitatis, circa fferenda quo ocyus impedimenta matrimonio eorum obsistentia, necessaria benigne disponere dignetur.

Caeterum Clementiae Caesareo-Regiae humillime devoti, homagiali cum subjectione persistimus etc. etc

---

k) Repraesentatio fine restringendae Clericorum secularium et regularium deficiendi licentiae:

Sacratissima Caesareo-Regia Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Frequentes illae et cum maxima fidelis populi offensione conjunctae ecclesiasticorum et religiosorum in aioribus etiam Ordinibus constitutorum defectiones a fide, quae post legem novellarem de transitu anno 1844. rt. 3. latam, et cuncta fere deficiendi repagula removentem, intervenerunt, sollicitudinem Episcoporum pro pri- atis Conferentiis congregatorum urgentius provocarunt; probe enim sentiunt, quod — nisi malo tali opportunis emediis occursum fuerit — facile evenire possit, ut exempla obvia, quae penes summam licentiam hucdum tiam impunitatis audacia gloriabantur, plures e Clero et catholico populo ad similes nefarios ausus animent, candala multiplicent, religionis indifferentismum nutriant, disciplinam clericalem et regularem in Sacerdotio nervent, Matrimoniorum Sanctimoniam profanent, imo sacrilegis Ordinatorum, et voto monastico adstricto- um Clericorum matrimoniis occasionem praebeant, sicque intemerata religionis catholicae et moralitatis prin- ipia convellendo, Ecclesiae Catholicae in Hungaria nova eaque non tam facile sananda vulnera inferant.

Quare ut ibi malo tanto quaerant medicinam, ubi se eam inventuros nulli dubitant; ad Sacratissimae lajestatis Vestrae Thronum homagiali cum veneratione eove majori cum fiducia confugiunt, quo firmior animis orum sedet convictio:

Per novam legem fas non esse Clericis a fide catholica ad Castra protestantium deficere, quam- is enim

1. Lex nullam circa Clericos faciat exceptionem, tacite tamen innuit, legislationis scopum non fuisse, t Clericis, qui praeter fidei vinculum alitoris sacerdotalis Ordinis, vel publice emissae regularis professionis Sa- ramento, Ecclesiae servitio se se manciparunt, liberam aperiat portam pactum hoc — quod cum Ecclesia catho-

lica libere sanxerunt, et erga quod ista eos a laicis segregando in altiore gradu collocavit, villicationem bonorum tam spiritualium, quam temporalium iisdem concredidit — libere rescindendi, et sub praetextu li tatis conscientiae, sacro ministerio, cujus Sacramentum susceperunt, absque interventu judicii ecclesias renunciandi, ac rejecta voti religione perjuria committendi.

2. Lex anno 179⁰/₁ per art. 26. lata, quae laicorum transitum sub certis conditionibus et caution admisit, nullam quidem circa Clericorum transitum fecerat exceptionem; nihilominus abinde, usque novissi religionariae legis promulgationem, nemini in mentem venit illam in licentiam vertere clericalis ordinis: quas huic fas esset, expletis conditionibus pro laicis praescriptis, ab Ecclesiae catholicae unitate resilire. Pa qui defectionem tentaverunt, linquendi erant limites regni, neque permissum unquam, ut in praejudicium Ord sacerdotalis, jura sibi arrogent, quibus laici ad acatholicos deficientes libere fruebantur.

3. Nova autem legis §. 6. quo statuitur, ut transire cupiens hanc suam voluntatem parocho, c jurisdictioni hucdum suberat, coram duobus testibus declaret, dispositio, sane non personas ecclesiasticas respicit, rum Parochus ipse Episcopus est, sed tantum laicos; neque supponi potest, legem civilem sive solemnia vota, quibus sola Ecclesia judicat, rescindere, aut Ordinis impedimentum suffere voluisse, sive potuisse talem ve indere sensum, ut haec ex illius factitia applicatione consequantur, ipsique perjurio per legem ips via aperiatur.

4. Sed neque in discussionibus, tractatibusque diaetalibus, quae legem hanc praecesserunt, u recurrit vestigium: legis hujus promotores et fautores id quoque intendisse: ut et Sacerdotibus monachis pari modo liberum et irrestrictum sit, relicta Ecclesia, cui fidem et fidelitatem jurarunt, et cujus spec ministerio semet maniciparunt, omne excutere jugum, Sacramentaque eius et sanctissima instituta temere p fanare; ut adeo lege antecedente, quae per novam non sublata, sed tantum modificata fuit, quoad perso Ecclesiasticas hodiedum subsistente, eorum tentatas apostasias etiam civiliter illicitas esse, et omnim reprobandas, dubium non sit.

Hac convictione, magis vero Sacratissimae Majestatis Vestrae celebratissima religione, et inv justitiae studio freti, Ejusdem altissimam gratiam ima humilitate exoramus; ut legem declaratoriam eden benigne disponere dignetur, per quam huic licentiae justi praestituantur limites, intra quos sacratissima Eccle Catholicae Sacramenta, et Sacerdotum aut religiosorum correlationes ad Ordinarios, Superiores, et popu catholicum salvae permaneant, et ecclesiasticarum aut religiosarum corporationum temporalia bona, ab inju et defraudationibus praeserventur; — qua igitur prospiciatur:

a) Ut Clericis deficientibus matrimoniorum contractio vetita sit, contracta vero per illos pro nulli illegitimis declarentur; quemadmodum id a Sacratissima Vestra Majestate alius iam ordinis precibus hac demisse exhibitis exoramus.

b) Si Clericus transire volens actione fiscali ad amissionem beneficii coram foro spirituali jam conve esset; lege cautum sit, transitum admittere, antequam causa ejus coram Ordinariatu finita fuerit, ille vero poena judicio sibi impositam subiverit. Lex similis exstat in codice legum Principatus Transylvaniae adhuc sub Pri pibus reformatis lata, et hodie quoque vigorem habens.

c) Si Clericus transire volens sit Parochus vel curae animarum praepositus Sacerdos, aut beneficis cui ecclesiastici peculii administratio, rerum ecclesiasticarum custodia commissa est; huic transitus eousque minus lege sit vetitus: donec de fidei suae et villicationi concreditis rationes non reddiderit, et Officio dioeces hac in parte non satisfecerit.

d) Sacerdos apostata si scientia vi Officii comperta abutatur, aut si post transitum suum potes Ordinis abusus fuerit, et propalet talia, quae tantum in tribunali conscientiae comperire potuit, aut si praeten se hoc vel illud inde scire, poenas severissimas luat.

Caetera Clementiae Caesareo-Regiae humillime devoti homagiali cum subjectione persistimus etc.

---

l) Repraesentatio circa Patronatus negotium:

Sacratissima Caesareo-Regia Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Accisis novissimarum legum dispositione Dominorum ante terrestrium proventibus, nova exi cultui Divino ac Ecclesiae juribus imminent detrimenta, eo, quod Patronorum multi, obligationibus, legete sibi impositis deinceps satisfacere renuant, vel etiam factis ad Ordinarios recursibus, officio et onere patro tus se abdicare quaerant; ex qua quidem eorum agendi ratione non modo extremam quorumdam parochor egestatem sed etiam desolationem Ecclesiarum et cultus divini, non sine maximo religiositatis moralitatis publicae damno perbrevi ac indubie secutura esse, facile perspicitur.

In hoc igitur novo iterum jurium ac proventuum ecclesiasticorum cultusque divini periculo, Episc congregati, tum vi sacri sui muneris, tum e dispositione etiam legis patriae, art. 11. 1557, quae defension etiam proventuum parochialium Episcopis dissertis verbis commendat, indispensabilis sui officii esse exi mant, Majestatem Vestram Sacratissimam humillimis, homagiali cum cultu, orare precibus: ut, usquedum

Patronorum officio lege provisum fuerit: horum arbitrarias resignationes inhibere, eosque ad explenda, quae intermittere attentant, officia stringere altissimo suo decreto, clementissime dignetur.

Obsequentissimus Episcoporum chorus fundatissimas has suas preces a Majestate Vestra Sacratissima benignissime exauditum iri, eo majore cum fiducia sperare audet; quod leges Patriae — quibus hac in parte nulla- enus derogatum est — Reges apostolicos non modo summos Ecclesiarum Dei Patronos identidem nominent: 1ae. 1. 1715. 60. 1723. 55. 1723. 71. verum etiam defensionem jurium ecclesiasticorum Augustissimae eorum Majestati, magno cum plurium seculorum consensu commendatam esse voluerint 1687. 1. 1715. 2. 1723. 55. 1741. 2. 1791. 2. 1792. 2. 1830. 1. etc. etc.

Accedit et illud Sacratissima Majestas! quod admissa ad arbitrium Patronorum promiscua resigna- ione vel denegatione officiorum, patronatui incumbentium, ii quoque obligationibus juris patronatus sese xuere possent, quibus in collatione bonorum cameralium e pretio aestimationis notabiles persaepe summae ea ub expressa conditione relaxatae fuerunt; ut onera patronatus, quasi ex earum censu, ferenda deinceps ha- erent. Hos igitur, ne pia Augustissimorum Collatorum avertatur intentio, et munifica eorum in Ecclesias Dei iberalitas irrita reddatur, collecti Episcopi ad onera patronatus porro quoque explenda, vel certe ad summam oc titulo eis relaxatam, in fundum religionis inferendam, obstringendos esse humillime existiment.

Quia tamen evenire et illud potuit, ut Patroni, qui unice e laudabili pietatis sensu nobile hoc of- icium in honorem Numinis assumserunt, nunc proventibus suis multum imminutis, oneribus ejus porro quoque erendis impares evaserint; circa hos Augustissime Domine! ea est demississima congregatorum Episcoporum pinio: ut secundum articuli 71. 1723. parochorum intertentionem et subsistentiam a populo quoque, ubi ne- esse est praestari ordinantis, expressam dispositionem: parochiani etiam, quibus utique, decerpti dominis ter- estribus proventus accreverunt, in partem onerum, juxta fundorum proportionem, cum antiquis Patronis ex equo ferendam, altissima dispositione vocarentur.

Ceterum congregati Episcopi, sincera jurium, Patronis legibus regni cessorum, veneratione ducti, niversis, qui exercitum hucadusque patronatum ad gloriam Numinis deinceps quoque pia generositate retinere upiunt, jus suum praesentandi in praevigente usu salvum manere volunt; quia tamen e liberrima quemcunque raesentandi potestate illud incommodum persaepe deprehenditur: ut populosissimis etiam parochiis presbyteros ix e studiis evolutos, fors non sine suo et fidelium spirituali damno praefici sit necessum; cum e contra eccle- iastici, multorum annorum meritis insignes, parochias in praemium laborum sibi jam debitas, Patronorum, qui os praesentarent defectu, assequi haud valeant: obsequentissimi Episcopi in patronatibus novis, praesertim bi hi ad Communitates in posterum devolventur, talem fieri optant legis dispositionem; ut illae, nonnisi e tri- us, quos Episcopus ceu dignissimos praesentaverit unum per suos repraesentantes eligendi, nanciscantur po- estatem. Quae jus patronatus exercendi ratio non modo aequitati merita ecclesiastica pensanti, bonoque spi- ituali fidelium apprime consona est; sed etiam splendido Augustae Dynastiae exemplo insigniter commendatur

Porro haec ipsa consideratio in merita ecclesiasticorum, ac spirituale fidelium bonum intenta, prout quoque, quod bona fundi Studiorum et religionis, quondam utpote ad ordines regulares, vel alias ecclesiasticas operationes pertinentia, patronatui ecclesiastico fuerint obnoxia, et nunc etiam privatum ecclesiae catholicae eculium constituant, collectos Episcopos movent Majestati Vestrae Sacratissimae humillimas proponere preces; collationem liberam Ordinariis clementissime in illis admittere dignetur.

Denique cum etiam bono civitatis et tranquillitati publicae maxime expediat; ut cura animarum a ignis omnino ac maxime idoneis exerceatur; congregati Episcopi in eo convenerunt: ut, secundum usitatum aliis imperii partibus morem, nullus Presbyterorum ad parochiale beneficium a quocunque Patrono praesen- ri possit: nisi qui exacto presbyteratus triennio examen synodale in sex annos valiturum laudabili cum suc- essu subierit.

Caeterum Clementiae Caesareo - Regiae humillime devoti, homagiali cum subjectione persi- imus etc. etc.

---

m) Repraesentatio intuitu Congruae Curatorum:

Sacratissima Caesareo-Regia et Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Dum Episcopi Hungariae de vulneribus, quae Religioni et Ecclesiae catholicae per tristissimam rerum politi- arum conversionem inflicta sunt, consanandis in medium consulerent; inter alia urgentis necessitatis negotia ongrua Parochorum provisio singularem eorum attentionem non tantum ideo provocavit; quia partem sollicitudi- is eorum in vinea Domini excolenda sustinent; sed etiam, quod intime persuadeantur: per eosdem Civitatis quo- ue bonum praecipuo modo procurari.

Non ambigunt Episcopi congregati Majestati Vestrae Sacratissimae apprime persuasum esse; naturalis equitatis et justitiae rationem deposcere: ut Ministris Ecclesiae de congrua sustentatione debite provideatur. eposcit hoc non tantum dignitas Status Clericalis, qui cum egestate colluctari sine gravi religionis detrimento

non potest; sed etiam temporum nostrorum, quae cum multifariis novis indigentiis et oneribus multipl
quoque culturae necessitatem attulerunt, immutata conditio exigit, ut Clero Curato de congrua sustentati
tanto magis prospiciatur: quanto potiorem ejusdem, diligentioremque operam reipublicae tot adversitati
concussae conditio non minus quam religionis omni zelo procurandae necessitas postulat.

Constat jam vero congruam Cleri Curati provisionem non tantum per sublationem decimar
quarum legibus novellaribus appromissam indemnisationem casso hactenus effectu praestolati sunt, notabil
attenuatam; sed etiam per motuum civilium nefastas convulsiones, valoris pecuniae imminutionem, imo
parte abolitionem; auctum e contrario victualium pretium, per superindicta onera contributionis, per subducta part
partim reducta a Patronis et Comunitatibus seu pacto conventa, seu gratuita emolumenta; imo inde ab a
1848 perfricte denegatam, ex erronea interpretatione legum novellarium, etiam visitatione Canonica, legali m
stabilitam Congruam: propter refrigescentem denique populi fidelis, pessimis rebellium artibus a suis past
bus plurimum abalienati fiduciam et devotionem, ex qua multifaria Curatoribus animarum benevola et grat
servitia et emolumenta obveniebant, magis adhuc accisam adeo: ut in aprico sit praesentem Parochorum
Cooperatorum provisionem congruae Statui sustentationi nullatenus sufficere.

Quapropter tot immortalibus Sacratissimae Majestatis Vestrae in bonum Religionis et Ecclesiae
impensis curis, et sollicitudinibus exciti et animati, homagialibus precibus Sacratissimam Majestatem Vestr
exorare sustinemus, quatenus

a) Indemnisationem amissarum decimarum et sedecimarum, tabulis legum anni 1848 quoque a
ctam, illis parochis, qui per harum abolitionem magnam partem redituum, imo nonnulli omnem pene c
gruae sustentationis suae proventum amiserunt, praeferenter, praestandam ordinare; non secus

b) Congruarum Cleri Curati oneribus pastoralibus, et praesentibus indigentiis aequiore mensu
admodum quippe illam, quae in Ditionibus Austriacis obtinet attemperandam definitionem, et respective minim
quod pro casu reorganisandarum Parochiarum, quam declinare consulentes Episcopi haud poterunt, iisdem
basi et cynosura deserviat, decernere; denique

c) Altissimos jussus pro eo quoque edere clementissime dignetur; ut saluberrimae illi ordinati
virtute cujus respectivi Magistratus Civiles ad Congruas Parochorum dependendas, fideles parochianos
periculo refusionis ex propriis compellere adstringuntur, optatus quoque effectus procuretur; non obsta
enim clementissima hac ordinatione non rara occurrunt exempla, ut fideles legibus anni 1848 in transvers
acti Visitatione Canonica defixas suis Curatoribus obventiones suas dependere detrectent.

Caeterum Clementiae Casareo - Regiae humillime devoti homagiali cum subjectione pe
stimus etc. etc.

---

n) Repraesentatio circa negotium schotare:

Sacratissima Caesareo-Regia Apostolica Majestas, Domine Domine nobis Clementissime!

Inter praecipuas partes pastoralis illius sollicitudinis, qua nos congregati Ecclesiae hungaricae
scopi jura Ecclesiae tueri, commoda ejusdem procurare, divinae Missionis nostrae munere obstrictos nos
timus, merito censeri reputamus curam illam, quae *ad institutionem* genuinis Ecclesiae Catholicae placiti
fidelium indigentiis non minus, ac justis aevi postulatis plene consonam, juventuti catholicae tribuend
convertitur.

Probe enim novimus, quantum valeat recta doctrinarum Sanctae Jesu religionis instructio ten
parvulorum mentibus in primo jam obtenti rationis usus stadio sedula dilectione insita, qualemve influxum
omnem vitam, in ingenii morumve culturam exerceat bene religiosa adolescentis generationis institutio. P
bene intelligimus, pestiferam indiferentismi et incredulitatis luem nihilo magis promoveri, nunquam la
grassari posse; quam si perniciosum religionis teporem tenera jam soboles, neglecta *in Scholis publicis*
giosa ejusdem institutione, a cunis mox contrahat, et in eodem per singulos scholastici sui cursus, gra
confirmetur.

Quod ne fiat, sanctissimi muneris nostri dictamine impulsi, beneque conscii, nos coram treme
Judice rationem olim reddituros esse de omni anima, quae sive oscitantia, sive conniventia nostra err
peccati, et temporalis aeternaeve infelicitatis praeda fieret; studiose in Domino providere decrevimus: ne
patrum, praecessorumque nostrorum haereditas, quae ad nos usque in Scholis Catholicorum amplissimis,
rimis, per omne regnum diffusis, de benigno divinae providentiae decreto pervenit, pessumeat, et ablat
genuinis haeredibus, vertatur ad extraneos; — sollicite curare statuimus: ut quod religiosa venerandor
Antenatorum fundavit liberalitas, in pristina integritate servetur, imo novis aucta incrementis laete nunc effl
scat, florenteque in statu ad gratam derivetur posteritatem.

Sed recte hic nimia angitur sollicitudine animus congregatorum Episcoporum. Quam et post rece
simam publicarum rerum in Hungaria conversionem, enunciatamque civilem cunctarum religionum et Eccle

um aequalitatem sperare semper adhuc poteramus innegabilem Ecclesiae catholicae, in gubernium Scholarum
fluendi potestatem in integro mansuram, imo eandem in hoc suo jure benevola Regiminis publici providentia
onservatum, suffultum et defensum iri. Quod quanto fidentius exspectabamus: eo dolentius experimur, quod
nconsulto et inscio Episcopatu variae circa Universitatem, aliasve Scholas indubitatae fundationis Catholico-
onfessionalis dispositiones fiant, mutationes inducantur; — quod ceteris in Hungaria Confessionibus jura circa
cholas ultro relinquantur, et soli Catholicae Ecclesiae subtrahantur: taliterque haec ad curatelae, in hac ipsa
berioris omnium religiosarum societatum evolutionis epocha, statum redigatur.

Quare ad manutenenda jura Catholicorum, qui maximam populi hungarici partem constituunt, — etsi
s supremae inspectionis, quod Vestrae Majestati Sacratissimae pari ratione in quasvis, adeoque etiam Catho-
corum Scholas competit, singulare item Regis Apostolici, velut privati etiam nonnullorum instituorum in bo-
um Ecclesiae Catholicae fundatoris jus ultro reverenterque recognoscimus; his tamen illaesis et in salvo ma-
entibus, parem cum reliquis Confessionibus religiosis deposcimus pro Ecclesia Catholica publicae institutionis
Scholis nostris ordinandae potestatem, quae vi fundationis et destinationis horum institutorum ecclesiasticae,
atholico-confessionalis) Ecclesiae citra omnem dubitationem competit, salvave justitia erga cunctas religiosas
cietates necessario aequali, in regno hoc Apostolico, nec Ecclesiae Catholicae negari potest. Ausimus enim
sserere: nullum in Hungaria scholare institutum apud Catholicos esse, quod alii quam catholicae basi insi-
teret; nullum quod Status scholae in sensu recentioris hujus compellationis referret speciem: nullum quod ex
ia quam catholica fundatione exsurrexisset et ad alium quam Catholicae Ecclesiae per publicam institutionem
rocurandum finem destinatum sive adusque fuisset, sive spectato jure ac justitia, quae regnorum sunt funda
enta, deinceps converti posset.

Ut vero a summo literarum in Huugaria Athenaeo, *Universitate Pestinensi*, initium dicendi sumamus:
Neminem latet, Universitatis Scientiarum fundamenta in Regno hoc, per Archi-Episcopum Strigo-
ensem et Regni Primatem Petrum *Pázmán* A. 1635 jacta fuisse; qui quod erigendum a se et centum milli-
s florenorum fundandum institutum *pure Catholicum* esse voluerit, fundationalibus suis literis, 12. Maii editis
a expressit: „Saepe nobiscum anxie expendentes, *qua ratione et Catholicam Religionem in Hungaria propagare*
nobilissimae Gentis hungaricae dignitati consulere possemus: inter caetera adjumenta primarium illud occur-
bat, ut aliqua Studiorum Universitas erigeretur etc. subjungitque: „omnia . . . *pura et sincera intentione*
ligionis Catholicae promovendae,“ a se facta fuisse; idem in memoriali ad Ferdinandum II. regem affirmans,
mirum Universitatem hanc „*ad Catholicae religionis incrementum*“ imprimis destinari. Quam quidem ejus de-
inationem tantum abest ut Imperator Ferdinandus II. improbaverit, ut confirmatam potius esse voluerit, edito
lenni Decreto; in quo testatur: se „nihil antiquius, et prae oculis praesentius unquam“ habuisse „quam ut
bditorum saluti imprimis“ consuleret; „ut in iis consummata quaedam virtutum omnium efflloresceret digni-
s; et *Religionis Catholicae veritas, ubi vigebat, inconcussa persisteret, ubi labefactata fuerat, repararetur, cul-*
s Divinus ubique propagaretur,“ etc.

Proinde *qua tali*, qua *instituto pure Catholico*, Imperialis et Regia confirmatio accessit, qua tali peren-
s stabilitas, nomine Successorum quoque sancte promissa. Subjungitur enim: „Nos igitur . . . hanc Colle-
i Tyrnaviensis a fundamentis constructionem, eiusdemque *Archi-Episcopalis Universitatis* dotationem ratam
gratam habentes, ... *acceptamus confirmamus* . . . proque admissa, acceptata, et confirmata *futuris per-*
tuo temporibus apud omnes cuiusvis status et ordinis homines habendam esse — decernimus ac statuimus . . .
ntra quosvis impetitores ac violentos invasores *Archi-Episcopalem hanc Tyrnaviae Universitatem et Collegium*
b specialem non tantum Majestatis Nostrae Caesareae ac Regiae, sed haeredum etiam nostrorum ac successo-
m — protectionem recipimus; promittentes per nos nostrosque in utroque Statu officiales ac fideles, *sedulam*
eram ad ea omnia praestanda, quae ad ejus perennem conservationem, privilegiorum immunitatem etc. pertinent.“

Quantum Universitati huic tardius, larga praesertim Archi- et Episcoporum Hungeriae, aliorumque
ivatorum benefactorum liberalitate, uti Emerici *Lósy* et Georgii *Lippay* Archi-Episcoporum, qui *facultatem*
ridicam aere proprio (37 millibus florenorum) fundarunt, accesserit: nolumus fusius enarrare; id solum ad-
tantes, studium isthoc Genarale, *Collegii* cumprimis ampla *provisione*, fundatis praeter Seminaria Cleri, *Con-*
-tibus, stipendiis et praemiis scholasticis, adjecta porro splendida *Bibliotheca*, egregie instructa *specula Astro-*
mica, nec non *Typographia*, tandem ingente collegialium aedium mole, insigniter auctum ornatumve fuisse.

Erraret vero nimium, qui magnitudinem fundi ferendo tanto instituto paris, ab iis duntaxat 100.000
renis Pázmánianis, utut ingenti temporibus illis pecuniarum vi, vel a summa 37 millium Lósyanorum metire-
. Dotem Universitatis maximam *Collegium* effecit. Constitit vero amplissima Collegii hujus dos ab Aug.
ria Theresia decreto donationali ddo. 21. Ap. 1775 fuse recensita et Universitati addicta: 1) in capitalibus
llegii 268,614. florenos aequantibus; 2) in domo collegiali magnifica, ad tres contignationes elevata; 3) templo
domo typographiae, duas contignationes alta; 4) hortis urbanis et suburbano, nec non diffusis agris in ter-
orio Tyrnaviensi sitis; 5) possessione Fejéregyháza seu Albano; 6) Dominio Sellye; 7) dimidio bonorum Prae-
siturae S. Stephani de Bozók; 8) praedio Denek; 9) domo allodiali cum hortis, vinea etc. in Civitate Carpo-
nsi; 10) molendino et domo molari inter Bohunicz et Radossócz; 11) bonis praepositurae Thurócz; 12) domo
agris Modrensibus; 13) vineis in S. Georgio; 14) Curia Récsensi, vineis item pratis etc. hic et in Nagy-
nquitz, etc.

Taliter dotata Universitas Tyrnaviensis, quae nomen etiam ab Archi-Episcopis habuit, Archi-Episco-
is dicta, sicut prius, ad annum scilicet usque 1770, pure Catholica et confessionalis fuit: ita nec deinceps, ubi
mirum amplior et ultronea dotatio e proventibus Abbatiae S. Helenae de Földvár reginali Aug. Mariae There-
e providentia eidem accessisset, Facultasve Medica adjecta fuisset, desiit catholica esse.

Nam sive hac, sive posterioribus, itidem *e vacantibus Ecclesiae bonis, jure patronatus* facta donatione

illud effici non potuit, ut Universitas, quae ad annum usque 1770. *pure Catholica* fuerat, hoc in specie fine erec
ut religioni et Ecclesiae Catholicae firmissimum praesidium esset, — ut inquam Universitas haec jam antea flor
tissima, accedente subin regalis pietatis sollicitudine, hoc ipso cessaret esse Catholicum institutum, omnisque e
ca illam proprietas et libera disponendi facultas *ad Statum* fuisset translata vel transferri potuisset. — Profe
si fatentibus id ipsis Ecclesiae Catholicae adversariis, evictum est: *supremam civilem potestatem* ad recentiss
usque tempora *nihil pene juris in Scholas Catholicorum, sicuti nec Protestantium, exercuisse;* unde, quaerim
jus isthoc civili potestati in Scholas *unice Catholicorum, non vero Protestantium simul,* repente adcrevit? A
per id, quod Augustissima Maria Theresia Universitatem Tyrnaviensem, ad illud usque tempus Archi-Epis
palem et Societatis religiosae, bonis vacantibus Abbatiae Földvár dotaverit?

Verum nullus nescit, hanc ipsam S. Helenae de Földvár Abbatiam, aliaque vacantia beneficia *ec*
ciastica, ad dotem Universitatis tardius adjecta, pure *Catholici iuris* fuisse; nec potuisse unquam ejusmodi b
eo titulo ad summos principes devolvi, ut illorum proventus in fines non catholicos, a mente fundatorum alie
convertere, hos Statui addicere, vel iis qua suis uti, foret integrum. Maria Theresia proinde *non sua,*
Status bona, sed *bona Ecclesiae* Catholicae, pia largitate contulit Universitati, sicque eidem Eccles
Catholicae, ad fines pro hoc tempore Ecclesiae perquam utiles, nec primitivae fundatorum intenti
qui religionem Catholicam ornare, tueri, omnigenisque praesidiis firmare voluerunt, adversos. Quod qui
ipsa Augusta Regina diserte, ac iterato expressit, non tantum in suo restauratorio de A. 1769 14. Decem
decreto, sed etiam inaugurali Universitatis Budam translatae, Diplomate, dd. 25. Martii 1780; ubi testatur
„Abbatiam S. Helenae de Földvár, decedente legitimo possesore . . . *motivo articuli duodecimi, Millesimi q*
gentesimi quadragesimi octavi, quoniam haec quoque Abbatia ad Classem desertorum Claustrorum et Con
tuum pertinuerat, *supremo patronatus regii iure* . . . eidem Universitati Tyrnaviensi, titulo perpetuae doti
fundationis, praehabito eiusdem fundo" clementer adjecisse; motivo inquam articuli, bona et proventus Mo
steriorum et Claustrorum desertorum „ad instaurationem et erectionem Scholarum particularium," alendos
sinceros praedicatores, *qui populum in veteri, Orthodoxa, vera, Catholicaque fide et religione conservare,*
qui ab ea desciverant in hoc regno, ad eam reducere studeant," converti jubentis.

Negamus proinde *Universitatem* Tyrnaviensem, ob accedentem eidem ampliorem dotem, desi
Catholicum institutum esse. Quamvis enim *Maria Theresia* „eandem *in supremam Majestatis Suae* C. R.
Successorum suorum Hung. regum *protectionem,* curam et potestatem" *assumsisse,* in regio decreto dd.
Decembr. 1769 dicatur: *medio Consilii Locumtenent. regii administrandam:*" non licet tamen his verbis ali
quam qui regni legibus et aequitati, tum etiam Diplomatis Ferdinandei, successores ad *Universitatem Ar*
Episcopalem perpetuo penes privilegia sua conservandam obligantis, tenori convenit, tribuere.

Caeterum id de vero affirmamus: Ecclesiam Catholicam *novis Augustissimae Reginae* circa Studio
coordinationem *dispositionibus* ideo solum *acquievise,* nec adversus alienationem juris sui, quod secus facere
buerat *reclamasse,* quod persvasum ei fuerit: *roformationem instituti Catholici in eodem sesnsu fore suscipien*
in quo primaeva ejusdem fundatio contigit; nec sumserit argumenta timoris e factis, quae libenter in optim
partem interpretabatur; *quod* quidem ingenui semper animi est, praeclaraque subditorum, auctoritatem supre
civilis potestatis tuentium consvetudo: *sed in illorum praejudicium adtrahi nequit.* Praesules Ecclesiae Ca
licae, populusque fidelis pro sua quam de pietate suorum Principum fovebant opinione, nec ominari poter
influxum in Scholas suas, quem apud regem suum Apostolicum patronumque libenter videbant augeri,
tam personae Regis, quam *Statui* vindicari; qui post aliquot decennia peculium Catholicornm ad comm
cunctarum Confessionum penum inferre sit paratus. Et reapse, *Universitas Tyrnaviensis,* utut immediatae
Majestatis curae credita, *Catholica tamen adhuc ex integro mansit;* negotia ejus porro quoque per Consistor
cujus Praeses Metrop. Capituli Strigoniensis Praepositus Major erat, administrabantur; intimata, rem
rariam concernentia, ad idem Metropolitanum Capitulum dirigebantur. In Praesides Consistorii Universi
ecclesiastici dignitarii nominabantur: ita cuncta e sensu Ecclesiae Catholicae administrari, totum Stu
Generale menti fundatoris conformiter dirigi videbatur. —

Sed et *Patronatum* Ecclesiae Catholicae, Reges Hungariae ita olim exercuerunt, ut nulla sub
causa timendi, ne per hoc detrimenti quidpiam res Catholicorum patiatur. Ipse leges patriae convictioni
addebant. Inspectionis enim potestas, quam supremo civili magistratui in rem etiam literariam singul
Confessionum ex aequo competere non negamus, ita per illum exercebatur, quemadmodum idea verae *protecti*
jus item illud patronatus quod Regibus Hungariae competit, exigere videbatur. *Nunquam de Scholis* religi
abnegantibus, seu *mixtis* auditum; nunquam *fundationes* Catholicorum *in fines* a procurando majori Catholicae
gionis flore, splendore diversos converti videbantur: Religio Catholica, *religio Status* erat et dicebatur.
Comitiis Regni de erigendis Scholis sermo fuit, Scholae nonnisi Catholicae intelligebantur, et hae quidem *co*
sionales. Jam *A. 1548 art. 12.* statutum legimus: ut „bona et proventus monasteriorum et claustrorum
Capitulorum desertorum — ad alendos doctos parochos et verbi Dei sinceros praedicatores: *qui populum*
veteri orthodoxa, vera, Catholicaque fide et religione conservare; et si qui ab ea desciverunt in hoc regno, ad
reducere studeant; nec non ad instaurationem et erectionem Scholarum particularium, earundemque Magi
rum, qui docti et probi sint, intertentionem; et denique ad bonae spei ac indolis juvenum et adolescen
ut bonis literis operam dare possint, promotionem et auxilium applicentur et *convertantur.*" *Idem* ut fiat
getur etiam *art. 19. 1550* scopusque subjungitur: *quo sic viris doctis in regnum conductis, scholisque e*
divinus cultus et religio pristina passim celerius repullulet." Quibus conformiter Ferdinandus I. rex Hung
Decreto Anni 1560. §. 15. clementer annuit: „ut ipsi Domini Praelati ex bonis eiusmodi ecclesiasticis vac
bus, partem aliquam ad erigendas et intertenendas scholas et ludos literarios, *in quibus iuventus sub praec*
non haeretico aut suspecto, sed Catholico, ad profectum religionis Christianae erudiatur — convertere et

re possint." Eodem spiritu fundatio quoque Universitatis Tyrnaviensis facta fuit et confirmata, quin et
udam tardius, ut commodiorem studiis locum (dispositionibus Fundatoris conformiter) translata; ubi Augusta
egina Maria Theresia, in specialem tesseram Catholicitatis eiusdem, Sacram quoque Protoregis Hungariae,
Stephani dexteram, peculiari Dei providentia ad Se delatam, Universitatis huius curae concredidit: imo
acrum hoc pignus, ad perennem rei memoriam, eidem benigne donavit, fideliter conservandum.

Jam si cunctae Catholicorum in Hungaria Scholae hoc fine erectae, dotatae, per Augustos etiam ter-
ae principes bonis ecclesiasticis auctae fuerunt, quonam fieri posset modo, ut fundationes ejusmodi, vel insti-
ta ad tuendam religionem Catholicam erecta, privilegiis etiam confirmata, successorumque omnium temporum
dei commendata, ab Ecclesia Catholica abstrahantur, et *communia* reddantur? Dicemus itaque: naturam hanc
stituti pure Catholici, nec Universitatem Pestinensem, nec alias Catholicorum Scholas, sive per ampliorem illa-
am e bonis Ecclesiae dotationem, sive ad loca magis opportuna translationem exuisse vel exuere potuisse.
am reges Hungariae, qua Apostolici, exercebant et actu exercent jura, non tantum in Universitatem, sed
iam in reliquas Scholas, et omnia instituta Catholica; sed ad fidem Catholicam fovendam, non vero ad eam
ua legitima proprietate exuendam. Si enim, *regis apostolici influxus mutat originariam indolem instituti, pro-*
ecto in Hungaria non dabitur institutum Catholicum, ne unum quidem: quod a veritate alienum esse per se pa-
et. Neque potuit ullam adferre mutationem circa fundamentum hujus rei, illa, quae novam Universitatis Tyr-
aviensis coordinationem mox subsecuta fuit, Societatis Jesu *abolitio,* vel *Ratio Educationis totiusque rei litera-*
iae identidem publicata; prout id sequentia docent.

Certum enimvero est, Scholas Catholicorum, curae Societatis Jesu concreditas, per abolitionem
rdinis, *Catholicorum esse* non desisse. Hae enim Scholae *peculium erant Ecclesiae Catholicae;* nec erant alio
ne fundationes pro Jesuitis factae, quam ut institutio juventutis Catholicae religiosa, in omne aevum secura
eddatur. Fundationes pro Jesuitis et re literaria factae, non personis illorum, sed pro bono religionis Catholi-
ae factae fuerunt. Ecclesia vero et cura religionis Catholicae, quam reges Apostolici una cum splendido hoc
itulo in se assumunt, non est abolita, nec potest aboleri unquam: Consequenter et *fundus Studiorum* aut *Uni*
ersitatis, per abolitionem Ordinis conflatus, Ecclesiae Catholicae peculium constituit, nunquam alienabile; utpote
uod *e collatis piorum Ecclesiae filiorum* (principumne vel inferioris conditionis hominum, nihil interest) symbolis
xsurrexisse constat; naturamque privati Ecclesiae bono sacrati instituti retinet semper. *Omnes proinde Scholae,*
ymnasia, lycea, Universitas ipsa, quae ex hoc fundo originem suam ducunt, vel incrementum saltem illi debent,
odem plane jure, quemadmodum olim Jesuitarum, ad Catholicos pertinent. Convelli quidem potest etiam justis-
imo titulo adquisita possessio; sed res quacunque demum violentia ablata clamare non cessat post eum, ad quem de
re pertinet; ac licet restitutio non semper subsequatur, injustitiae tamen maculam de acquisitionibus jure solum-
odo fortioris factis, nec longa saeculorum usura delebit.

Quod igitur de Universitate Tyrnaviensi, e fundatoris etiam Petri Pázmán mente Budam, subin Pesti-
um, intra limites Archi-Dioeceseos Strigoniensis legitime translata valet, (amplisssimis Universitatis Tyrna-
iensis aedibus cessam Budensem regiam large compensantibus): valet de caeteris etiam ex fundo eodem, nem-
e sublatae Societatis Jesu haereditate erectis, vel auctis institutis literariis: proinde de omnibus fere, quae ex-
tant, academiis et gymnasiis. Si quas enim ex his post abolitam Societatem Jesu, suprema civilis potestas do-
avit, dotavit e bonis *non Status, sed Ecclesiae Catholicae.* Ut adeo instituta literaria hoc modo organisata, nihil mi-
us sint quam instituta Status. Sunt illa Ecclesiae Catholicae; sunt Scholae confessionales: circa quas Statui, qua
ali, nullum aliud jus competit, quam quali relate ad Scholas Acatholicorum frui videmus. Si alicubi Statum plus
ibi in Scholas Catholicorum tribuere cernamus, quam vero a Catholica religione alienorum: id conquerendi so-
um argumentum est, non vero usus legitimi proba. Eiusmodi facta jus non probant.

Verum recurrit quaestio: cur Catholici peculium suum tanto tempore pro lubitu potestatis civilis passi-
unt administrari? Studia reformari, gymnasia, lycea, scholas denique omnes auctoritate regia organisari? —
eponimus idem, quod supra notavimus: ex parte, haec *jure patronatus regii* legitime fieri potuisse; multum
raeterea inter illa priora et nostra tempora interesse. Nempe tunc, et

Usque ad ultimos fere annos *praecipua ratio* religionis et Ecclesiae Catholicae, disciplinae, dogmatum,
rofessorum Catholicorum in omnibus institutis literariis habebatur: nunc (in altioribus) fere nulla. Tunc defe-
tus, per abolitionem Ordinis, in Accademiis et gymnasiis emergens, per Dioecesanos suppleri, proin e sensu
cclesiae Catholicae, jubebantur: nunc id per Ministerium fit, inconsulta plane Ecclesia, et ut e nominationibus
uibusdam ad instituta literaria altiora apparet, nullo ad religionem habito respectu. Tunc circa inducendam uni-
ersalem studiorum reformationem, consilia, vota *Ordinariorum* expetita; prout id e quaesitis ad Dioecesanos di-
ectis ddo. 26. November 1773. patet: nunc desideria horum justissima, vix audiuntur. Tunc ad Excelsum Consilium
egium Locumt., nec non Commissionem Studiorum, sua constabat Ecclesiae Catholicae auctoritas: nunc nullum
ene superest illi medium, quo intimus inter civilem et ecclesiasticam potestatem nexus conservari, sollicitudines
t dubia non raro suborta, utrinque tolli possent. Denique, si quam Catholici causam de fundationibus suis et Scho-
is timendi habebant, habebant vero temporibus Josephinis maximam, omnem sollicitudini locum abstulisse visum
st illud solenne tam Leopoldi II. quam Francisci I., sed et Ferdinandi V. regum, juramentis firmatum, corona-
ionale diploma (A. 179$^{0}/_{1}$. 2. 1792. 2. 1830. 1.); in quo promittitur: „quod *Ecclesias Dei, Dominos praelatos* etc.
n suis immunitatibus, et libertatibus, juribus, legibus, privilegiis, ac in antiquis bonis etc." *conservare* Sua Majestas
elit; in specie vero articulus 23. Anni 179$^{0}/_{1}$., in quo habetur: „Majestas Sacratissima, ut Supremus Ecclesiarum

Patronus *Ecclesias Dei in suis juribus conservabit, et fundationes cujuscunque nominis, ad mentem fundatorum ministrari faciet.*“ Denique illud Anni 1791. 26. §. 12. *„Fundationes Catholicorum pro Catholicis, Evangelicorum tem pro Evangelicis deinceps convertantur.“*

Quis non penes tantas, tamve claras legum dispositiones, ulteriorem Catholicorum circa fundati suas et scholas anxietatem minus fundatam, imo regi et regno injuriosam dixisset? Praesertim postquam tar *de fundo Studiorum* et Universitatis, *nec non Religionis* diserta regis Apostolici declaratione pronunciatum set: „fundos hos, utpote pro Catholicis unice deservire debentes, *nec posse publicos* appellari.“ Anno nim 1793. ad Exc. Consilium reg. Locumt. Hungaricum (Nr. 19632) die 13. Augusti sequens mandatum regium em vit. „Suam Majestatem Sacratissimam benigne praecepisse, ut cum in actis de aerario literario et religion sonantibus observare fuerit; pias has fundationes, et respective eorundem fundos sparsim *pro fundis publicis* minari; quin tamen nomenclatio haec seu per benignas resolutiones regias seu vero per legis dispositionem missa haberetur: *deinceps fundi hi, velut in pios fines destinati, et de natura sua sub altissima Suae Majes Sacratissimae inspectione et supremo Jure patronatus existentes,* cum sic dictis fundis publicis, quorum Art meminit, nullum nexum habentes, *ac sensu etiam art. 26. 1791 unice pro Catholicis deservire, ac etiam prae ad illorum rationem converti debentes,* haud alio nominis vocabulo, quam fundi *fundationales,* velut a supr auctoritate et inspectione unice dependentes in actis publicis compellentur . . . .“ An non Catholici tantis et claris assecurationibus securi circa suas Scholas et fundationes reddi potuerunt? An non tute reorganisatio studiorum providentiae regum Apostolicorum committi posse, credere debuerunt? Praesertim cum totum reo nisationis opus e consilio ac mente Episcopatus suscipi videretur; vi etenim aulici, de ddo. 19. August 1 (N. 4045.) emanati decreti omnia pene Episcopatus vota, quoad erectionem, transpositionem aut reformatio Scholarum, facto completa fuerunt; repraesentatione Exc. Consilii regii Locumt. *in sensu informationum, per Dioecesanos submissarum concinnata,* hacque per Regiam Majestatem ex integro fere acceptata.

Ita Vicarius Generalis Strigoniensis exponens necessitatem erigendorum in Comitatibus Arvensi Honthensi gymnasiorum, praecipuum fere argumentum exinde petiit: quod uterque Comitatus iste, ac late fusae ejusdem viciniae, *magna parte Angustanae et Helv. Confessioni addictis sint repleti, quorum conver nunquam facilior possit aperiri occasio, quam nunc Scholarum institutione.*“ Consilium vero Loc. Regium, hoc spiritu informationibus et votis, tam libenter detulit, ut repraesentaret: „Ut in posterum quoque, cum Stu rum rationi quo melius consulatur, *tum divina quoque rite peragantur, et Religionis Orthodoxae incolumitati e cremento, praesertim ubi acatholici frequentiores sunt, prospiciatur,* Ecclesiasticos, et respective Religiosos doctiones applicandos“ esse. Eadem ratione actum circa Gymnasia *Neosoliense, S. Nicolaense, Rosnaviense, kolczense, Leutschoviense* etc. In reliquo autumabat Consilium R. Locumt. „ut reliquae in hac Dioecesi exis tes, et per diversos religiosos, *vi positae fundationis* doceri consvetae Scholae, uti: *Breznobányenses, Carpo ses, S. Georgienses, Pestienses, Prividienses, Rosenbergenses, Szegedienses, Papenses, Modrenses et Cre czienses*“ (praemissae jam fuerunt: *Albenses, Bazinienses, Budenses, Comaromienses, Posonienses* et *Strigon ses,* quoque) „cum aliunde novum onus non accedat, in statu quo relinquantur.“

Erga remonstrationem Episcopi Jaurinensis Exc. Consilium ultro repraesentavit: „Scholis *Saba sibus,* per Religiosos Ordinis Franciscanorum, *Ovariensibus* et *Tatensibus* per PP. Piaristas *vi positae fundatio Csornensibus* denique per Praemonstratenses ex christiana charitate tradi solitis; tametsi posteriorum, *Csor sium* videlicet Scholarum dictus D. Episcopus, *nullam necessitatem esse asserat, cum tamen nulli sint oneri* tam his quam etiam praerecensitis Scholis in suo esse relictis: quantum ad Gymasium *Jaurinense,* idem suo *flore* conservandum, eiusdemque administrationem Ecclesiasticis deferendam. Non absimiliter *Sopronien Ginsienses* Scholas — ultro stabiliendas, atque tam *Sopronii, ex ratione fundati ibidem Convictus, et ob co Augustanae Confessioni addictorum* civium, ac per hos quoque humaniorum et altiorum Scholarum, quam et sii religiosos Scholarum Piarum introducendos.“

Porro in sequelam propositionis Episcopi Agriensis, Exc. Consilium R. Locumt. sic opinatum „siquidem praelibatus D. Dioecesanus Studii Theologici *Cassoviae* necessitatem, ob exiguum sane studen numerum haud esse innuat, reliquas Scholas, Philosophiam quippe et omnia humaniora, etiam eo, *quod ib Augustanae Confessioni addicti numero magno reperiantur,* in suo esse relinquendas, earumque doctionem minicanis deferendas esse.“ — „*Agriae* doctionem Ecclesiasticis committendam;“ — in *Sáros-Patak,* Helv. Confessionis profitentes homines numero longe superarent Catholicos, suaeque doctrinae Gymnas amplum tenerent, 4 humanioribus Classibus Poësis quoque et Rhetorica adjiciatur, atque *ut religioni Catho simul prospectum eatur,* PP. Piarum Scholarum eorsum et ad alia etiam duo loca, quippe *Gyöngyösinum Unghvarinum* introducantur;“ — item *Eperjessini* et *Nagybányae* „doctione Scholarum Patribus Minoritis per D. Episcopum provisorio modo concredita existente, *veluti utrobique praeexistentes oneri haud forent,* eas stabiliendas, atque traditionem earundem penes PP. Minoritas porro etiam relinquendam autumari.“

Ita Consilium regium Locumt. eximie Catholicum spiritum praeseferens, e pia sollicitudine, *„ne lato,“* (quemadmodum idem in repraesentatione sua ddo. 11. Maii 1774. ait) *„hoc aut illo gymnasio, ac sequa ecclesiacticis aut religiosis Professoribus haud existentibus, Orthodoxa religio detrimentum patiatur:* hinc — versas Scholas antea per supressae Societatis religiosos tradi solitas, stabiliendas, earundem doctionem C seculari et respective religiosis concredendam, alias vero Scholas, quae hactenus in praesens etiam per diver religiosos docentur, *cum aliunde fundatione provisae essent, novum adeoque onus haud accederet,* in statu porro etiam relinquendas“ existimavit.

Totam vero, in sensu tali factam repraesentationem Sua Majestas ddo. ut praemisimus 19. Augu acceptavit, confirmavit, ac in effectum abire jussit; imo vi ejusdem Decreti, directio quoque Scholarum p Ecclesiasticos fuerat relicta.

Caeterum, sensus et principia regiminis mutationem ab illo tempore magnam subivisse, non nega- us: at hoc nihil juri Catholicorum in suas Scholas et fundationes officit. Quod *mutari* non potuit, est: *aucto- tas* adductarum superius *legum,* „fundationes Catholicorum“ unice „pro Catholicis converti“ jubentium, (art. 79⁰/₁. 26. §. 12.) item: promissionum fide jurata factarum, nec non verbi regii Sanctitas; vi cujus fundus Stu- orum aut Religionis, non tantum non possunt *pro fundis Status* haberi, at *ne nominari quidem „publici“* per- ittuntur, eo, quod iuxta tenorem regii decreti, de Anno 1793: *„cum sic dictis fundis publicis,* quorum art. 21. eminit, *nullum nexum“* habeant, „ac sensu etiam art. 26. 1791. *unice pro Catholicis deservire, ac etiam praecise d illorum rationem converti“* debeant. Hae inquam juris et justitiae rationes nunquam mutabuntur; proinde nec s Catholicorum *ad fundum Studiorum,* omniaque instituta literaria, quae ex hoc fundo hucusque interteneban- r, aut actu providentur. Caeterum nec fuerunt haec alio fine commemorata, quam ut appareat:

a) Scholas olim a PP. Societatis Jesu provisas, sublato etiam hoc Ordine *pro Scholis Catholico- um,* et *Confessionalibus,* — non vero Scholis publicis Status, habitas fuisse; proinde porro quoque manere ebuisse:

b) Qualescunque *modificationes* res literaria in regno hoc olim subiverat, has *nunquam sine expetito piscopatus voto, desiderio, sed potius ex eiusdem plane sensu atque sententia contigisse:* non e deferentia quadam; d quod jus Ecclesiae in Scholas Catholicorum manifestum fuerit, et Apostolici reges religioni duxerint, jus thoc violare.

Stabiliti per Augustam Mariam Theresiam, *in re literaria novi ordinis,* susceptaeque organisationis *spi- tum,* optime expressit ea, quae Anno 1777. Viennae typis mandata est, *educationis totiusque rei literariae per egnum Hungariae et provincias eidem adnexas, ratio.* Spiritus hic *tolerans* est, *Catholicus tamen.* Omne nimirum ugustae Reginae studium eo dirigebatur, ut sopitis intestinis, obtentu passim religionis excitatis bellis, ad re- hendam inter concives unionem, pacemque firmandam, nihil intentatum relinqueretur. *Hoc fine* publicam etiam stitutionem, scholasque omnes *ita conformari* voluit, ut illas, *utut Catholicas,* aliarum etiam Confessionum juve- s accedere possent; quin contra spiritum intolerantiae, vel odium religionis conqueri jure valerent. Optima ne *intentio;* quamvis occasio subin multis fuerit ad tristissimum in rebus religionis *indifferentismum* prolabendi! ufficit: *nullatenus intendisse regimen, ut scholas Catholicis adimeret;* quin imo ut tales nomine reque maneant, oluisse. *Erratum* quidem in *systemate,* a quo recedere non amplius licuit; non tamen error, nisi tardius eo venit, ut *Catholici ipsa suarum fundationum,* gymnasiorum, et institutorum literariorum *possessione privari in- nderentur. Plurimis illud evincitur argumentis, ex ipsa Ratione Educationis* petitis. Quemadmodum enim in ere- ione novorum gymnasiorum, unice Catholicae religionis et Ecclesiae ratio habebatur, ita ex hoc systemate quo- e summa ubique eluxit erga religionem Catholicam reverentia, hujus firmandae cura et sollicitudo. In Scholis m minoribus quam altioribus, *Catechismi* et *Catechetae* nonnisi *Catholici* habetur ratio; *Exhortator* Academicus *Magistratu* censetur, eodem cum facultatum *senioribus* honore distinctus. Quod Professores adtinet, hos sal- m in gymnasiis, maximam partem e variis familiis religiosis legendos esse edicitur; et primum quidem ex illis, ae jure possidendi, amplisque fundis aut pecuniis in foenore positis gaudent, ac proinde subsidia alumnos suos colendi habent; deinde etiam ex his, qui mendicando vitam sustentant; et post hos nisi, sicubi neutrum genus beri possit, aut adhibendum justis de causis non videatur, advocari permittuntur alii non sacerdotes aut reli- osi: modo scientia ac dexteritate muneri huic necessaria probe instructi fuerint. Ad Universitatem Facultas heologica, non alia utique, quam Catholica admittebatur.

Quam vero *singularis cura disciplinae* ad eandem Universitatem et alia instituta literaria *Catholicae,* bita fuerit, ex iis apparet, quae de officiis erga Deum, nec non de officiis Catechetarum et Exhortatorum di- ntur: Praescribitur ibidem: ut „Praesides scientiarum et reliqui Magistri, quamquam munia religionis ad eorum ficium non pertineant, ad ea observanda, data quavis opportunitate excitare discipulos non intermittant. Solen- s precationes ante et post semestralia tentamina sunt institutae, cultusque solennis festis praecipuis, memoriae erariae instaurationis peculiariter consecratis praestitutus. Brevis precatiuncula, clara voce, in singu- classibus, ante initium scholarum praemittenda; iuventus, praeterquam quod idem circa festum Paschae gibus Ecclesiae praestare teneatur, quovis mense, mysterium sacrae Confessionis obeat, et epulo divino ad- mbat; comitantibus Magistris Missae Sacrificio tempore designato peragendo, quotidie intersit. Ad divinum oque cultum pertinebunt statae exhortationes, coetus Mariani, examina Catechetica et sacra Ascesis, qua nes Universitatis Classes, hebdomade sancta ante Pascha excolerentur. Nec unice inferiorum fors classium techetis iniungitur, ut *conventicula* Mariana celebrent; sed et bini ad Universitatem Curiones illud officii inter etera habere dicuntur: ut coetus Marianos pomeridianos diebus Dominicis, loco et tempore assignandis, pro ore veteri diligenter celebrent. Cuncta haec Catholicae disciplinae praecepta Scholis solummodo *confessionalibus* reque Catholicis poterant convenire; prout et studium Regiminis, juventutem Catholicam *in avita sua religione* nservandi,* manifestum reddunt. Quod quidem studium fecerat id quoque, ut cum juventus Catholica necessariam dogmatibus suae fidei institutionem nonnisi *in Catholicis et Confessionalibus* eiusmodi scholis capere, tanto gis conformem eidem institutioni disciplinam educationisque Catholicae beneficia experiri posset: a frequen- ione scholarum non Catholicarum sollicite abstraheretur, arceretur.

Adeoque nullum superesse potest dubium, de Scholarum omnium tam minorum quam altiorum cha- ctere Catholico et Confessionali. Et quantumvis dicatur in consequentibus: Scholas Catholicas ideo patere

aliarum etiam Confessionum pueris, ut regiae munificentiae monumenta ad omnes cuiuscunque demum nis religionisque subditos pertinerent; „et in iis etiam locis, ubi nullae exstant scholae“ a Romano Cath religione dissidentium, „Civibus aliena dogmata sectantibus, metus ille, quo hactenus afficiebantur, ne vide eorundem liberi hac ratione ad profitenda R. Catholica sacra seu adigantur, seu quoquo modo pertrahe opportunis ac innocuis mediis sensim evellatur, certaque iis securitas seu fiducia ingeneretur, ut liberos Catholicas Scholas adire sinant:“ hinc tamen ita non potest asseri, scholas euismodi Catholicorum propr Confessionales non esse: quemadmodum dici non posset, Scholas e. g. Nationis hungaricae, desinere tales ob admissos etiam exteros et alienigenas, qui cum indigenis aequalem in beneficio institutionis partem bent. — Scholae Catholicorum, manserunt porro quoque Catholicorum, et non evasere proprietas Status, ita fuerint, sintque organisatae, ut „beneficium educationis omnibus sine discrimine subditis, cuiuscunque mum religionis pateat.“ Hoc enim posterius, benefico in omnes, Matris Ecclesiae Catholicae spiritui app convenit: quin ideo Scholae hoc spiritu animatae, abjudicari eidem possint. Alioquin simili argumento c etiam pietatis instituta, Xenodochia Misericordianorum, Sororum Charitatis domus, eripi Ecclesiae Catho possent, in quibus nempe: religiosi, votorum et disciplinae vi obligati, nulla religionis distinctione facta, c subvenire nituntur.

Ne quis vero putet, *ex eo* quod Aug. Regina hanc Rationem Educationis *auctoritate regia* prae pserit, illamque Catholici passim ad nostra usque tempora instar normae habuerint, *concludi posse:* quas Catholicis Scholis ideo solum fuerit inducta, *quod hae Status Scholae sint*; Ratio enim Educationis praes fuit et destinata pro Scholis omnibus, cunctarum in regno Confessionum, proinde pro Scholis Acatholic ita, quemadmodum Catholicorum. „Vel ipsa procurandae publicae felicitatis tantopere necessaria in tract studiis aequalis forma exigit,“ legimus in hoc opere: „ut nova haec studiorum adornatio ad illas etiam las, quas a R. Catholica religione dissidentes hactenus habent auctoritate regia inducatur.“ Directe prae bitur etiam, quoad illas: ut „scholae eorum, qui alienam a R. Catholica religionem profitentur,“ regiae dentiae conformiter administrentur; et „in variis eorundem scholis eadem tractentur doctrinae capita, e servetur norma, idem administrationis tenor, eadem morum disciplina quae toti Regno et adnexis Provi universe praescripta est. Quae quidem ut in perpetuum sedulo observentur: Scholarum huiusmodi Praefe Curatores Regio Districtus sui Studiorum Directori subiiciantur; semestres informationes diligenter su tant; scholarum lustrationes libenter admittant, certi: auctoritatem Directoris huius, nunquam ultra literaru disciplinae cancellos esse egressuram, etc.“ Idem in Prooemio statim operis huius innuitur; sed et ta „Augustissimus etiam Imperator et rex Franciscus II. pro suo iure et potestate maturoque consilio“ effic spectu Acatholicorum, voluit; iubens: ut „Evangelici Augustanae et Helveticae Confessioni addicti, in iis, pure sunt literaria studiorum argumentis huic normae sese conformare debeant.“

Praescripta igitur erat Ratio haec Educationis omnibus. Quod autem Catholici solum, non item testantes obsecuti fuerint; id profecto non ideo fiebat: quod Catholici Scholas suas Status instituta credi esse; non item isti. Verum obsequebantur ex antiqua erga regalem voluntatem deferentia, fide, pietate; fisi nempe in testata multoties regum Apostolicorum religiositate, et quem praeseferebant catholico zelo vero si quis diceret, eosdem pro hac obsequendi voluntate merito gravissimam luere poenam, iacturam confessionalium Scholarum, libertatis et autonomiae: is fateri cogetur et illud: meliorem conditionem esse rum, qui regiminis intentionibus et declaratae voluntati obsecundare detrectant, vel diffidentes reluctantur Protestantes contra invehendam apud se Rationem Educationis protestati sunt; inspectioni regiminis subes nuerunt; fundationes suas ejusdem fidei committere noluerunt, — et tamen actu suas tenent: dum Catholic fundationes et Scholae, ad Statum pertrahi intenduntur.

Hunc vero quem in Ratione Educationis, sub Aug. Maria Theresia edita cernimus catholicum tum, parum aut nihil omnino immutatum deprehendimus in tardioribus etiam, non solum regiis decretis, diaetalibus quoque, in specie vero deputationalibus elaboratis. Tempora Josephina, quorum decursu tanta runt Ecclesiae Catholicae inflicta vulnera, merito praeterimus: cum ordinationibus, ad tollendam Ecclesi bertatem tendentibus, omnem legalem vim et auctoritatem ademerint: quemadmodum ipsa rei natura, ina bilia Ecclesiae iura defendens, ita Successorum Josephi II. regum apostolicorum decreta. Sublati enim Josephum II. Ordines religiosi pro institutione juventutis Catholicae restitui mox, nec sine optato effec tebantur; Convictus, quantum per ardua rerum adjuncta licuit, novitus erecti: illegalitate abolitionis regali cio proclamata. Ad Excelsum enim Cons. Reg. Locumt., ddo. 20. Apr. Anno 1790 Nr. 13.026 resolutio fuit benigne dimissa, in qua; „Inter dispositiones, quae sub priori gubernio, *Regni Constitutionibus adn fuere, sublatio etiam Convictuum*“ refertur, et *„Regnicolae verbo Regio certi redduntur, quod Convictus,* sub u gubernio aboliti . . . *denuo restabiliendi sint.*“ — Ita porro: academiae, gymnasia etc., Scholae denique c *sionales* rursus excitatae, quas Josephus II. sustulerat. Et ut alia taceamus, ad urgentem diversorum Co tuum, Urbium et Communitatum petitionem abolita gymnasia in Keszthely, Gyöngyös, S. Georgio, Ep item Carponae, Cibinii, Szakolczae Bartphae, Breznobányae, Papae, Crisii, Posegae, Albae-Regiae etc. gere denuo, restaurarique videbantur: firmissimi argumenti loco art. 23. a 1791 inserviente: *Majestas Sacratis ut supremus Ecclesiarum patronus, Ecclesias Dei in suis juribus conservabit, et fundationes, cuiuscunqu minis, ad mentem fundatorum administrari faciet.*“ Ad quem articulum legis, in specie Papenses, Crisi Albaregalenses et Posegani, sed et Piaristae, Gymnasia sua Breznobányae, Carponae etc. repetentes, im minium quoquae Archiducale in Magyar-Óvár, fiducia in sanctitate legum, et fundationum locata provoc

Rationem Educationis iisdem prope terminis, prout anno 1777 edita fuit, adprobatam et resti videmus in *Elaborato* Deputationis regnicolaris, e Comitiis A. 1791 exmissae. Eadem in hac quoque, im jor religionis et disciplinae Catholicae, quam in Theresiana, fuit cura; et licet Scholas Catholicas haec qu

Ratio Educationis patere vult ob bonum publicum Acatholicis: protestatar tamen altero statim §o, contra ideam Scholarum *mixtarum* et suspicionem illam, quasi Catholici propriis Confessionalibus Scholis privari intenderentur. „Ne forte per ista, quae hic vere recteque feruntur in bonum commune praecepta, *opinioni cuipiam sinistrae detur occasio, quasi ad mixtas iterum Scholas intenderentur cogitationes et Magistri diversarum religionum postularentur ad Paedagogia publica; quod olim plures toto regno Communitates sibi non placere sat superque manifestarunt*; declaratum esto: *Scholas Catholicorum vernaculas*,“ et prout in sequentibus additur, alias etiam, ita comparatas esse debere, ut per eas alienae quoque Religionis pueri, praeter unam suae Confessionis doctrinam, in omnibus suapte natura profanis erudiri *possint. Hoc enim tantum est, ad quod contenditur.*“

Omnino *religiosum* Cath. Scholarum, et ipsius Universitatis quoque characterem, egregie expressum videmus in praescripta civibus etiam academicis disciplina. Academicae institutionis finem in eo cumprimis statuente: „ut alumni harum Scholarum ante alia emolumenta in *religione Christiana, Ecclesiaeque Catholicae dogmatis et praeceptionibus ac pietatis exercitiis, uberiore doctrina et usu consvetudineque pro reliqua etiam vita roborentur.*“ Examina e doctrina Religionis haberi praecipiebantur, et ad restituendam ex integro Universitatem *Catholicam*, avulsamque ab illa facultatem Theologicam, generale Seminarium est excitatum. Primati regni sua ribuitur auctoritas, et in facultatem Theologicam peculiaris influxus.

„Regimen Lyceorum Episcopalium suapte natura concreditur Episcopis.“ „Demum potestas defertur Dioecesanis, *invigilandi illis philosophiae partibus, quae cum theologia nexum habent intimum; ne videlicet clam rrepat in studium philosophicum falsa aliqua opinio; quam utprimum et ubicunque observaverint, illico significabunt Consilio regio et remedium poscent.*“ In hoc systemate Sacri Oratoris munus ad Universitatem et Academias non antum pro superfluo non habetur, sed potius, constare dicitur: „istud *inter omnia Scholarum Studia et negotia sse sacerrimum et eminentissimum* idque agendum esse, ut Academici non solum in mysteriis fidei plene erudiantur, erum *etiam in actionibus et moribus homine Christiano dignis exerceantur firmenturque.*“

Haec et his similia indubiam fidem faciunt, Scholas Catholicorum penes talem administrationem, charatere suo religioso privari non potuisse, meritoque Catholicos, penes nonnullos systematis huius defectus, ratione najoris, quod operabatur boni, acquievisse.

Et haec Ratio Educationis, quae A. 1806. Budae rursum edita, tantam religionis Catholicae curam, enerationem, et ejus promovendae studium praesetulit; quaeve debitam Praesulum in Scholas vernaculas poestatem nunquam restringere, sed ampliare potius adnitebatur: non obstantibus iis, quae ultimis praesertim ecenniis a parte legislativae potestatis venerant, impetitionibus, ad praesens usque *de facto* vim et effectum reinuit. Nec Gymnasia tantum, sed ipsa etiam regia Scientiaram Universitas, ita se pro Catholicis semper, ad ltimos usque annos recognoverunt, ut dum Anno 1842 per Exc. Cancellariam Hungarico-Aulicam, erga moionem Cottus Trencsiniensis: ut penes eandem Universitatem Facultas theologica protestantica quoque erigeretur,— d opinionem suam eatenus depromandam provocata fuisset Universitas, haec declaraverit: caetera inter etiam rgumento Catholicitatis suae, fieri non posse, ut penes eandem, alia quam Catholica Facultas theologica eritur; et opinioni huic Exc. Dicasterium quoque simpliciter adquievit. Ecclesia proinde Catholica ad recenissima usque tempora, mansit in usu potestatis, quam circa juventutis institutionem jure humano aeque ac ivino tenet; nec nisi violentos Status civilis et ecclesiastici in regno hoc apostolico perturbatores nacta est enefici illius quem in educationem ac institutionem iuventutis exeruit, influxus, inimicos, obtrectatores et àgressores. Ut adeo tanto acerbius Ecclesiae, cunctisve Catholicis regni hujus civibus evenire debeat, in hoc nstitutionis publicae negotio, adversus regimen, e natura sua, legitimitatis, ac aviti juris defensorem, legum ublicarum vindicem, stare debere.

Ecclesia inconsulta, nullo unquam tempore in Regno Hungariae de rebus literariis decernebatur, nec er exmissas identidem regnicolares Deputationes. Ipsa *Ratio Educationis* ecclesiasticorum virorum opera erat concinnata. Quam vero partem in recentioribus etiam huius generis operatis Archi- et Praesules Regni: oannes Horváth, Eppus Albaregalensis, Jos. Lonovics Eppus Csanádiensis, pie denatus inprimis Archi-Eppus t Princeps Primas Jos. *Kopácsy* etc. habuerint, quae consilia cum Archi-Duce Serenissimo D. Josepho Palamo foverint: e reliquiis literariis, aut typo etiam mandatis eorum votis opparet.

Vestigiis Rationis Educationis ipsa etiam Anni 1827 regnicolaris Deputatio ac Subdeputatio inhaesit; rout, protocollum huius, et prioris, „Opinio,“ Posonii typis edita commonstrant; — et in Projecto articuli, de ystemate generalium principiorum nationalis educationis, Deputatio haec statim puncto primo enunciavit: „instiuta literaria, iuxta *eadem* principia conformiter coordinari“ nonnisi *in tantum* posse, *in quantum fundationes, uibus actu praeexistentes Scholae dotatae essent, diserte non obstarent;* „puncto vero 3. declarari voluit, ut: *Cunctae fundationes pro educatione et institutione utriusque sexus iuventutis generatim, vel etiam pro Universitate, Academiis et Gymnasiis, aliisque publicae educationis contuberniis speciatim factae unice in hos fines inalte-abiliter impendantur*, neque ad alios ullo unquam tempore converti, aut a suprema inspectione et directione ia Consilii Locumtenentialis regii ad mentem fundatorum exercenda avelli valeant.“ In projecto isto legis, on intermittunt Deputati summam religiosae institutionis necessitatem atque momentum extollere, unaque olennem illam declarationem edere: quod „praecipuum Institutionis publicae objectum sit *Doctrina Religionis*“ tc. Generatim vero negotium institutionis religiosae cum tali sollicitudine pertractatur in hac etiam Opinione, ualem in recentissima sive Universitatis, sive aliorum Studiorum Organisatione, in specie vero plano Organisationis Gymnasiorum et Scholarum realium Austriae, dolenter nimis desideramus. In hoc etenim plano, raeter generales quasdam de tradenda in Gymnasiis doctrina religionis sententias, vix unum stabilitur certum rincipium, cui Catholici tuto acquiescere possent; sive quoad characterem gymnasiorum catholicum in magitris, libris scholasticis et disciplina conservandum; sive relate ad debitum Archi- et Praesulibus in Scholas fluxum, confirmandum. — De universa Doctrina Religionis id solum in plano hoc enunciatur: *„Der Reli-*

gionsunterricht wird durch alle acht Klassen in wöchentlich zwei Stunden ertheilt.“ His fere absolvitur omnis religiosa institutione sermo! Nihil certi continet illa quoque circa deligendos Catechetas, aut horum requis qualitates, generalis observatio: „*Die Religionslehrer können, wenn sie sonst die geforderten Eigenscha dafür besitzen, neben der Religion auch andere Lehrgegenstände übernehmen.*“ Quasi octo Classium instit religiosa tam exiguae molis occupationem crearet, ut aliorum etiam studiorum pertractatio possibilis, optal imo, ut innui videtur, necessario exigenda foret! Nam ex additis: „*Welche Bedingungen sie zu erfüllen ha um als Religionslehrer bestellt werden zu können, das ist Gegenstand besonderer gesetzlicher Bestimmung einstweilen sind die wirklich angestellten Religionslehrer jedenfalls den ordentlichen Lehrern beizuzähle* (§. 92) id deduci posse videtur: Exhortatores et Doctrinae Religionis Professores, nec fore professoribus *a nariis* secus adnumerandos, nisi aliquod e profani argumenti studiis quoque pertractaverint. Sed et illor *odenminatio* non adseritur directe Episcopatui, verum ius *designandi doctores religionis*, quod tamen est clar mum; in medio relinquitur. „*Die ord. Lehrer an Staatsgymnasien*“ (scimus autem quam late pateat denominatio) „*abgesehen von den Religionslehrern, über deren Bestellung besondere Bestimmungen noch vo halten sind, werden vom Staate bleibend angestellt.*“ (§. 97) Quod vero professorum facultativorum (*Fachleh* ad infimas etiam gymnasiales classes adplicationem concernit: utut Episcopatus Hungariae gratanter acce opportunas in modo materiaque docendi melioriationes plano hoc indicatas: indubitatum nihilominus existi nullatenus pluribus in eadem Classe constitutis professoribus adfuturas esse tot et tales occasiones, prouti gularibus Classium magistris adesse constat, in mores et disciplinam scholasticam beneficum influxum exere hacque ratione eam, quae publicis institutis literariis non minus quam institutio intenditur, nimirum *educatio juventutis patriae* debite promovendi. Directorum in omnibus *Statui* vindicatis Gymnasiis per eundem designa totius rei literariae, non tantum quoad Status gymnasia, sed quoad alia quoque, senatibus scholasticis (*Sc rath*) exacta subordinatio; localis in quovis oppido (vel etiam pago si institutum quodpiam in tali erigere scholaris Commissionis erectio, quae interesse praelectionibus, magistrorum docendi modum crisi subjic singulos denique docentium gressus vigili oculo comitari debebit: haec inquam et alia multa, plurimum qui ad meliorem rei literariae directionem, ordinem, in officiis explendis zelum conferre posse, libenter agno Episcopatus: at non minus necessarium et illud arbitratur, ut Catholici certi reddantur: in scholas suas, hoc inspectionis, neminem nisi Catholicum influere, deinceps quoque posse. Libros etiam, altissimo regi probatos, gratanter Catholici suscipient, quamprimum illos respectu Religionis quoque laudabiles agnover ut tamen de horum opportunitate suum judicium Ecclesia mature depromere possit, merito desiderat: ut quam eiusmodi scholastici libri gymnasiis, aut qualicumque demum nomine venientibus institutis literariis ca licis praescripti fuerint, cum Episcopatu praevie communicentur. Nisi enim id obtinuerit, timendum est Catholici in propria etiam instituta, indoneos libros scholasticos, cum summis tantum difficultatibus induc vel notatos eliminare possint. Haec eo duntaxat fine speciatim commemorata sunto, ut appareat Catholicos vane de suis fundationibus, institutis literariis, gymnasiis sollicitari; nec inani timore affici, dum eorum characterem religiosum aboleri, et beneficam in iuventutis Catholicae educatione vim, nova studiorum or satione non parum minui arbitrantur. Legitimum certe metum ejusmodi reddunt *innovationes* variae novis temporibus multo cum Catholicorum praejudicio susceptae. Quippe Posonii et Sopronii Conf. Aug. Evan corum scholae velut Confessionales intactae relictae sunt: Catholicorum contra, tamquam instituta S reformationibus, magnam juventutis literariae partem abinde penitus abalienantibus subjectae cernuntur. Pe cathedrae linguae Germanicae Protestans quidam praefectus est, et ejus sub auspiciis tentaminis loco, d mationes, jnventutis moribus facile noxiae et Reformatoris Luther laudes, in Odaeo Universitatis Catholi ante effigiem Pazmanni fundatoris, coram magna invitatorum utriusque sexus multitudine, velut in testimo detersi jam ab Universitate Catholici characteris, publice paulo ante resonabant; denique non vanis ut vi percrebuit rumoribus, eas esse Excelsi Regiminis novas et inauditas ante in regno hoc dispositiones: ut sa protestanticorum etiam Inspectorum e fundo Studiorum et Universitatis catholico, in hac magna Catholico post succisos legibus novissimis proventus egestate, persolvantur.

Caeterum non illud postulat Ecclesia Catholica, ut *civilis* et *ecclesiastica* Potestas, ex integre junctae, in rebus etiam institutionis publicae, separatam ineant viam; imo continuam utriusque ad eundem cationis finem *collaborationem*, mutuam opem, et utriusque auctoritatis praesidium optat. Nec proinde Scholas suas Ecclesia Catholica, supremae Potestatis civilis inspectioni subducere: sed illud unice agit legitimo religionis influxui, cuius vim longa cunctorum temporum experientia probavit, et juribus Eccle quidquam decedat: ut haec Scholas suas et instituta literaria pio fidelium zelo ac munificentia fundata, cathe semper spiritu fovere, doctrinam eorum atque disciplinam suis principiis conformare, similique in omnibus *tate*, circa illorum organisationem frui possit, quali protestantes circa suae Confessionis instituta literaria permittuntur. Chorus etenim Episcoporum habet intime sibi persvasum, feliciora pro Statibus publicis tem exspectari eousque ac revehi neutiquam posse, donec institutioni, cognitionumque augmento necessaria morum formatio, educatio nempe inventutis, et haec quidem religiosa, iuncta non fuerit: educatio certe, divina religionis Catholicae principia, corda hominum ad omnem pietatem, legumque tam divinarum humanarum observantiam efformare queuntia dirigenda. Jungi vero talis educatio, nec non disciplina, tutioni Catholicae tantum in Scholis vere Catholicis poterit, quarum organisatio tota spiritum religionis Ch spiritum nempe humilitatis et modestiae, pietatis et abnegationis evangelicae redoleat. Sed nunquam *Catho et Confessionales* dicere possemus Scholas, intuitu quarum praevie edicitur: quod religionis et confessio discriminis, nec quoad professores et eorum delectum, nec quoad praescriptos libros, ulla plane habend ratio. Postulat sane *reformationem Studiorum* Ecclesia quoque; postulat ut *doctrina Religionis* in omnibus Sc Catholicis auditorum cognitionibus, necessitatibus, item methodo magis accomoda tradatur; postulat etia

dem *Historia* quoque *Ecclesiae Catholicae* jungatur, quae nihil aliud est, quam actuum, quos per Apostolos Spiritus gessit, ad finem usque saeculorum non interrupta continuatio. Postulat ut cognitione *sacrorum Eccle ae rituum* (tanta saltem, quantam fabulosae Graecorum mythologiae, vel antiquis Romanorum ritibus ndiscendis tribui videmus cura) juventus Catholica imbuatur. In altioribus vero, philosophicis nempe disci inis, spiritum religionis amico foedere cognitionibus physicis iunctum, revehi cupit; ut discentes a rebus itis mentem ad Deum adtollere, objectiones contra veritatem revelationis e diversis argumentis scientificis ronee petitas diluere noverint. Verbo postulat, ut Catholicae Scholae professores vere catholicos, libros nerationem Catholicae religionis spirantes, et disciplinam ejus spiritui faventem ubique ostentent.

Et ideo postulant Catholici:

1) *ut fundationes Catholicorum literariae*, iuxta tenorem etiam legum, in specie art. 1791:23 et 1791: §. 12. salvae ac intactae maneant, et tantum „*pro Catholicis deinceps convertantur;*“ neve illae, proinde nec tudiorum ac Universitatis fundi, (qui pariter e talibus fundationibus coaluerunt.) cum publicis fundis confun ntur; sed, ut resolutio regia Anni 1793. habet, (13. Augusti Nr. 19,632.) „*unice pro Catholicis*“ *deserviant*, „ac iam *praecise ad illorum rationem*“ convertantur, Proinde ex his, seu Universitatis, seu Studiorum fundis, pote „*unice Catholicis diservire debentibus*“ *salaria* Inspectorum aut Professorum pro scholis *Acatholicorum* stinatorum non assignentur; neve fundi hi, talibus expensis ita exhauriri permittantur, ut in Scholis per pios ndatores eo cumprimis fine dotatis, ut pauperiores etiam juvenes facile ac gratis possint altioris culturae rticipes fieri, *didactrum* introduci necessario quasi debeat, hocque ipso discentium profectus, contra funda rum mentem, difficilior reddatur.

Et cum ad fundationes, respectu tam institutionis, quam et imprimis educationis catholicae, Convi us etiam pertineant, — instituta diebus praesertim nostris summi momenti, peculiari Archi- et Praesulum curae, rovidentiae ac inspectioni testamentaliter quasi per pie denatos fundatores commendata: quorum quidem ulti am, regali etiam consensu probatam voluntatem revereri, et pro sancta habere obligantur, — sed et tam ara sit legum patriarum circa huiusmodi fundationes dispositio: ut abolitionem Convictuum cuncti regni huius colae inter gravissima, bono publico, libertatique religionis inflicta vulnera reputaverint, fueritque a fatis psephi II. prima regiminis cura selenniter declarare: supressionem eiusmodi legibus adversari, certosque *verbo regio*“ regnicolas reddere: „quod Convictus sub ultimo gubernio aboliti, denuo restabiliendi sint;“ ntim. Cons. R. Loc. Hung. ddo. 20. April 1790. Nr. 13,026.) in cuius regii promissi fidem plures omnino Con ctus fuisse restitutos scimus; ideo Chorus Epporum, fundationum ejusmodi conservationem, mentique fun atorum conformem administrationem conscientiae pro rei dignitate sumens, quanto majori cum dolore intel xit Convictus Cassoviensis, Magno Varadinensis, et aliorum in Transylvania suppressionem inconsultis raesertim iis, ad quos peculiarem eorum curam fundatores pertinere volebant, ab Exc. Ministerio Cultus cretam; tanto impensius orare sustinet: ut Majestas Vestra Sacratissima, non tantum abolitorum horum nvictuum, ut menti fundatorum clarissime enunciatae satisfiat, restitutionem benigne demandare; sed et nes pro educatione juventutis Catholicae factas pias fundationes, contra similia suppressionis aut alia pericula curas reddere; proin illarum ad mentem fundatorum instiduendam administrationem, eorum, ad quos pertinent, mpe Catholicorum curae concredere dignetur. Et ideo Chorus Episcorum *fundum Universitatis nec non Stu orum*, utpote fundum ex integro *Catholicum*, eiusdem Commissionis directioni, — salvo semper et ubique premo Suae Majestatis superinspectionis jure exercendae — committi petit, cui administrationem *fundi Reli onis* a Clementia S. Caesareo-Regiae Majestatis Vestrae in distincta repraesentatione — benignissime con edi humillime orat.

2) *Ut Character Scholarum Catholicarum nec non Convictuum proprius, hicque religiosus conservari* pro re ac officio possit; Ecclesiae Catholicae sua constet *autoritas et potestas in arcendis acatholicis magistris, operibus te* Scholarum Catholicarum usui destinatis: ne *spiritus in iis a Religione Catholica alienus* aliquando invalescat. Ideo ntum absit, ut sine Ecclesiae consensu, vel plane contra judicium eius et censuram, doctores et libri non tholici, ad institutionem juventutis Catholicae admittantur: ut potius ad instituta literaria, convictusque Ca olicorum (eadem plane ratione prout id penes instituta Protestantium obtinet,) nonnisi *e sensu et voto illorum, quos hae Scholae pertinent*; menti fundatorum conformiter, vere catholici, ac pietate non minus quam do rina probati viri adplicentur; libri etiam catholico spiritu imbuti inducantur, et catholica disciplina stabiliatur; Universitate quidem, utpote, quae pariter Catholica est, debetque vi fundationis manere, quoad omnia ec, excepta.

3) Quemadmodum Catholici cum intimo grati animi sensu regiminis ad majorem institutionis publicae rem directa studia vident ac reverentur, iisque pro viribus cooperari, officii sui ducunt; ac supremae inspe ionis ius circa suas Scholas, non secus quam relate ad aliarum confessionum instituta literaria, illibatum Statui nservare volunt: ita ex adverso postulant, ut Status non alia, respectu Scholarum et fundationum catholicarum. ra sibi adtribuat, quam quae relate ad alias quoque confessiones et instituta literaria illarum, vi pronunciatae nfessionalis, respectu civili, aequalitatis, eidem competere dignoscuntur. Plura etenim, vel majora in Scholas instituta Catholicorum, quam aliorum, jura Statui vindicare velle, repugnaret illi aequalitatis principio, quod cundum solemnia Constitutionis ddo. 4. Martii 1849 verba, toti Monarchiae Austriacae fundamentale jus deinceps turum est; quodve in specie his verbis expressum habetur: „*singulam receptam societatem religiosam manere in ssessione, et usu scholarum, et institutorum suorum*;“ omnemque „*religiosam societatem communibus Status legibus anere subjectam*;“ unde proin suapte sequitur, nec Catholicorum circa suas Scholas et instituta libertatem magis, ac otestantium posse restringi. Alioquin legibus etiam Patriae (art. 74:1715) conformiter „Sacra regia Majestas eo tantum supremam“ sibi soli pro apostolico munere, et suprema authoritate sua, seminariorum, convictuum, collegiorum, pro juventute ecclesiastica, aut saeculari .... fundatorum, dum et quando necesse videbitur

inspectionem, et cum exactione rationum — *investigationem*" reservavit: ut resciat: „*utrum fundationi satisf*
Nequaquam igitur dominium aut *jus possessionis* regi apostolico asseritur hac lege, vel quacunque alia;
eadem, quae quoad Ecclesias, stabilita fuit, et patronatus jure comprehenditur, Scholas et instituta quoque
tholicorum *protegendi, fovendi, fundatorumque menti conformiter conservandi potestas* eidem tribuitur. Eam
proinde Catholici quoque, cum aliarum Confessionum civibus, postulant sibi libertatem; et firmissime cred
libertatem hanc, Scholas suas et instituta destinationi, mentique fundatorum conformiter coordinandi, non a
quam communibus ad omnes Confessiones emanatis altioribus ordinationibus coarctari posse. Cum itaque
nes Confessiones Scholas suas et instituta pro suis, non autem Status Scholis habeant; hoc ipso etiam Sch
et instituta Catholicorum, quorum fundationem, ad manus religionis et Ecclesiae Catholicae bonum intenti
pure catholica factam, prout id brevis fundationum, e fidedignis documentis eruta, pluribusque si neces
foret, comprobanda, historica deductio sub A) sufficienter ostendit, probare possumus, tamquam *pure catho*
censeri debent, et earum tum *translationem*, tum in *alias* generis diversi scholas *transformationem*, tum d
que *suppressionem*, libertati religionis adversari firmissime persuasum habemus. Imo ipsam etiam determin
linguam, qua scientiae in his tradantur, ad communem illam docendi *libertatem* referunt Catholici, quam l
publicae cunctis sine discrimine *Confessionibus* salvam pronunciant, integramque pollicentur.

Profecto summopere libertas haec vapularet, multumque detrimenti *rei literariae, quin et religi*
Catholicorum adferretur; si Protestantibus quidem ex integro, ut nunc fit, liberum relinqueretur, qua v
lingua suos iustituere: Catholicis vero haec, vel alia lingua obligationis instar imponeretur. Tristissimos
modi coactionis effectus Scholae Catholicorum iam hoc etiam anno expertae sunt; et in futurum amplius ad
timendos habent; dum nempe Protestantibus gratissima offertur occasio, scholas suas, *nationales* (in sp
hungaricas) proclamandi, et hoc specioso, ac cumprimis aevo nostro multum ponderante titulo, juventutem e
Catholicam ad eas pertrahendi. Notum est, quantos multorum favores sibi Helveticae Confessioni addicti
id conciliaverint, quod *confessionem suam hungaricam esse* (magyar hit) vulgo persvadere adnisi sint;
nunc favor, eademque sympathia Protestantium Scholis conciliabitur, ubi experientia docuerit, in iis arride
populationi pro lubitu retineri linguam: cum e contrario in Scholis Catholicorum, *invitis* etiam urbium
vicinarum regionum incolis, judicio quorundam Status officialium, peregrina idiomata indicuntur. Hanc u
ob causam quaedam frequentissima antea Catholicorum gymnasia, deserta jam pene et auditoribus vacua
nuntur; quid futurum deinceps, si penes plenam quaecunque instituta adeundi libertatem, deprehensum fuer
Protestantium Scholis, intactam manere institutionis linguam: Catholica vero instituta in aliarum lingua
Scholas converti. Ut vero singulis fere auditoribus jus sit a docentibus aliam institutionis linguam posce
id sustineri tanto minus potest, quanto verius est: linguam tantum medium esse, ad juventutem in scie
excolendam, omnique meliori modo cavendum: *ne scientiae propter linguas* vel minimum capiant detriment
Non censemus itaque cum exoptata efflorescentia seu Universitatis seu caeterorum institutorum literario
id conciliari posse: ut unus idemque Professor duplici, vel plane triplici lingua easdem disciplinas propo
stringatur; quantum quippe temporis linguae immolabit, tantum cum irreparabili damno detrahet scientiae.

4) Ideo, ut Catholici in suas Scholas et instituta literaria, lycea, gymnasia, (sed et convictus
stipendia pro Catholicis tenore legum convertenda) debitum influxum habere, et constanter exercere vale
ut salvo, quod regimini competit inspectionis jure, in delectu professorum, approbatione librorum scho
corum, conformatione disciplinae, prout et tota rei literariae directione Catholici quoque, ad majus Eccle
suae bonum, et juventutis religiosam cumprimis educationem, eadem prorsus cum Protestantibus libertate
dere possint: exmittatur Altissimo loco, nunc quidem interimali potestate instructa, subin vero pro stabili
claranda *Commissio mixta*, e viris Catholicis, saecularibus et ecclesiasticis constans, quae totum institution
rei literariae negotium, in specie organisationis scholasticae ab Excelso Ministerio novissime typis vulg
plurima certe bona ac salutaria in se complectentis principia ac praescripta, regni circumstantiis neces
busque accomodando: Altissimis Suae Majestatis Sacratissimae intentionibus non modo eruditionem, sed
religionis sensum ac aestimium in juventute Catholica deposcentibus, quam amplissime satisfaciat. Commi
nem vero hoc eximio scopo, relate ad omnes, ad quas Chori Episcoporum eodem hierarchico nexu junct
sacra Jurisdictio proin et cura extenditur, provincias, operaturam, precibus suis homagiali cum devo
substratis, non esse denegandam Episcopi congregati eo majori cum fiducia sperant, quod vulgo constet:
modi Commissionum necessitatem quoad alias etiam Imperii provincias agnitam jam esse et clementer enunci

Ex his omnibus homagiali cum reverentia suae Majestati substratis, Episcopi congregati illud
rissimum esse arbitrantur, nil aliud a se peti, quam ut religiosa Catholicae juventutis institutione ac educa
Episcoporum curae ac sollicitudini divinitus etiam commissa, firmissimum pacis publicae ac stabilitatis im
struatur fundamentum, et Ecclesiae Catholicae optata praebeatur occasio, fidelitatem obedientiamque suam
Augustam Suae Majestatis Domum, per subsequas etiam contestandi generationes. Faxit Deus, ut opus
rium seculorum, quod Apostolica S. Stephani fides, zelus et patientia fundaverat, quod tam multorum re
virorum principum et antistitum, pietatis gloria insignium munifica liberalitas auxerat, quodve jam jam
psum, merito immortalium Ferdinandorum apostolica cura et fortitudo restituerat: Suae Majestatis Sacratis
imperium Austriacum, tam mire, protegente Deo restaurantis regenerantisque justitia, ac in omnes
ditos aequa propensione, in stabilitatem floremque Ecclesiae Catholicae, quae maximam populi hungarici partem
suo fovet, in incrementum etiam boni publici et tutamen recti ordinis, quam optime ac finibus suis sacris
commodatissime coordinetur, et arboris instar bonae, bonos, ac tum throno tum populis salutares fructus,
formiter divinae suae destinationi adferre valeat. —

In reliquo Clementiae Caesarco-Regiae devoti, homagiali cum subjectione perseveramus,
Vigonti e Conferentiis privatis Episcopalibus die 25. et sequentibus mensis Augusti anni 1850. asservatis.

Historica deductio Fundationis

Scholarum Catholicarum

in Regno Hungariae, Croatiae etc. nec non magno Principatu Transylvaniae.

I. Agrienses Scholas olim Jesuitis commissas, fundavit cum Collegio Georgius Széchényi Pri-
mas; qui redemto aero proprio (60.000 fl.) bona ad Abbatiam B. M. V. de Candelis seu Schavnik pertinentia,
et ad manus saecularium devoluta, cum consensu Leopoldi I. Societatis Jesu Collegio Agriensi donavit Anno
1689. Idem Archi-Episcopus aedes quoque Collegii, una cum aedificio scholari e fundamentis erexit. Acces-
sere donationes Pauli Fánchy, Georgii Fenessy Episcopi, (qui, prout et Leopoldus I. fundos oeconomicos Col-
legio dedit), Stephani porro Telekessy, Georgii Foglár, Joannis Varga, Josephi Vagner, Jgnatii Handler,
Joannis Kalmár (ultimi tres Canonici fuerunt Agrienses) etc. Ita ut omnibus his Collegii, consequenter et
Gymnasii bonis venditis, praeter Abbatiae bona, Episcopatui Scepusiensi anno 1776. addicta, ad fundum Stu-
diorum plus quam 103.000 floreni fuerint illati.

Ad aedes Jesuitarum anno 1778. Cistercienses Abbatiae Pásztó introducti, Gymnasium actu (sine
ullo e studiorum fundo subsidio) provident: (utut etiamsi professores ex hoc fundo providerentur, cum fundus
hic ex Catholicorum fundationibus piis exsurgens, non minus Catholicorum sit, quam quodcunque aliud reli-
giosum institutum, per id juribus Ecclesiae, Catholicorumque nihil omnino detraheretur.) studia philoso-
phica cum theologicis, Episcopi et Archi-Episcopi Agrienses aere suo fundarunt; imprimis C. Barkóczy Anno
1754., qui typographiam quoque erexit. Lyceum ingens C. Carolus Eszterházy exstrui fecit; Capitalia per
devolvationem etc. imminuta B. Fischer Archi-Episcopus restituit, etc. Facultatem juridicam, assignata domo
et 110.000 fl. Georgius Foglár Canonicus et Episcopus titularis fundavit.

II. Albae-Regiae Turcis expulsis, Jesuitae vacuum nonnisi fundum, in quo vetusta Turcarum Mo-
schea stetit, pro residentia acceperunt. Propria deinde industria, imprimis P. Leopoldi Khrón S. J., nec non
fidelium zelo, fundus excrevit in tantum, ut Anno 1747. grammaticales Scholae potuerint aperiri, patrocinio
privatorum, in specie Baronis Amade etc. fundatae atque sustentatae. Abolita Societate, e pia hac Catholico-
rum fundatione vendita, fundus Studiorum 116.000 fl. percepit. Anno 1813. Cisterciensibus est traditum Gym-
nasium, indubie Catholicorum, quale Jesuitarum erat. Pro studio philosophico recentissime Franciscus Farkas,
Praepositus major 50.000 fl. valutales destinavit; fundatione hac regiam nonnisi confirmationem exspectante.

III. Aradini Ordinis Minorum Conventuales, Gymnasium e charitate publicum, inde a Turcis expul-
sis habuere, cui etiam studia philosophica aliquando junxerunt, saecularibus etiam juvenibus admissis. Ordi-
nibus religiosis sublatis, Gymnasium saecularibus viris fuit traditum; Anno demum 1816. Minoritis restitutum.

IV. Bajae Communitas Anno 1757. Gymnasium erexit, facultate ab Archi-Episcopo Colocensi petita
ac impetrata. Docent Franciscani Provinciae Capistranae Anno 1815. confirmati.

V. Bartphae PP. Ordinis S. Francisci Provinciae SS. Salvatoris Gymnasium habent.

VI. Bazinii Scholas olim grammaticales Fransciscus Polentári, Canonicus Magno-Varadinensis ex-
tructa domo et Capitali 20.000 fl. deposito, fundavit; quae vel plura saltem florenorum millia, per alios quo-
que benefactores in eundum pium finem donata, studiorum fundo illata fuere. Nunc Civitas Scholis solum
Capitalibus gaudet.

VII. Belényes; hic Gymnasium Samuel Vulkán Episcopus Graeci Ritus Magno-Varadinensis funda-
vit, appellaturque Gymnasium Cleri Dioecesis Magno-Varadinensis Graeci Ritus Catholici.

VIII. Breznobányae Gymnasium minus Scholarum Piarum Leopoldus I. e bonis Ecclesiae, nec non
Georgius Szelepesényi Primas fundarunt. Ille decimas, hic parochiae administrationem illis contulit: uterque
fundum et proventus ecclesiasticae naturae.

IX. Budae Collegium Jesuitarum et Academiam a Tyrnaviensi distinctam Georgius Szécl Primas Anno 1687. cum 100.000 fl., domo item Arcensi fundavit; peculiarem pro Convictu fundationem as nans. Pagum Török-Bálint Jesuitae cum consensu Leopoldi I. a Georgio Drahosóczy, successoribusque Andrea, Justina et Maria Törey acceperunt; hortum et vineas a rege Leopoldo I., sed et plurimas alias a vibus ita, ut numerus vinearum Collegii ad 77 exsurgeret.

In aquatica Budensi Residentiam Anno 1718. Presbyter saecularis et Parochus, Thomas Raspass fundavit; aedes novae una cum templo S. Annae post Annum 1740. e largitionibus privatorum, inter quos Archi-Episcopus nominatur, fuerunt exstructae. His dos Collegii et Academiae ad plura centena millia ex vit; e quibus (praeter ingentes aedes, nullo vel levi pretio ad aerarium pertractas) 250.000 fl. fundo Studio illati fuerunt.

Universitate Tyrnaviensi Budam translata, tota haec fundatio Budensis intercidit; gymnasium e quod Anno 1832. Piaristae receperunt, e fundo Universitatis provisum, defectum ejus supplere nullatenus pot

X. Carolostadii gymnasium est religiosorum ordinis S. Francisci Provinciae S. Crucis Croatico-Carnioli

XI. Carponense Gymnasium minus pro Patribus Scholarum Piarum Anno 1720. per Paulum Ol Episcopum titularem Almisiensem et Canonicum Strigoniensem, una Tyrnaviensem Parochum fuit fundat administratione parochiae, pro ampliore dote, per 6 annos Piaristis per Archi-Episcopum Strigoniensem credita. Stipendia C. Stephanus Koháry, Magdalena Bory etc. fundarunt.

XII. Cassoviae Collegium Societatis Jesu cum Academia, Convictu, nec non Seminario viguit; Ferdinandus II. bona Prepositurae S. Nicolai de Misle per Joannem Csech Praepositum Mislenensem et C nicum Agriensem, successorem item ejus Albertum Czeglédy redemta, sub illa conditione cessit, ut juvent Catholicae institutioni provideat; donationem etiam Ferdinando III., a quo hortum acceperant Jesuitae, co mante. Sed praeter hanc pure Catholici fundi donationem, auxerunt dotem alii quoque; imprimis Francis Vesselényi de Hadad, Joannes Dénes, Benedictus Kisdy, Episcopus Agriensis, qui in specie pro Acade 60 florenorum millia, per Leopoldum I. etiam confirmata donavit; templum pro usibus Scholarum suo su Sophia Báthory Anno 1679. exstrui curavit. Idem Anno 1701 cum Scholis et Collegio combustum, Ar Episcopus Strigoniensis C. Kollonich, et Episcopus Agriensis Telekessy 20. et ultra florenorum millibus staurarunt: Lyceum deinde sumtibus Societatis, Provincialis Jesuitarum P. Molindez Anno 1713. exstrui fe Josephus Andrássy pro fundatione Academiae 10,500 fl. contulit. Alexander Ketzer et Spohia Sándor pro danda cathedra juris ecclesiastici agros in Tarczal et vineas amplissimas valore adminus 50,000 fl. aequa donarunt. Similiter Catharina Kovács, Episcopus Transylvaniae Andreas Mokchay, Samuel Schieczler e cietate Jesu, vidua item C. Pauli Szapáry, nata C. Károlyi, cum Catharina Bornemisza junctim 90.000 fl., domos, agros, vineas, typographiam etc. donarunt. Ita ex his solum venditis 170.000 floreni in fundum diorum inferri potuerunt.

Convictum Susanna Balassa, vidua Caspari Konszky, item Alexander Keczer sub inspectione Ar Episcopi Strigoniensis fundavit.

XIII. Cibinii Gymnasium Piaristarum fundavit Stephanus Desöffy Anno 1739, florenorum 15 capitali, et Civitas Cibinensis. Ad fundum augendum etiam Stephanus Keczer, Praepositus major Ma Varadinensis contulit.

XIV. Colocae Gymnasium et Piaristas fundavit C. Josephus Batthyány, qua Archi-Episcopus Colo sis Anno 1763., 15 mille florenis, typographia, nec non Apotheca. B. Patachich Adamus aedes novas exs xit; fundatione pro 1. Classe deficiente, hanc Petrus Klobusiczky Archi-Episcopus Anno 1839. 13.250 fl. V restituit. Anno 1774. jam philosophica etiam studia Colocae tractabantur.

XV. Camaromiense Gymnasium et cui hoc adhaesit, Jesuitarum Residentiam Georgius Jakus Episcopus Syrmiensis et Praepositus Major Posoniensis Anno 1637. liberaliter plane fundavit: eidem p Veréb et Pázmánd, item Pákozd, Sukoró, Etyek, Gyúró, Sóskút, praedia denique Vál, Agárd et Barát dono dans, quos partim per haereditatem tenuit, partim aere suo, vel penes inscriptionalem summam, lita societate, in 60.000 fl. computatam acquisivit. In Civitate praeter domum a rege Ferdinando II. 1649 acceptam, curiam etiam nobilitarem patres Societatis Jesu a Civitate post administratam 110 annis rochiam obtinuere. Abolita Societate, residentia haec unica 223.000 florenis fundum Studiorum ditavit.

Gymnasium vero, quod Leopoldum Kollonich Archi-Episcopum quoque cum Francisco Rákóczi patronis habuit, Benedictini sine ullo fundi Studiorum aggravio tenent.

XVI. Cremnicii Gymnasium Franciscanorum Provinciae SS. Salvatoris fundavit Anno 1649. G gius Lippay, Archiepiscopus Strigoniensis.

XVII. Csornae olim Gymnasium minus e liberalitate Praemonstratensium ad annum 1774. sterialiter stabilitum. Nunc nullum gymnasium hoc loco existit.

XVIII. Debreczinense gymnasium Piaristarum fundavit Anno 1719. Joannes Bakó, Episcopus cariensis et Canonicus Magno-Varadinensis. Aedes Emericus Csáky Episcopus posuit. Canonici Franci Wispóky et Josephus Molnár (ille 2000, hic 16.000 fl. V. V.) pro stipendiis etc. fundarunt.

XIX. Eperjesense gymnasium Franciscanorum Provinciae SS. Salvatoris, olim fuerat Jesuitarum. Scholas, quas hic jam Stephanus Telekessy Episcopus Agriensis fovit, C. Leopoldus Kollonich stabilivit, qui Jesuitis pagum Mochnya ad Abbatiam S. Spiritus de Hrapkó spectantem, consentiente Leopoldo I. Anno 1700. donavit, prout et redemtam a Civitate fundationem antiquam nomine S. Demetrii de Nyás. Anno 1704 a Ladislao Matyasovszky Episcopo Nitriensi 20.000 fl. acceperunt, instituto Generali Societatis adscriptos; a Gabriele Kapy 3000 flor. etc.

XX. Érsek-Ujvarini gymnasium minus Anno 1842. e collatis subsidiis incolae Catholici fundarunt; Conventus autem PP. Franciscanorum Petro Pazmanno debetur. Ad meliorem juventutis educationem jam Georgius Szécsényi 30.000 fl. fundavit. Gymnasium nunc quoque est Ordinis S. Fransci Provinciae Marianae.

XXI. Eszekini gymnasium Ordinis S. Francisci Provinciae Capistranae. Hic olim missio fuit Jesuitarum. Conventus Patronum suum in Georgio Patachich Episcopo colit.

XXII. Félegyhazae gymnasium minus, a Communitate Catholica fuerat fundatum annis 1810. et 1825.

XXIII. Flumine Collegium olim Societatis Jesu, nunc gymnasium minus, in quo Presbyteri saeculares per dioecesanum Episcopum designati docent.

XXIV. Ginsii, olim domus 3tiae probationis Societatis Jesu, fundata per Georgium Szécsényi, Archi-Episcopum Strigoniensem cum Capitali 60.500 fl., cui alii benefactores 10,825 fl. insuper addidere. Abolita Societate fundus Studiorum hinc 42.927 florenos percepit. Gymnasium Anno 1777. Piaristae, 1816. Benedictini acceperunt.

XXV. Gyöngyösini gymnasium olim Societatis Jesu, fundatum per Georgium Lippay, Archi-Episcoum et alios benefactores: Annam Láng, Gabrielem Hevenesy etc. Anno 1670. Curiam Sötéryanam; Anno 1712. Communitate agros, domos oeconomicales: ab Andrea Petrik et Josepho Vagner, Canonicis alias fundationes abuere. Fundus Studiorum 50.000 florenis exhinc ditatus.

Nunc gymnasium est ordinis S. Francisci Provinciae SS. Salvatoris.

XXVI. Jaurinenses scholae una cum Collegio Jesuitarum florere coeperunt. Introducti per erdinandum II., qui locum pro struenda Ecclesia, Collegio, scholis, procuravit, adjecta dote, bonis B. M. . de valle Veszprimiensi, quam donationem Ferdinandus III. Anno 1638. nedum confirmavit, at auxit quoque, djiciens Abbatiam S. Jacobi de Lében. Quod in specie Scholas concernit, has quidem Jaurini, expulsis Turcis am antea Nicolaus Dallos Episcopus erexit, quas Georgius Draskovich et Petrus Pázmán, quoque fovebant; t academica Studia Georgius Szécsényi tunc Episcopus Veszprimiensis capitali 50.000 florenorum et exstructis 20.000. florenis aedibus fundaverat; quas tardius Paulus Széchényi Archi-Episcopus Colocensis ad omnem agnificentiam eduxit, ac ampliavit. — Alii Collegii et Scholarum benefactores praeter Georgium Draskovich, ui novas domos emit ac adjecit Collegio, fuere: Ignatius Káldy e Societate Jesu, qui suam haereditatem, Tobias áborjány Cantor Canonicus, qui plures agros, Franciscus Gabriel Gorup, Episcopus Noviensis, qui cum indultu eopoldi I. pagos et praedia, (in specie: possesionem Perkáta cum portione Patokháza, praedia vero: Sz. Agata, ápé) donavit; item C. Franciscus Eszterházy et conjux ejus Catharina Tököly, Petrus Gany, Joannes Tarczy, ichael Jagostich. Convictum pro nobilibus imprimis et convertitis Georgius Szécsényi Archi-Episcopus Strioniensis collatis pro dote 33.000 florenis et comparata domo fundavit.

Abolita Societate 322.309 floreni rationes fundi Studiorum intrarunt. Aedes Collegii nunc per Beneictinos incoluntur.

XXVII. Jász-Apáthy; adhuc Anno 1774. gymnasium minus, sine publici onere subsistens, provisum r Clerum Dioecesanum. Nunc nullum.

XXVIII. Jászberény; gymnasium majus, fundatum ab Oppido. Docent Franciscani Provinciae SS. Salatoris; aedes illorum ex eleemosynis exstructae.

XXIX. Kanisae gymnasium Piaristarum fundavit C. Ludovicus Batthyány Palatinus Anno 1765. catali 10.000 florenorum. Domum Comitatus dedit. Anno 1774 ad fundata et sine Status publici onere subsientia gymnasia relatum.

XXX. Kaposvarini gymnasium majus Anno 1817. privatorum benefactorum ope fundatum, inter quos ant: Georgius Kurbélyi, Episcopus Veszprimiensis, qui 10.000 florenorum valutalium legavit; Vinkler Mihael, Canonicus Quinque-Ecclesiensis 4000 fl.; Király Josephus, Episcopus 2000 fl.; Babics Canonicus Veszprimiensis; Juranics Antonius, Episcopus Jauriensis; Kopácsy Josephus, Episcopus Veszprimiensis (hic 6000 fl.) ndum auxerunt.

XXXI. Kecskemét; Gymnasium Piaristarum. Fundator C. Stephanus Koháry. Professores e fundo ollegii aluntur.

XXXII. Keszthelyini jam anno 1774. gymnasium minus, nunc majus Canonicorum Regularium Praeonstratensium, qui illud 1808. sine ullo fundi Studiorum aggravio in se receperunt. C. Festetics illis aedes, i, abolitis Paulinis donatas, cessit. Georgius Fejér Praepositus fundationem pro pauperibus studiosis 10.000 fl. lutalium fecit.

XXXIII. Késmárkini (quorsum Jesuitae per Georgium Lippay fuerunt introducti, ap. Kazy) anno 17 tres primae grammaticales classes e fundo studiorum fuerunt resolutae. — Nunc nullum gymnasium.

XXXIV. Leutschoviae Collegium et gymnasium aliquando Societatis Jesu, fundatum per Martinum Pe de Hetes Archi-Episcopum Colocensem et Praepositum Scepusiensem, qui proprio aere redemta bona lapidis refe Anno 1604. in Jesuitas transtulit. Anno 1645. Susanna Balassa 50.000 fl. legavit pro refrigerio animae; in cujus capit locum filia ejus, uxor Nicolai Pázmán, Curiam Nagyhát et vineas in Liszka Collegio dedit. — Comparavit a quopue proprio multa; — Leopoldus I. Claustrum unum derelictum et Ecclesiam, Georgius Széhényi Arc Episcopus emtam posessionem Boldogkö donavit. Fundus Studiorum hinc 43.802 florenos habuit.

Nunc gymnasium Canonicorum regularium Praemonstratensium.

XXXV. Levense Gymnasium pro Piaristis fundavit Anno 1815. Princeps Nicolaus Essterházy familia Marczibány; accedentibus aliis etiam benefactoribus, uti: Josepho Király, Josepho Kluch, Episcopis

XXXVI. Lugosini gymnasium minus, Ordinis Minorum Conventualium.

XXXVII. Magno-Varadinum primus Jesuitas induxit Stephanus Báthory rex Poloniae; at per testina bella depulsi loco Patres et scholae, alterum fundatorem in Paulo Essterházy Palatino venerabant idque ad annum 1702. Alii benefactores erant imprimus Episcopi Varadinenses: Augustinus Benkovich, pro scholis domum dedit et capitale 6.000 florenrum fundavit, Josephus Okolicsányi, Nicolaus Csáky, Pa Forgách, Adamus Patachich (qui philosophica studia fundavit) tum Anna Ruprecht, Laurentius Nagy, An Maria Kohut, Stephanus Farkas et Franciscus Polentavy Canonici etc. qui tantis sensim possessionibus legium isthoc et Scholas ditarunt, ut in fundum studiorum exinde 133.000 floreni redundarent.

Post abolitam Societatem Jesu, sub Josepho II. facultas juridica studiis adjecta et ex fundo Stu rum provisa: gymnasium vero sine ullo fundi hujus onere Canonicis regularibus Praemonstratensibus tradi fuit. — Ad florem Scholarum Varadinensium multum contulisse vastas pro Convictibus atque stipendiis funda nes v. g. Josephi Alapi, Canonici (pro convictu 60.000 fl. et ultra) Ignatii Németh, (103.278 florenos V. innegabile est.

XXXVIII. Magyar-Óvárini gymnasium Piaristarum fundatum per Stephanum Zidanics et uxo ejus Anno 1738. florenis 10.000. patrocinium praebente etiam dominio terrestrali.

XXXIX. Maria-Theresiopoli gymnasium Ordinis S. Francisci Provinciae SS. Salvatoris jam A 1774. gymnasium ex fundatione privata subsistens erectum, cum indultu et adjutorio Archi-Episcopi Coloce

XL. Miskolczini gymnasium Ordinis Minorum Conventualium; ad annum 1774. minus gymnas quod sine peculiari subsidio per conventuales intertenebatur. Carolus III. rex cameralem nonnisi fundum Claustro, ex oblatis fidelium exstructo, donavit.

Nunc e fundo Studiorum 5. classes: 6-a ex camerali et civico providetur;

XLI. Modrae olim grammaticales scholae per Benedictinos providebantur. Anno 1774. gymna hoc per regimen, fundatis et sine ullo publici onere subsistentibus adnumeratum est. Nunc nullum gymna Modra habet.

XLII. Mohácsini gymnasium minus Ordinis S. Francisci Provinciae Capistranae fundatum per C. helmum Nesselrode, Episcopum Quinque-Ecclesiensem, Anno 1724. Conventum Georgius etiam Klimo, Episc et alii protexerunt. Sub Francisco I. juventutis institutio Patribus dicti Ordinis religiosi commissa.

XLIII. Nagy-Bányae olim Residentia Societatis Jesu cum gymnasio. Principalis ejus fundator Ladislaus Matyasovsky, Episcopus Nitriensis, qui 55.000 fl. pro gymnasio Szegedinensi destinavit; cum t hic locus ob Turcas minus securus videretur, fundatio Nagy-Bányam est translata. Studiorum fundo totidem millia, quantum fundatio Matyasovszkyana efficit, illata.

Abolita Societate, Episcopus Agriensis Minoritas in gymnasium induxit; abolitis aliis etiam Or bus religiosis, saeculares professores gymnasium habuerunt, quod ab Anno 1810. rursus Minoritis restitum.

XLIV. Nagy-Becskerek gymnasium Piaristarum fundatum ab Oppido nec non aliis benefacto Anno 1846.

XLV. Nagy-Károly. gymnasium aeque Piaristarum fundatum per C. Alexandrum Károlyi anno Fundum Franciscus Lajcsák Episcopus Magno-Varadinensis 15.000 fl. valut. auxit; praeterea 1-ae classis profess 10.000 florenis fundavit. Ad annum 1774. Philosophiae hic traditae, saeculares etiam juvenes studuerunt.

XLVI. Neosolii Collegium Societatis Jesu et gymnasium ante annum 1649. fuerat fundatum; per Cameram montanisticam Patribus domo, item parochiae administratione iisdem anno 1650. resignata. A V gango Ochs de Sonnau amplum hortum; Anno 1688. Praeposituram B. M. V. de Ipolyságh, post morte annis Gubasózy, Episcopi Nitriensis vacantem, obtinuerunt. Utut Scholas ibidem, teste Kazyo, jam Ge Lippay Archi-Episcopus fundaverit, Praeposituram vero Georgius Szelepcsényi fuerit exoperatus per pr Petri Pázmán Anno 1268 fundatam.

Fundo Studiorum abolita Societate 44.000 flor. circiter e bonis Collegii hujus adcreverunt.

Gymnasium quod nunc est, recentioris aetatis, patrocinio Episcoporum debetur, qui illud e fundo Studiorum provisum, rursus excitarunt: et anno 1827 penes annuos 5100 florenos in se receperunt, cum prius eidem fundo 6,200 fl. constitisset. Josephus Belánzky Episcopus fundationem 50.000 fl. valutalium pro studiosis fecit, Martinus Markovich 1000 fl. etc.

XLVII. Nitriense gymnasium fundavit anno 1701. Episcopus Nitriensis Ladislaus Matyasovszky fl. 24,000., e quibus cum indultu pontificio Piaristae 9000 in aedificandum Collegium impenderunt. Dotem ejus auxit Joannes Batthyány 3.000 florenos pro Sacris legans. Convictum in specie pro Convertitis idem Ladislaus Matyasovszky Episcopus 6000 aureis Anno 1795 fundavit; Rácsay Joannes Canonicus Nitriensis 1550 fl. Bitovszky 1000 fl. auxerunt. Alias fundationes pro studiosis fecere Nozdroviczky Stephanus, Episcopus et Canonicus, Andreas Lehoczky Canonicus, Joannes Gusztinyi Episcopus: Franciscus Fuchs (16.000 fl.), Nejedli Josephus, Kluch (225.000 fl. valut), Fricsovszky, Marczibányi, Vásárhelyi etc.

XLVIII. Nyirbáthorini ad annum 1775. duae classes grammaticales per religiosos Ordinis Minorum Conventulium docebantur per Excelsum Consilium regium pro fundatis agnitae. Nunc nullae hic scholae gramaticales.

XLIX. Papae gymnasium minus (olim Paulinorum majus, qui et Philosophiam hic tradiderunt) fundationis antiquae: Benedictini illud sine ullo publici vel Studiorum fundi onere acceptarunt.

L. Pestini praeter Universitatem, cujus historia alibi pertractatur, gymnasium quoque ab olim floret, fundatum pro Piaristis per Civitatem Pestinensem Anno 1717. Anno 1774. hic philosophica studia etiam tradita fuisse legimus.

LI. Podolini gymnasium Piaristarum fundatum Anno 1642. per Principem Stanislauum Lubomirszky

LII. Posegae Collegium olim et gymnasium Jesuitarum, fundatum a Joanne Babics Episcopo Scardonensi, qui olim gymnasio huic et Zagrabiensi dominium Kutjewo dotis instar applicuit, per Leopuldum I. confirmatae. Abolita Societate Jesu Saeculares docebant. Ab anno 1826. Franciscani Provincae Capistranae tenent. Alexander Alagovich antiquum Jesuitarum Collegium emit et orphanotrophium ibidem erexit. Art. 41. 1840.

LIII. Posonii scholas, gymnasium et Academiam Jesuitarum cum residentia et Collegio fundarunt Praelati. Anno 1626. domum unam, Ave et salve dictam, Praepositus major, alteram Custodis, Capitulum, Petro Pázmáno exoperante, et donationem Ferdinando II. confirmante,— cesserunt. Hinc enata primum Residentia Posoniensis Societatis Jesu. Auxerunt hujus dotem Anno 1629. Stephanus Patachich, qui Curiam in Dévén cum agris (quorum pars solum una 10.000 fl. fuit vendita) Josephus Tersztyánszky, qui pro capella domestica 2.000 fl., Georgius Horvath-Kissevich, qui hortum, Georgius Szelepcsényi, qui vineam, Georgius Lippay, qui pothecam ad Salvatorem cum Bibliotheca medica, Stephanus Mórócz, qui vineam et curiam nobilitarem donarunt.

Ita fundus sufficiens pro novo Collegio exsurrexit, quod Cardinalis Kollonich Anno 1699. florenis 46.000 exstrui fecit, et pro Concionatoribus insuper 16.000 florenorum capitale assignavit, ademta jam prius Lutheranis Ecclesia, et Jesuitis tradita, cum domo Nádasdyana et Fischeriana etc. Subin et alii in specie Horváth-Kissevich, Stephanus Tenturich curias nobilitares; familia Moholányi, Catharina Szalay etc. doti plurima adjecerunt ita, ut abolita Societate vel ex his (praeter aedificia) 242.000 floreni fundo Studiorum cesserint.

Principalis tamen studii nec non Academiae fundator Petrus Pazmannus dici debet, qui fundamentum jus in capitali 50.000 florenorum deposuit a Ferdinando II. Anno 1628. 16. Julii confirmatum. Typographiam in domo Archi-Episcopali Franciscus Forgách Anno 1610. instrui curavit; Archi-Episcopi vero Lósy, Lippay, Szelepcsényi continuo scholas Posonienses foverunt; (summa Capitalium per ecclesiasticas personas Collegio Posoniensi donatorum 99.150 florenos effecit) quibus philosophicae sub Leopoldo Kollonich accesserant. Cuncta haec abolita Societate interierunt, aut saltem absorpta per fundum Studiorum fuere.

Postquam Universitas Tyrnavia Budam fuisset translata, Tyrnaviae vero Anno 1777. Academia e fundo Studiorum exsurrexit, haec vi intimati ddo. 19. Decembris 1783. Posonium fuit transposita. Ut e protocollo Academiae apparet: Consessus ultimus Tyrnaviae 13. Martii, Posonii primus 13. Maji fuit Anno 1784. celebratus. Professores e fundo Studiorum: solvebantur pro Scholis autem aedes Clarissarum assignatae, quas olim Archiepiscoporum Strigoniensium munificentia erexit. Gymnasium iisdem aedibus continetur a Benedictinis sine ullo fundi Studiorum aggravio receptum.

LIV. Prividiae gymnasium Scholarum Piarum fundatum Anno 1666. per Comitissam Franciscam Thuen vel Kanin de Belassy viduam Pauli Pálffy Palatini. Stipendia fundarunt: Hunyady Ladislaus, Parochus, Joannes Podolányi, Joannes Turkovich, Franciscus Zsilka Praepositi etc.

LV. Quinque-Ecclesiis Collegium et Gymnasium Societatis Jesu olim fundavit Primas Georgius Szécheny Anno 1694. cum 50,000 florenis, illa plane conditione adjecta, ut capitale hoc ad alias etiam provincias Patres Societatis Jesu migrare nefors coacti, possint efferre. Agros et vineas copiosas acquisivit Collegium isthoc e pietate fidelium; praeter Capellam S. Rochi, molas, cauponam, vineas 490 fossorum, 216 jugera agrorum: prata ad 100, falcatores, castanetum, villam etc totum a privatis. Omnes has donationes Leopoldus I. anno 1699. confirmavit, Anno 1702. pagum insuper Görcsön (titulo non graviter oneroso) illis cum domo resi- dentionali donans. Abolita Societate, fundus studiorum e Collegii bonis et capitalibus 112,068 florenos percepit, e pago Göresön vendito in specie 41,690.).

Nunc gymnasium majus ordo sacer Cisterciensium tenet, sine onere fundi Studiorum.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Studium philosophicum et juridicum fundavit (missis copiosis stipendiis Joannis Petheő Episc Drivestensis et Canonici 24,000 fl., Paffán Ignatii pro pauperibus studiosis destinatis 6000 florenis, pro orpha 20,000 florenis) Baro Szepessy Ignatius, qui emto Eremitarum S. Pauli Claustro (30,000 florenis valutalib Lyceum exstrui fecit, illudque 251,250 florenis valutalibus fundavit; adjuncta illi etiam typographia 30,000 V. V. et instructo musaeo physico etc. 75,000 florenis valutalibus. Fundationem hanc auxit etiam Praepos major Andreas Miskolczy 1000 florenis etc.

LVI. Rimaszombath, abolita Societate Jesu ad annum 1774. quatuor classes grammaticales e fu Studiorum intertenendae fuerunt hic resolutae. Nunc nullum gymnasium ibidem existit.

LVII. Rosnaviae Residentiam Societatis Jesu et gymnasium fundavit Anno 1656. Georgius Lipp Archi-Episcopus Strigoniensis, domum 3000 florenis emtam et hortum eodem pretio comparatum donans, proventibus vero suis 300 fl. annuos assignans. Scholas humaniores Joannes Matheides Canonicus Scepusien fundavit; aedes autem scholares Archi-Episcopus Strigoniensis Franciscus Barkóczy novitus exstrui fecit. C tempore agris, oeconomiave ditata residentia, in fundum studiorum 20,000 florenos circiter intulit. Nunc Ca nici regulares Praemonstratenses gymnasio praesunt. Studium vero philosophicum Episcopi Rosnavienses jecerunt; alii benefactores stipendiis fundatis gymnasii florem auxere.

LVIII. Rosenbergae gymnasium minus Piaristarum, fundatum per Comitem a Löwenburg An 1727. 20,000 florenis.

LIX. Sabariae gymnasium fundavit Stephanus Birhányi Parochus Kövesdensis florenis 3500, e quor censu PP. Franciscanis addicto, hi scholas gymnasiales providebant. Anno 1773. Consilium regium locum nentiale istud quoque gymnasium illis adnumeravit, quae sine ullo publici onere subsistebant. Subin Com Zichy Franciscus, Episcopus Jaurinensis, aedificata domo et aucta dote, alter gymnasii fundator evasit. Inte rupto aliquantum studiorum cursu, Anno 1789. rursus restitutum et Ordini Praemonstratensium traditum erat

Fundatrix studii philosophici est Abbatia Cisterciensium de S. Gothardo; quae annuos 2000 floren impendit, et accedente regio consensu quatuor professores denominat.

LX. Sancto-Georgiense gymnasium Piaristarum fundavit Primas Regni Georgius Szelepesényi An 1674. legatis eisdem Anno 1684. curiis suis et agris, simul administratione Parochiae illis tradita. Gymnasi isthoc Anno 1774. Consilium regium tale esse dicebat, quod e fundatione privata subsistens, publi nulli est oneri.

LXI. Sáros-Patakini olim gymnasium minus Societatis Jesu. Fundatum per Sophiam Báthory vidu Georgii Rákóczy donatis compluribus domibus, praediis et 12,000 thalleris. Confirmatam dotem per Leop dum I. auxit Franciscus Rákóczy Princeps; et privati: Mathias Kersoviczky, Familia Biró et Nagy, Barba Tőkésházy etc. Praeter diversa tenuta non vendita fundo Studiorum illati 13,000 floreni. Nunc hic nulla gymnasium.

LXII. Scepusii fundatio fuit pro Jesuitis facta; e qua fundatione exsurrexerunt studia Leutschovi nec non Szathmarini. In loco capituli etiam duae primae classes grammaticales, ad annum 1774. tradebant Nunc gymnasium ibidem nullum.

LXIII. Schemnicium Patres Societatis Jesu induxit Leopoldus I. Anno 1677. donato illis antiq Claustro nec non Ecclesia xenodochii. Juxta repraesentationem Schemniciensis Magistratus et status Catholi Anno 1792. Suae Majestati exhibitam, maxima pars circa hanc Jesuitarum fundationem fidelibus Catholic vindicatur; in specie vero adtribuitur proventibus parochialibus, quos Patres Societatis Jesu ab Anno 1649. administratores habuerunt. Unde abolita etiam Societate, fundos Jesuitis collatos, bifariam divisos, et in re medietate per Excelsum Consilium pro fundo Studiorum occupatos, in medietate Civitati resignatos esse leg mus. Inter praecipuos Jesuitarum et Scholae benefactores recensentur: Paulus Priviczer, Stephanus Merwa Cristophorus Grosschmid etc. Hac fidelium pietate ac zelo in tantum bona Residentiae excreverunt, ut a 343,000, prata vero 702,000 quadratas orgias efficerent; et abolita Societate fundus Studiorum 22,000 flore ditaretur. Unde manifestum est, maximam fundationis partem e bonis Ecclesiae (claustro, Ecclesia, paroch libus proventibus et piis fundationibus) coaluisse, justissimamque Catholicorum et magistratus civici Sche niciensis petitionem esse, conservationem gymnasii catholici urgentis.

Ad preces Civitatis ex Camerae montanae Piaristae in residentiam abolitae Societatis, Ecclesia item ac scholas introducti ab Anno 1776. illas tenent.

LXIV. Segniense gymnasium cum studiis philosophicis e fundo literario privato confiniarior sustentatur. Professores Presbyteri saeculares per Episcopum ex illis, qui concursum subivere, denominantur.

LXV. Solnae olim gymnasium minus Societatis Jesu, fundatum per Georgium Szelepcsényi P matem Anno 1687. florenis 30,000. Auxere dotem Jocobus Macker, Stephanus Kossala etc. Fundus Studior 5100 florenis hinc auctus.

Nunc gymnasium Franciscani Provinciae SS. Salvatoris habent, quos Anno 1730. Paulus Eszterh Palatinus fundavit. — Hic Josephus Vurum, emta antiqua Jesuitarum Residentia, 25,000 florenis valutalib Orphanotrophium erexit.

LXVI. Soproniense gymnasium cum Collegio Societatis Jesu ex parte Civitas ipsa e bonis Ecclesiae fundavit, tradita Patribus Congregatione Corporis Christi et XIV. Sanctorum Auxiliatorum una cum agris ad eas pertinentibus. Donationem confirmavit Ferdinandus III. Praecipuus attamen fundator Georgius Draskovich Episcopus Jaurinensis erat, qui Anno 1743. bona Abbatiae Pornó a se possessa, consentiente eodem Ferdinando rege, Collegio cessit. Ferdinandus III. in confirmationalibus literis fundatoris nomen Episcopo tribuit; qui omnino dignus hoc nomine Anno 1636. et 1643. duos pagos, ad Ordinem Crucigerorum S. Joannis Baptistae olim pertinentes, Collegio tradere adnisus, effecit, ut illos patronus bonorum, Comes Franciscus Nádasdy Anno 1650. et 1669. Leopoldo I. annuente, pro animae refrigerio et scholis melius fundandis reipsa contulerit. Idem Georgius Draskovich pro Convictu 40,000 florenos fundavit. Alii vero benefactores Collegii erant praeter Leopoldum I., qui Ecclesiam S. Georgii penes Collegium cum domo dedit: Franciscus Aszalay, Leopoldus Nattel, Brunner Jesuita etc. Abolita Societate in fundum Studiorum 150,470 floreni influxere. Nunc Gymnasium restitutus sub Francisco I. Ordo Benedictinorum habet.

LXVII. Strigonii Residentiam et gymnasium Societatis Jesu fundavit Anno 1687. Georgius Széchényi Primas 50,000 florenis. His Mathias Khlosz 3000 florenos, Georgius Szücs et alii agros, hortos, villas addiderunt. Fundus Studiorum exinde 55,000 florenos haereditavit. Quod tamen anno 1774. juris et justitiae ratio quoad fundationes ejusmodi habita fuerit, exinde apparet, quod liberae regiae Civitati, gymnasium, abolita Societate transferri in se petenti, Excelsum Consilium regium reposuerit: „Cum Civitas Archi-Episcopalis (in qua gymnasium olim erat) immediate contigua sit, scholaeque fundationis Archi-Episcopalis loco affixae forent, petito locum dare non posse.“

LXVIII. Szakolczae (quorsum jam Georgius Lippay Jesuitas induxit, pro scholis aedes SS. Trinitatis iisdem assignans) Collegium et gymnasium Societatis Jesu Georgius Szelepcsényi Primas Regni 95,000 florenis fundavit. Copiosa bona, praedia, domus etc. accesserunt tardius per donationes Andreae Bajcsy, Venceslai Kubiczky Jesuitarum, Catharinae Oroszlányi, Georgii Szenessy, Annae Csanády, Georgii Barinyai, Annae Nemesszeghy, Jeszenszky, Hubacsek, Lorant Aranyossy, Tajnay, Tarandovszky, Lehoczky etc. Abolita Societate, fundus Studiorum his venditis 140,000 florenos percepit et gymnasium (quod Anno 1774. Consilium regium „ad locum hunc fundatione mediante affixum“ haberi, ideoque stabiliendum agnovit) Franciscanis est traditum, qui per Familiam C. Czobor fundati, desolatum Claustrum ex eleemosynis restaurarunt.

LXIX. Szathmárense gymnasium cum Residentia Societatis Jesu Pazmanno debetur, qui Jesuitas Anno 1636. induxit, fundum emit, domum exstruxit scholas erexit, pro intertentione Capellam Corporis Christi cum annuis 2000 florenorum proventibus iisdem assignans. Anno 1675. Ladislaus Károly duos pagos addidit, acquisitas item aere proprio domus oeconomicales etc.

Ex his omnibus fundus Studiorum 14,000 florenos habuit. Scholae vero ex integro cessarunt.

Anno 1806. agente B. Stephano Fischer, Episcopo, Szathmarini rursum apertae fuerunt scholae ac gymnasium, quod nunc gymnasium Cleri Dioecesani Szathmarensis est et vocatur, fuit stabilitum. — Capitale fundationale imminutum Florianus Kovács Episcopus restituit. Studium vero philosophicum Excellentissimus Joannes Hám Episcopus induxit.

LXX. Szegedini gymnasium Piaristarum Anno 1719. Civitas ipsa annuis 900 florenis, administratione item Parochiae concessa, fundavit. Nunc studium etiam philosophicum Piaristae habent.

LXXI. Szent-Annae gymnasium pro Piaristis fundavit Jacobus Bibics cum 15,000 florenis Anno 1751. Convictum nobilitarem ejus vidua nata Tomeján Margaretha ingenti 300,000 fere florenorum summa fundavit: quam praeter censum domorum reliqua substantia 233,449 florenos effecit.

Szent-Annenses Scholae anno 1774. in statu suo relictae, Anno 1788. Temesvarinum sunt translatae.

LXXII. Szent-Miklós. Missio aliquando Jesuitarum et gymnasium minus, fundatum per Joannem Okolicsányi, Episcopum Noviensem, Anno 1733 cum 13,500 florenis, quam summam Georgius Ghilányi Episcopus Trnniniensis 5000 florenis auxit. Abolita Societate gymnasium ad annum 1774. utut non satis provisum, adhuc subsistit. Nunc gymnasium hic nullum.

LXXIII. Szigethini gymnasium Piaristarum fundavit Carolus III. rex, qua dominus loci terrestris Anno 1730. cum annuis 15,000 florenis, Parochia quoque illis concredita. Maria Theresia Convictum fundavit; quae et aedium Collegii, Ecclesiae, nec non scholarum aedificationem munifice promovit.

LXXIV. Szolnokini gymnasium Ordinis S. Francisci Provinciae SS. Salvatoris, antiquum; fundum schorum etiam Franciscus Lajcsák, Episcopus Magno-Varadinensis auxit.

LXXV. Tatae Gymnasium Piaristarum fundatum Anno 1764. per Comitem Nicolaum Eszterházy annuis 2100 florenis.

LXXVI. Temesvarini nunc gymnasium viget ac studium philosophicum Cleri Dioecesis Csanádensis, cui pro tempore facultas etiam juridica accessit.

Gymnasium Piaristarum est fundationis Bibicsianae, Szent-Anna huc transpositum; Lyceum vero Josephus Lonovics Episcopus cum aliorum auxilio Anno 1840. fundavit.

LXXVII. Thuróczenses scholas olim Jesuitarum, Societas aliorsum subin traduxit. Ad annum 1774. prima tantum grammaticalis schola hic tradebatur. Nunc nullum gymnasium.

LXXVIII. Tokajini gymnasium olim Piaristarum fundatum per Eleonoram Pikóczy donatis vineis, item Alexandrum Czakó datis 5000 florenis et alios. Ad annum 1774. gymnasiis fundatis per Consilium regium adnumeratum, in aere parato 17,000 florenos, domum, quinque vineas, hortos, molam etc. habuit. Anno 1788. Ujhelyinum translatum. Tokajini nunc nullum.

LXXIX. Trenchinii Collegium olim et gymnasium Societatis Jesu fundatum per Joannem Püsky Episcopum Nitriensem Anno 1644.; donata illis Abbatia Szkalkaensi, quam Anno 1220. Jacobus Episcopus Nitriensis fundavit. Georgius Szelepcsényi dedit 1656. Altariam SS. Trinitatis; Georgius vero Lippay praeter fundos, 121,000 florenos ita, ut abolita Societate fundus Studiorum hinc 212,000 florenos habuerit. Georgius Szechényi Archi-Episcopus Convictum 44.000 florenis et bonis immobilibus fundavit. Inde ab Anno 1776 usque

Nunc Piaristae docent; fundationem pro pauperibus scholaribus Adalbertus Prileczky posuit (Canon.) 17,000 florenis. Kluch Josephus Episcopus 6,000 fl. etc.

LXXX. Trsztenae. Vi decreti regii ddo. 19. Augusti 1774. Scholae Conventui PP. Franciscanorum Okolicsnensium curae creditae hic introductae fuerunt. Nunc gymnasium nullum.

LXXXI. Tyrnaviae quis et quale Collegium fundaverit Scientiarum Universitati junctum, alibi adnotavimus. Fundamenta hujus Collegii jam per Nicolaum Oláh Archi-Episcopum Strigoniensem jacta sunt; qui Patres Societatis Jesu Anno 1561., vigesimo post confirmationem induxit. Continuo gymnasium in domo Telegdyana aperuerunt Patres. Adjecta Collegii doti tardius: Mislensis Praepositura, item annui 372. floreni e proventibus Abbatiae Zalavár, nec non 400 floreni e Praepositura Thurócz, cum consensu Ferdinandi I.; Familia Horváth de Veglia hortum Societati dedit. Verum Anno 1567 incendium Urbem et Collegium absumsit; proventus omnes cessarunt, et Societas Jesu e regno excessit; nonnisi post novemdecim annos per Georgium Draskovich Archi-Episcopum Colocensem reducenda, qui Religiosis hujus Ordinis Praeposituram Thurócz Anno 1586 obtinuit. Reduces Patres Societatis Jesu, apertis in Thurócz, tardius Sellyae scholis, per Franciscum Forgách et Petrum Pázmán denuo Tyrnaviae sedem figere jussi, hanc celeberrimum literarum emporium mox reddiderunt. Fata Universitatis hujus alio loco adumbravimus; id solum hic addimus: abolita Societate Anno 1774. Tyrnaviae universa studia, antea per religiosos abolitae Societatis tradi solita, per individua ecclesiastica tradita fuisse.

Anno 1777. Budam translata Universitate, ad leniendam Civium tristitiam Augusta Regina Tyrnaviae „Academiam“ saltem regiam institui voluit: ut ita e confluente ad eam plurimo juventutis literariae numero aliorum paupertas civium levaretur, aliorum non interciderent commercia, incolerentur aedes, universis prospiceretur. (Protocoll. Academiae Posoniensis) Mutationes hac occasione factas Cl. Katona ita perstringit: „Quoad Tyrnaviensem urbem attinet, haec in posterum Academiae Cis-danubianae sedes erit. Harum scholarum usui academicarum aedium ea pars, quae ad forum spectat, cum domo medicorum destinatur; in reliquam enim academicarum aedium partem, uti etiam in pristinum Societatis Jesu Collegium Orphanotrophium militare, cujus domicilium ad hunc diem Petovii erat, proximo mense Augusto immigrabit.“ Facultas juridica tres habuit, philosophica quatuor ordinarios professores, extraordinarium posterior unum. Salaria omnes e fundo Studiorum perceperunt. Cum itaque fundum Studiorum sola fere capitalia bonaque immobilia ad Societatem Jesu olim pertinentia constituerint, dicere licet: Academiam etiam Tyrnaviensem subin Posonium translatam, non aliunde erectam et sustentatam, quam primo quidem e munifica Cleri liberalitate, qua is ante alios praeclara Societatis Jesu conamina fovebat, deinde ex amplissimis proventibus Abbatiarum et Praeposiurarum in sequelam Articuli I. 1548. et 19. 1550. ad provehenda studia Societati Jesu Principum benignitate et Antistitum favore traditarum.

Caeterum Tyrnaviae non diu manere licuit academicis studiis. Translata sunt haec paulo post anno 1784. Posonium; Tyrnaviae Lyceo nonnisi Archi-Episcopali relicto, nec non gymnasio, quod subin Ordinis S. Benedicti Patres, sine ullo fundi Studiorum onere, dirigendum receperunt.

LXXXII. Ujhelyini gymnasium (olim minus Paulinorum) quod Anno 1774. pro fundato fuit declaratum Anno 1788. cessante cum Ordine Paulinorum etiam gymnasio horum, Tokajense Gymnasium Piaristarum hoc transferebatur, quod nunc gymnasium majus est.

LXXXIII. Unghvarini olim Collegium et gymnasium Societatis Jesu, fundatum originarie Homonnae per Comitem Georgium Drugeth Anno 1615. annuis 1700 florenis. Anno 1648. ad interventum Emerici Lósy Episcopi Agriensis Unghvarinum translatum; fundatoris filio Joanne novum Collegium exstruente. Accesserunt patronatorum quoque beneficia, inprimis viduae Gabrielis Bethlen, Joannis Körösy, Sztáray, Pataky, Kállay etc. Fundus studiorum praeter immobilia bona 68,000 florenos hinc participavit.

LXXXIV. Vaciense gymnasium Piaristarum fundavit Leopoldus Sigismundus Kollonich Cardinalis 20,000 florenis, quibus Augusta Maria Theresia 12,000 florenos, alii benefactores 1,800 florenos addiderunt. Maximum sane adjutorium gymnasio Convictus praestitit.

Studium philosophiae Cardinalis Migazzi induxit, qui pro educatione pauperum scholarium 56,000 florenos fundavit; prout et alii minora Capitalia (Arbay Praepositus, 500 florenos, Berkes Andreas Praepositus 1000 florenos, Szappanosy Martinus Praepositus 4,500 florenos, Mártonyi Paulus Canonicus 1,000 florenos) in hunc finem stipendii loco sacrarunt.

LXXXV. Varasdini Collegium aliquando Societatis Jesu et gymnasium, quod nunc est ordinis S. Francisci Provinciae S. Ladislai.

LXXXVI. Veszprimii Gymnasium Piaristarum fundatum Anno 1711. per Comitem Joannem Ottonem a Volkra Episcopum Veszprimiensem, plures etiam alios patronos e statu ecclesiastico nactum.

LXXXVII. Zagrabiensis Collegii una Academiae Societatis Jesu primum statorem, Kercselich, Georgium Draskovich scribit. Academia tamen potissimum Simeonis Bratulich Episcopi zelo debetur, qui post mortem Praepositi Chasmensis Vincentii Mislenovich Anno 1609. a Mathia II. ut bona Praepositurae Chasmensis et Glogonczensis Societati donarentur, impetravit. Jesuita Thonhausen, item Andreas Horváth quisque suam partem in pio hoc opere habuit. Typographiam igne consumtam Anno 1769. Capitulum restituit. Bibliothecam insignem Adamus Kercselich Canonicus publici usus fecit. Pro studiosis Verhovácz Maximilianus Anno 1827. florenos 136,305 etc. alii pauciores fundarunt.

Nunc Academia cum Archi-Gymnasio e fundo Studiorum providetur.

LXXXVIII. Zomborini quoque gymnasium exstitit minus Franciscanorum cum indultu Archi-Episcopi Celocensis Josephi Batthyány Anno 1760. per Magistratum civicum erectum, Anno 1774 fundatis adlectum. Nunc nullum ibidem obtinet.

Addenda his sunt Studia tum altiora tum vero gymnasialia Catholicorum aere, vel e fundis Ecclesiae Catholicae in Transylvania erecta, cujus Dioeceses aeque ad Hierarchiam Hungaricam pertinere constat. Illa quoque potissimum abolitae Societatis Jesu curis, studio zeloque erecta fuere; fundum vero illorum utpote pro bono Catholicae religionis et Ecclesiae consecratum et inalienabilem merito Catholici pro Scholis suis vindicant.

Sunt vero haec instituta literaria:

1. Albae-Carolinae olim Residentia Societatis Jesu cum Seminario; nunc gymnasium.

2. Bisztricii Piaristarum Residentia, per Stephanum a Steinwill 30,000 florenis Anno 1717. fundata. Ad interpositionem Statuum catholicorum Civitas Ecclesiam, Episcopus vero Parochiae administrationem illis dedit. Nunc gymnasium.

3. Blasii Lyceum et gymnasium Catholicorum Graeci Ritus, fundatum a Joanne Babt. Episcopo Fogarassensi.

4. Cibinii olim Residentia Societatis Jesu, nunc gymnasium. Tam hic quam Albae-Carolinae nec non Blasii docent Presbyteri saeculares.

5. Claudiopoli Collegium aliquando Societatis Jesu celeberrimum, cum Academia; nunc Lyceum et Gymnasium Scholarum Piarum cum propria Typographia, convictu et Seminario puerorum.

Anno 1776. Piaristae cum annuis 5000 florenis sunt introducti.

6. Coronae recentissime erectum e fundatione privatorum benefactorum gymnasium catholicum Presbyteri saeculares habent.

7. Csik-Somlyovii gymnasium majus, in quo Religiosi Ordinis S. Francisci docent. Similiter

8. Kantae gymnasium Ordinis Minorum Conventualium Patres habent.

9. Maros-Vásárhelyini gymnasium Presbyteri saeculares provident.

10. Medgyessini gymnasium olim Piaristarum, quod Anno 1774. adhuc substitit, nunc nullum.

11. Sz. Udvarhelini Residentia olim Societatis Jesu, nunc gymnasium, in quo Presbyteri saeculares docent.

12. Szilágy-Somlyovii gymnasium privatae fundationis, in quo Presbyteri saeculares docent.

13. Zalathnae gymnasium. Professores in hoc quoque Presbyteri sunt saeculares; per Cameram uti dominium terrestre solvuntur.

Generatim vero, exceptis Scholis Balásfalvaënsibus et Szilágy-Somlyóensibus privatae fundationis, omnia fere gymnasia haec e dominio fundationali Abbatiae Kolos-Monoster, olim Jesuitarum, intertenentur, quod nunc loco fundi studiorum Transylvanici deservit; administratum per specialem Commissionem, cujus praesidium Episcopi Transylvanienses hucusque tenuerunt.

Itaque apparet, quodsi fundatores omnium in Regno Hungariae, Croatiae etc. imo ipso Magno Principatu Transylvaniae existentium (aut a fine Saeculi prioris abolitorum) institutorum literariorum requiramus, cuncta fere privatorum et quidem Ecclesiasticorum largitate stare vel stetisse deprehendemus; et ubi regalis etiam Clementiae munificentia accessit, hanc non nomine Status, sed jure solummodo patronatus, e bonis et fundationibus ecclesiasticis, pureque Catholicis exercitam fuisse, vel actu quoque exerceri.

3014. Sz.

A magyar sohasem téveszté szeme elől, hogy első apostoli királya által országával együtt a Boldogságos Szűz oltalmába ajánltatott, azért magát Mária örökségének, honát pedig Mária országának kitünőleg szerette nevezni. A szent szűz iránti vallásos kegyelet s fiúi ragaszkodás az atyákról legdrágább örökség gyanánt szállott át a fiakra.

Ezen ájtatosságot a sz. szűz iránt minden módon búzgolkodott tanusitani. Mivel pedig az ájtatosság ott gyulad lángra leghamarább, hol szembetünők a kegyelmek, mellyeket Isten anyjának esedezése hozott az emberiségre; örömmel zarándokoskodtak őseink különösen a Boldogságos szűz Mária-Czeli képéhez, mellynek tisztelete olly gyorsan terjedett, mivel Istennek kegyelmei ott gyakoriak valának. Az őszinte tisztelet tényekben mutatkozik. Még ma is tisztelettel mutatják a szent emlékeket, mellyeket fejedelmeink, nagyaink és őseink a kegyelemkép előtt Máriának — s ez által Istennek felajánlottak. — Még ma is a jámbor atyáknak még el nem korcsosodott fiai csak elérzékenyülve térnek vissza Mária-Czelből!

Örökre nevezetes marad azon nagyszerü körmenet (processio), mellyet herczeg Eszterházy Miklós, Nádor 1691. évben rendezett, és szinte Eszterházy Miklós, tinniai fölszentelt püspök augustus 27-én Mária-Czelbe ünnepélyesen bevezetett, hálát adandók Istennek azon sokáig kért kegyelemért, mellynél fogva édes hazánkat a török iga alól fölszabadította. Ezen körmenetben a nemességből 230 férfi és 100 nő vett részt; az egésznek száma pedig 8765-re rúgott.

Ezen példának utánzására különösen ébreszthet minket a jelen év, mellyben ama kegyelemkép tiszteletének hét százados emléke ünnepeltetik. Valóban nem csak Nagyasszonyunk, de őseink iránt is érzéketlenek lennénk, ha az ő tiszteletére s őseink emlékének megujitására ez által tulajdon buzgóságunk felébresztésére is ezen szép alkalmat elhanyagolnók.

Vagy talán olly boldog hazánk, hogy mi sem nyom, mellynek enyhitéséért az Isten anyjának közbenjárását kikérjük!? — Deus nos omnia habere voluit per Mariam, ugy mond sz. Bernárd, következőleg: Ad Mariam, ad Cellensem properemus Virginem!

Miért is a magyarhon főegyházának székéből örömmel s egyszermind bizodalommal intézem szavamat mindazokhoz, kik Mária országának polgárai, hogy dicső származásukat, s az Isten anya iránti vonzódásukat ekkép is tanusitani siessenek.

Jövő September hó 3-án reggel meginditom a körmenetet Pozsonyból, mellyet ugyan azon hó 7-én dél tájban személyesen akarok bevezetni a szent helyre. — Mindent elkövetek, hogy az alkalmazásban, sőt a kik állásuk és tehetségüknél fogva lehetséges kényelmet is igényelnek, az ellátásban rövidséget ne szenvedjenek. Kinek koruk, foglalkozásuk meg nem engedi, hogy a többi résszel hosszabb utat tegyenek, örömmel látom őket, ha az utolsó állomáson magokat hozzánk csatolják. E végett illendően ezennel megkeresek minden Ns családot — minden városnak és falunak plébánosait, hogy a Mária-Czelbe zarándokoskodóknak, (mennyire lehet) általjában számát — s azok közül az egyháziakat — és főbb nemes származásuakat névszerint — (ezen czim alatt: A primási Irodának — Esztergomban) megküldjék.

Mivel pedig e felhivás a „Religió és katholikus néplap“ — utján kihirdettetik, személyes meghivást senki se igényeljen.

A mi Urunk Jézus Krisztus kegyelme és szent anyjának óltalma legyen mindnyájunkkal.

Kelt Esztergomban, 1857-ki év Julius hó 16-ik napján.

János Scitovszky primas

PROTOCOLLUM

Conferentiarum privatarum, quas Excellentissimi ac Illustrissimi Archi- et Episcopi Hungariae, Slavoniae, Croatiae, Dalmatiae, Transylvaniae, et Vojvodinae Strigonii a die 25-a usque 31-am Augusti, Anno Salutis 1850, celebrarunt.

Sessio Prima.

Strigonii die 26-a Augusti 1850 Praeside Celsissimo Principe Joanne Scitovszky, Primate Regni et Archi-Episcopo Strigoniensi; adsidentibus: Excellentissimo Francisco a Paula e Comitibus de Nádasd, Archi-Episcopo Colocensi; Excellentissimo Emerico Palugyay, Episcopo Nitriensi; Emerico Ossegovich, Episcopo Segniensi et Modrusiensi seu Corbaviensi; Excellentissimo Georgio Haulik, Episcopo Zagrabiensi; Illustrissimis: Gabriele Smiczklász, Episcopo Crisiensi graeci ritus uniti; Josepho Gaganecz, Episcopo Eperjessiensi; Basilio Erdélyi, Episcopo Magno-Varadinensi graeci ritus uniti; Adalberto Bartakovics, clementer nominato Archi-Episcopo Agriensi; Joanne Ránolder, Episcopo Veszprimiensi; Antonio Karner, Episcopo Iaurinensi; Josepho Kunszt, Episcopo Cassoviensi; Stephano Kollárcsik, benigne nominato Episcopo Rosnaviensi; Ladislao Záboyszky, benigne nominato Episcopo Scepusiensi; Michaele Rimely, Archi-Abbate montis Pannoniae et Michaele Fogarassy, Electo Episcopo Scuttariensi qua Delegato Episcopi Transylvaniensis, — invocata per antiphonam „Veni Sancte Spiritus“ cum congrua Oratione Divini Numinis ope — quod jam pridie ritu solemni quoque in Ecclesia ad S. Ignatium, in qua ipsa die etiam Illustrissimus Josephus Kunszt, praeconisatus Episcopus Cassoviensis, per Suam Celsitudinem consecratus est, praestitum erat — Sua Celsitudo, postquam ad pedes crucifixi universos DD. Antistites ideo consedisse monuisset: ut a Patre luminum sedium suarum assistricem sapientiam impetrarent, legi jussit litteras Excellentissimi Joannis Hám Episcopi Szathmariensis ddo 16-ae Augusti, quibus se gravissimis impedimentis detentum renunciat, quominus his Conferentiis intervenire potuisset; tum lectae sunt litterae Illustrissimi Gabrielis Balassa, Episcopi Sabariensis ddo 29-ae Julii, quibus gravius affectam valetudinem causatus, propter absentiam excusari orat; cumque in iis conferentias has nationales appellasset, Excellentissimus Archi-Episcopus Colocensis cautelam contra hujusmodi nomenclationem interposuit: cum quippe Conferentiae hae potius privatae et dicendae sint, et habendae: quo communem omnium sensum enunciavit. Tum Sua Celsitudo Illustrissimum Basilium Popovics, Episcopum Munkacsiensem graeci ritus uniti, per ardua, in quibus versaretur, adjuncta excusatum pronunciando, praesentavit Excelsae Conferentiae Illustrissimum Michaelem Fogarassy, cui qua mandatario suo Excellentissimus Nicolaus Kovàcs, Episcopus Transylvaniensis vices suas in his Conferentiis sustinendi provinciam, medio litterarum ad eundem ddo 9-ae Augusti datarum delegavit.

Praesentatis postmodum, et ad secreti religionem sub gravi conscientiae onere servandam iteratim adstrictis, Theologo Conferentiarum Reverendissimo Nicolao Sarkány, Abbate de Bakonybél Ord. S. Benédicti; item Notariis: DD. Andrea Schirgl, M. Eccl. Strigoniensis, Alexandro Csajághy, M. Eccl. Colocensis Canonicis: Ludovico Haynald, Caes. Reg. Capellano Aulico ad honores et Officii Primatialis Cancellario, Nicolao Trémel, Officii Dioecesani Rosnaviensis Secretario, Samuele Márkfy, Ord. S. Benedicti, Studii Biblici penes Regiam Scientiarum Universitatem Pestinensem Professore, et Carolo Somogyi, Primatiali Bibliothecario, lectae sunt Litterae Beatissimi Patris Pii IX-i ad Suam Excellentiam Michaelem Viale Prelà Archi-Episcopum Carthaginensem et Nuncium Apostolicum Viennensem ex incidenti factae de suscepta ab Eodem per Hungariam Pestinum usque procursionis, ad Suam Sanctitatem relationis ddo 1-ae Augusti

fine communicationis cum respectivis dimissae, quibus omni venerationis, et gratulationis sensu perculsis, proponente Illustrissimo Agriensi quaeri coepit: num eas, et quo vehiculo juris publici fieri oporteat? atque e sententia Excellmi Zagrabiensis in eo coalitum: ut typis quidem medio ephemeridum non vulgentur, sed ad singulos DD. Praelatos in transumptis perferantur. — Mox lectae sunt per Suam Celsitudinem praeparatae litterae ad Suam Sanctitatem destinatae, quibus consultantes Episcopi homagialem suum cultum et fidelitatem erga S. Sedem pontificiam explicantes, Suae Sanctitati de inchoatis his Conferentiis relationem praestent; in quarum stylo, postquam postulato Excellmi Zagrabiensis: ne nimirum consultantes Praelati Episcoporum Hungariae axiomate, ob civilem adnexarum hactenus Provinciarum a regno Hungariae avulsionem, uterentur, satis factum fuit, discussione circa harum subscriptionem per Excellmum Archi-Episcopum Colocensem initiata, in eo coalitum: ut ab omnibus praesentibus subscriberentur. Tenor earum est sequens:

Beatissime Pater! Sanctimonia muneris episcopalis, quod humilitati nostrae creditum est provocati imo impulsi, nos Hungariae, Croatiae, Slavoniae et Transsylvaniae Antistites Strigonii ad privatas conferentias pro hodierna die, ceu Dominica XIV. post Pentecosten confluximus; ut mulliplicibus, gravibusve illis vulneribus, quibus ultimorum temporum iniquitas corpus Ecclesiae Hungaricae misere sauciavit, Deo auxiliante opportunam pararemus medicinam, habitoque ad recentem rerum patriae nostrae publicarum conversionem respectu, negotia Sanctae Religionis et Ecclesiae Nostrae, collatis in unum consiliis procuraremus. Quodipsum Sanctitati Vestrae demisse annunciantes, nil antiquius habemus: quam ut devotissimum infucatae erga S. Sedem Apostolicam adhaesionis, fidelitatis et subjectionis tributum de genu exhibituri, ad Sacram Sanctitatis Vestrae praesentiam harum ope festinemus; concordive tum nostrum in Domino collectorum, tum vero fidelium curae nostrae creditorum sensu de ter fausto Sanctitatis Vestrae, post debellatam victricibus Catholicorum armis, invincibili Omnipotentis Dextra suffultis, foedam ingratissimorum quorumdam subditorum rebellionem, ad aeternam Urbem reditu congratulemur; una vero religiosissime fidem faciamus: omnia nostra conamina vice hac quoque in id unum directa fore; ut Sanctum depositum fidei, quod celebratissima Patrum religio nobis pie custodiendum tradidit, sacrave Salutis remedia, quorum fidelem administrationem divina Providentia nobis commissam habemus, pura serventur, ovibusque nostris aeternam veritatem et salutem sitientibus continuo zelosissime propinentur; ut porro antiqua Christi Ecclesiae instituta et disciplina integra custodiantur, turbata restituantur, laesa vindicentur.

Ad quem effectum certius et uberius assequendum Apostolicam Sanctitatis Vestrae benedictionem de genu flagitamus, simulve spondemus nos consultationum nostrarum resultatum Beatitati Vestrae in filiali submissione suo tempore substraturos esse.

Caeterum apostolicam Sanctitatis Vestrae benedictionem humillime implorantes in beatorum pedum osculo emorimur Strigonii, in Hungaria, Dominica XIV. post Pentecosten, Anno Domini 1850, Sanctitatis Vestrae obedientissimi ac devotissimi filii: Joannes m. p. Archi Episcopus Strigoniensis et Regni Primas, Franciscus m. p. Archi-Episcopus Colocensis, Emericus m. p. Episcopus Nitriensis, Emericus m. p. Episcopus Segniensis et Modrusensis, Gabriel m. p. Episcopus Crisiensis, Georgius m. p. Episcopus Zagrabiensis, Josephus m. p. Episcopus Eperjessiensis, Basilius Erdélyi m. p. Episcopus Graeco-Catholicus Magno-Varadinensis, Adalbertus m. p. Electus Archi-Episcopus Agriesis, Antonius m. p. Episcopus Iaurinensis, Joannes m. p. Episcopus Weszprimiensis, Josephus m. p. Episcopus Cassoviensis, Josephus Georgius m. p. Episcopus Diakovariensis et Syrmiensis, Stephanus m. p. Electus Episcopus Rosnaviensis, Ladislaus m. p. Electus Episcopus Scepusiensis, Michael Rimely m. p. Archi-Abbas, Michael Fogarasy m. p. Episcopi Transsylvaniensis Delegatus.

Tum Sua Celsitudo quaestionem movit de Litteris encyclicis ad Clerum, et populum dimittendis? Circa quas postquam enunciasset: Encyclicas ad Clerum generales tantum, et ad virtutes clericales exhortatorias edendas sibi videri, quibus secretum Conferentiarum nullo modo violaretur, proposito etiam illarum embrione, harum elucubratio decreta, et Notario Conferentiarum Alexandro Csajághy demandata fuit. Ad populum vero ex ipsis Conferentiis, quarum pro temporis conditione attentionem publicam, quo licet, declinare alioquin intersit, ideo etiam edenda non esse visum est; quia harum usus observante Excellmo Zagrabiensi in regnis Slavoniae, Croatiae, et Dalmatiae propter alienatos adhuc ab Hungaris animos, opportunus hoc tempore fieri haud posset. Posthac itum est ad pertractanda puncta Operati, quod assumptis pro basi decisis Conferentiarum, anno recens elapso Viennae per Episcopos Austriae celebratarum cum continuo ad indigentias Ecclesiae Hungaricae respectu praevie digestum, nunc vero per singulos §§. legi coeptum fuit.

§. 1-us De liberą cum Pontifice communicatione proloquentibus potissimum Excellmo Episcopo Zagrabiensi, qui ob rei gravitatem textum retinendum putabat; item Illustrissimo Archi-Episcopo Agriensi, Episcopo Veszprimiensi, Cassoviensi, et Eperjessiensi, qui contrariam sententiam tuebantur, neque nativum jus Ecclesiae precibus impetrandum existimabant; postquam in id concessum fuit: quod edicta caesarea, quibus nativa quaedam jura, et libertates Ecclesiae in integrum sunt restitutae, ad Regnum Hungariae quoque extensa habeantur, ex consideratione illa: ne, uti Illmus Veszprimiensis Episcopus monebat, extensionem memoratorum edictorum caesareorum ad Hungariam quoque petendo, jus placeti Civitati competere agnosceretur, et aliunde quoque natura Ecclesiae, et unitatis Monarchiae deposcat: ut restitutae libertates non ad Episcopos Austriae vel Hungariae, sed ad Ecclesiam Catholicam spectent, et omnes provinciarum Austriacarum Ecclesiae pari loco haberentur, ita fuit modificatus et decurtatus: ut abrogatione placeti homagiali grati animi officio celebrata, nihil novi juris Ecclesiae accrevisse, sed nativa ejusdem jura, et libertatem repristinatam fuisse enunciaretur. In ejusdem discussionis filo, ad propositionem Illmi Episcopi Rosnaviensis loco formulae: „Episcopi Ecclesiae Hungaricae," „Episcopi consultantes" adoptata, una meritum §i. hujus Suae Matti Sanctissimae repraesentandum esse decretum est. — Decisum sonat:

„Consultantes Episcopi altissimam suae Majestatis Sacratissimae Resolutionem, qua nativum „jus liberae Episcoporum et fidelium cum summo Pontifice communicationis restituitur, homa„giali grati animi officio celebrant."

§. 2-us De litterarum pastoralium libera dimissione, eo, quod Antistites Hungariae in continuo et immemoriali usu fuerint pastorales litteras ad Clerum, et populum edendi, neque credere fas sit eam fuisse mentem Suae Mattis Sacratissimae, ut, dum caeteris Monarchiae Austriacae Episcopis liberiorem hoc intuitu agendi copiam faceret, tunc prisca Episcoporum Hungaricae Ecclae jura, et libertatem restrictam cuperet, ad propositionem Illustrissimi Archi-Episcopi Agriensis pro privato DD. Episcoporum usu retentus fuit.

§. 3-us De Conciliis nationalibus, et provincialibus movente Excellentissimo Archi-Episcopo Colocensi, eo, quod expressa prohibitio a parte Civitatis non intervenerit, usus quoque Synodorum contrarium demonstret, secundantibus Illustrissimo Iaurinensi: qui Episcopos Austriae magis pro recuperandis exoletis juribus egisse, hic vero de retinendis avitis agi animadvertit, item Illustrissimo Veszprimiensi, et Cassoviensi: qui specificam Synodorum nationalium, et provincialium mentionem fieri aeque dissuadebant, ita modificatus, et cum sequenti conjunctus est: ut generalis synodorum pro exigentia circumstantiarum, celebrandarum mentio fieret.

§. 4-us De Synodis Dioecesanis unanimibus votis adoptatus ex eo quoque, quod enunciantibus Excellentissimis Colocensi, et Zagrabiensi plurimum referat: ut jus Episcoporum leges in Synodo dioecesana etiam sine consensu secundi ordinis Sacerdotum ferendi, concordibus Episcoporum suffragiis corroboretur; adposita cautione per Suam Sanctitatem quoque deposta: nempe Synodos Dioecesanas, praemissis tantum provincialibus Conciliis celebrandas fore, communem tulit approbationem. Illa vero Illustrissimi Episcopi Eperjessiensis quaestio: num repraesentantes e Clero curato ad synodos nationales, vel provinciales, uti futurum erat in Synodo nationali ao 1848 sine effectu convocata, admittendi sint? illa animadversione soluta fuit: quod in convocatitiis pro dicta Synodo nationali: hujusmodi indulgentiam Episcoporum pro hac vice tantum valituram, expresse cautum fuerit. In eo quoque coalitum: ut in Encyclicis ad Clerum dimittendis de celebrandis pro exigentia circumstantiarum Synodis dioecesanis, mentio quidem fiat; non tamen etiam argumenta, quibus memoratum jus Episcoporum innititur: ne nimirum contentionibus cum Clero secundi ordinis, quales vixdum conquieverunt, nova occasio detur, exponantur; id quod Illustrissimus Archi-Abbas montis Pannoniae admonuit. — Decisum:

„Synodos sacris Canonibus praescriptas consultantes Episcopi pro exigentia circumstan„tiarum, et ad mentem Summi Pontificis non intermittent convocare, eo observato: se quemad„modum leges Ecclesiae de Synodis latas sancte servaturos, ita vigilaturos esse, ut inviolata „custodiantur jura Episcoporum, qui soli sunt in synodo dioecesana judices et legislatores; ac „suo, non adstantium nomine faciunt ac promulgant decreta; et quamvis adstantium expetant „consilia: non tamen coguntur illa sequi."

§. 5-us De limitibus Dioecesium Excellentissimo Colocensi in eo sententiam suam enunciante: quod, quamvis veneretur jura Regis Apostolici, haec tamen in quaestionato merito absque positivo sedis Apostolicae annutu, et approbatione, tum ex natura juris, Regi Apostolico per speciale privilegium delegati, tum ex gravissimo hujusmodi innovationis momento, priscae denique aetatis exemplis suadentibus exercenda non esse arbitretur; Exellentissimo Zagrabiensi, Episcopos etiam Conprovinciales in talismodi negotio audiendos proponente; Illustrissimo vero Agriensi jus apostolicum personale esse apprime observante, et idipsum in contextum inferri postulante, denique Sua Celsitudine cautionem hanc ex tenoribus rescriptorum Ministerii Cultus, in quibus id juris Regi Apostolico absolute (unbedingt) asseritur, succolante: ad sensum praemissorum fuit modificatus. — Decisum:

BIBL. E.M. STRIGON.

„Congregati Episcopi confidunt: Suam Majestatem, in cujus sacratissima persona regem „Apostolicum venerantur, quoties necessitas mutandorum limitum alicujus Dioeceseos emerse„rit, jure hoc suo apostolico et personali ita usuram esse, ut talis mutatio, auditis concernen„tibus Episcopis, et Regni Primate, cum annutu Suae Sanctitatis fiat."

§. 6-us De nexu hierarchico inter Hungariam, Slavoniam, Croatiam, ac Dalmatiam, Sua Celsitudine, si pertractandus videretur jura tam Primatialia, quam Metropolitica sarta tecta desiderante; Excellentissimo Colocensi vero negotium isthoc altioris indaginis esse animadvertente, de quo suis locis per eos, quos res proxime adtinet, agenda, et jam acta sunt, et adhuc agentur, atque ideo pertractationem ejusdem in privatis Episcoporum Conferentiis, absque praevia ad hoc provocatione disuadente, decisum est: negotium isthoc in suis terminis relinquendum esse.

§. 7-us De mutua pastoralium communicatione, communi voto probatus, et de illius in usum deductione, inter DD. Praelatos conventum est. — Decisum:

„Ut congregati Episcopi spiritu semper conjuncti maneant, et in omnibus Ecclesiae gra„vioribus negotiis uniformiter procedant: omnes pastorales literas et ordines majoris momenti „sibi mutuo communicabunt, quod in specie de dispositionibus ad Synodos dioecesanas perti„nentibus observandum statuunt."

§. 8-us De educatione Cleri junioris, communem tulit approbationem. — Sonat vero sic:

„Ecclesia jus habet et obligationem Alumnorum suorum educationem procurandi. Directio„nem hujus educationis congregati Episcopi inter dignissimas pastoralis sui muneris partes re„ferunt, curaturique sunt, ut formatio Cleri junioris sub uniformi directione eum assequatur „perfectionis gradum, quem provecta hodierni aevi literarum cultura, et ampliores indigentiae „religiosae in designatis populi christiani doctoribus requirunt."

§. 9-us De Seminariis generalibus, et dioecesanis. — Sua Celsitudine statum fundationis Pazmanianae, ad relationem D. Henrici Szajbely Vice-Rectoris Collegii Pazmaniani Viennensis in eo exponente: quod Ministerium Financiarum a Capitali Summa 198,180 flnorum, cujus census hactenus cum 48 xris m. c. solvebatur, 2 flnos 40 xros m. c. — a summa vero Capitali 30,300 flnor, cujus foenus hucusque currebat cum 1 flno c. m. 3 flnos, 20 xr. obtulerit, attamen ea dumtaxat lege: ut a dictis Capitalibus, etiamsi intra 16 annorum decursum, qua temporis intercapedine dictorum Capitalium financialis manipulatio concludetur, sorte extraherentur, census 5 flnor p. Cent. non praetenderetur; atque de hujus oblati acceptatione vota expetente, una animadvertente: quod Collegium Pazmanianum etiam penes hujusmodi foenoris augmentum par futurum sit: ut Alumnos sufficienti numero alat; imo Convictores etiam erga minorem quottam, quam hactenus deposstos 300 flnos conv. mon. forte recipere possit; atque hac in spe Excellentissimos, ac Ilustrissimos Praesules: num Alumnos porro quoque erga pangendam pro ratione ineundi aequi calculi summam intertentionalem, ad fatum Collegium mittere velint? percontante, et plurimis annuentibus: oblatum Ministerii Financiarum acceptatum; et una Illustrissimo Mandatario Excellentissimi Episcopi Transylvaniensis pro parte Dioecesis Transylvaniensis, per civilem rerum conversionem, omni pene nervo exutae pro eodem beneficio: ut quippe duo ex Dioecesi Transylvaniensi Alumni ad saepefatum Collegium reciprentur, supplicanti, Sua Celsitudo spem pro voto porrigere dignata est.

Intuitu vero Seminarii Centralis, et Facultatis Theologicae penes Regiam Scientiarum Universitatem Pestinensem, cum Sua Celsitudo exposuisset: Universitatem hanc, velut e peculio Ecclesiae fundatam, ac subin regia quidem munificentia, sed ex bonis sublatorum Ordinum religiosorum amplius dotatam, Catholicam esse, et manere debere; recensuisset porro, quae per Magistratum Academicum recentius in hujus qualitatis praejudicium tentata, et peracta sunt, ac nominatim Directorem in Facultate Theologica vices Primatis et Episcoporum gesturum pro vetusto, et bene fundato more retinendum esse ideo quoque: ut Facultatis Theologicae Collegiale, medio nempe Decani votis Collegii Doctorum Facultatis ejusdem eligendi, regimen, quod democratiam sapit, excludatur, proponente, gravissimi hujus objecti fine remonstrationis Altissimo Loco substernendae, reassumenda pertractatio ad secuturam, super Scholis, ex instituto habendam deliberationem relegata fuit. — Conclusum:

„Clerus junior Hungariae, partim in dioecesanis institutis educatur, partim in generalibus „Seminariis, penes Universitates scientiarum Viennensem et Pestinensem existentibus. Pazma„naeum quod Viennae ad praesentem usque diem floret, et multos de Ecclesia optime meritos „viros produxit, Episcopi ad mentem fundatoris porro quoque sustentari cupiunt, a regni Pri„mate regendum. Seminarium centrale Pestinense peculium est Ecclesiae hungaricae, et neces„saria conditio, ut facultas theologica, Universitatis Catholicae Pestinensis partem integrantem „possit constituere. Cum autem ipsa haec Universitas pariter e peculio Ecclesiae sit erecta: „congregati Episcopi declarant: nullum sibi videri superesse fundamentum, quo minor Ecclesiae

„tribuatur auctoritas in administrando hoc centrali, quam in dioecesanis Seminariis; imo edu„catio utrobique stricte ecclesiastica, idem finis, eademque media omne discrimen tollunt. Quid„quid igitur juris Episcopi in lycea dioecesana habent; sive in determinandis disciplinis, ad quas „Alumni informentur, sive in deligendis professoribus: eodem, salvis utique juribus regis Apo„stolici, nec quoad facultatem theologicam Pestinensem se possunt abdicare."

„Et si Sua Majestas Sacratissima votis Episcoporum Viennae congregatorum eousque de„ferre dignata est; ut etiam ad Universitates per Statum publicum fundatas notabilem Ecclesiae „disponendi facultatem clementer agnosceret, prout Altissima Resolutio de 23. Aprilis 1850-i „testatur: Episcopi consultantes dubitare non possunt, liberam sibi disponendi facultatem circa „omnia illa instituta, quae Ecclesiae hungaricae propria sunt, salvam futuram.

§. 10-us De restituendis tribus Cathedris penes Facultatem Theologicam Pestinensem, unanimi voto probatus est. — Tenores ejus sunt sequentes:

„Facultatem theologicam Universitatis Pestinensis ita desiderant Episcopi instaurare; ut „tres cathedrae, scilicet: Lingvarum Semiticarum, Patristicae et Liturgicae, quae nuperrime „propriis gaudebant doctoribus, restituantur. Dignum quippe est, ut dum in Universitate hac, „quae principaliter ad procurandum religionis et Ecclesiae Catholicae incrementum fundata „fuit, aliae facultates numero professorum insigniter augentur: facultas theologica saltem illis „non destituatur doctrinis, quas religiosae aevi nostri indigentiae in dies magis urgent."

§. 11-us De juris Canonici, et Paedagogiae Chathedra, Excellentissimo Colocensi Archi-Episcopo postulante: ut jus canonicum per Sacerdotem proponatur, quod si obtineri non posset, distinctus privatus Docens e Clero ad hanc Cathedram applicetur; Illustrissimo Scuttariensi difficultatem, Cathedram hanc Facultati Theologicae ingremiandi, exponente, et parem saltem illi, quem Ecclesia in Professorum Facultatis Theologicae delectu, et missione habet, in Professorem Juris Canonici designatione quoque influxum Episcopatui, eo etiam magis vindicari cupiente, quod jus canonicum dogmatibus innitatur, eaque in usum vitae publicae deducat: Clericorum vero in Facultate Juridica ex unica tantum Juris canonici Cathedra exclusio, sed et libertatum Ecclesiae injuriosa per Magistratum Academicum recentius interventa vellicatio toleranda nullo modo videatur; Illustrissimo Cassoviensi etiam Professorem Paedagogiae, quandoquidem a bene catholica Paedagogorum institutione totius educationis optatus pendeat eventus, in hunc censum referri postulante: atque in eamdem sententiam etiam Excellentissimo Zagrabiensi gravibus verbis concedente: Illustrissimo Veszprimiensi de utraque Cathedra dictum influxum Episcopatus urgente: Sua Celsitudine eundem influxum a minori ad majus ex eo: quod ille Episcopis Austriae, esto Professores respectivi ex aerario Status stipendia percipiant, quae in Universitate Pestinensi ex peculio Ecclesiae profluunt, tributus jam habeatur, inferente; Illustrissimo Archi-Abbate idipsum: Episcopo Jaurinensi vero praecipue quoad Juris Canonici Professorem, ingremiationem pervetusto quoque ante tempora reformationis usu urgentibus; Excellentissimo tamen Zagrabiensi observante: odiosum fore, si laici prorsus excluderentur, inter quos scientiae non minus, quam Orthodoxiae laude insignes viros reperiri exemplo celeberrimi Georgii Phillips, in Universitate Oenipontana Juris Canonici Professoris constaret, in alternativa coalitum: ut quippe, si ingremiatio obtineri non posset, saepefatus in delectum et designationem dictorum Professorum influxus, indispensabiliter deposceretur. — Decisum est:

„Juris Canonici, quod essentialem universae Theologiae partem constituit, cathedram, olim „inter theologicas numeratam, congregati Episcopi cum facultate theologica uniri cupiunt. Si „tamen hoc aliqua obstacula nondum admitterent: saltem in delectu tam professoris juris „canonici, quam Paedagogiae idem sibi jus tribui desiderant, quod in designandis Professoribus „Theologiae ex rei natura habent; nam utraque haec disciplina religione nititur, et ab eccle„siasticis Alumnis potissimum frequentatur, atque permultum interest, ut hi utramque non minus „in Universitate, quam in lyceis dioecesanis, ex ore professorum, quos Episcopi probaverint, „audiant."

§§-i 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. cum exigui momenti, quoad stylum, correctionibus pro congrua DD. Episcoporum cynosura adprobationem tulerunt. — Sonabunt ergo:

„Disciplinas theologicas in quatuor annos distributas, ad Universitatem Pestinensem, duo„decim Professores proponent, ita, ut quemlibet cursum annuum duo ordinarii, et unus „extraordinarius doctor moderentur. Ordinaria studia sunt: Lingua hebraea cum studio biblico „antiqui foederis, et Historia Ecclesiastica: Lingna graeca cum studio biblico Novi foederis et „Theologia fundamentalis; Dogmatica et Moralis; Jus Canonicum et Pastoralis. Extraordinaria: „Dialecti orientales, Patristica, Paedagogica, et Liturgica cum Archaeologia christiana. Omnia „haec studia cuncti Seminarii centralis Alumni frequentare obligantur, praeter linguas orientales,

„quarum studium Episcopi, prout utilius judicaverint, nonnullis poterunt relaxare. Caeterum „qui ad gradus academicos adspirant, cognitione dialectorum semiticarum carere nequeunt.

„Cathedrae theologicae ad Universitatem Presbyteris, qui Theologiae lauream promeue- „runt, ope concursus conferantur; quin tamen virorum literariis meritis et dotibus clarorum „evocatio excludatur.

„Concursum indicere, quaestiones in hoc resolvendas proponere, supremam elaboratorum „censuram suscipere ad Primatis Regni jura pertinet.

„Delectum Professorum, ad facultatem theologicam Pestinensem, consultantes Episcopi per „regni Primatem ita institui cupiunt, ut audita facultatis theologicae opinione delecti Caesareo- „Regiae Majestati pro confirmatione praesententur.

„Optant Episcopi, ut facultati theologicae praesideat Director, in dignitate ecclesiastica „constitutus, a professoribus diversus, vice Primatis et Episcoporum doctrinae unitati inten- „dens, et ad propositionem Principis Primatis a Sua Majestate Sacratissima nominandus."

„Consultantes Episcopi pro suis quoque provinciis solemniter enunciari orant illam Suae „Majestatis Sacratissimae declarationem de 23-a Aprilis Anni 1850-i, qua in omnibus insti- „tutis literariis publicis, Magistrorum religionis catholicae et Professorum Theologiae institutio „et destitutio, ad jura Episcoporum, in quorum Dioecesi institutum existit, pertinere clemen- „ter agnoscitur."

„Lingva institutionis in Theologia est latina; in quantum autem, et quarum vernacularum „usus in exercitiis pastoralibus fieri debeat, id uniuscujusque Episcopi judicium juxta locorum adjuncta determinabit."

§. 19-us De Instituto Viennensi ad S. Augustinum Sua Celsitudine expressam voluntatem Suae Majestatis Sacratissimae de conservando isthoc Instituto sibi coram declaratam fuisse, referente, et altissimis his intentionibus respondendum esse proponente, eo quoque memorato: quod ad compendia nervi obtinenda de eo consilia agitentur: ut Directoribus hujus Instituti, qui annua stipendia hactenus ex Fundo Instituti percipiebant, per praebendas Canonicales provideatur, quaestio incidit: num Dioeceses Slavoniae, Croatiae et Dalmatiae ad participationem ex beneficio Abbatiarum Kaposfő, et S. Jacobi de Silisio, posthac quoque admittendae sint? qua ad propositionem Illustrissimi Agriensis in favorem dictarum Dioecesium, dilectionis fraternae, et arctioris nexus deinceps quoque conservandi causa, decisa; Excellentissimus Nitriensis damnosam memoratarum Abbatiarum oeconomicam administrationem causatus, originem et fata fundationis serie chronologica recensendo, in statum activum proventuum ex dictis Abbatiis profluentium inquirendum, et in tanto necessitatum Ecclesiae Hungaricae concursu, eosdem originariae destinationi domesticae reddendos, in subsidium vero Instituti sublimioris fiscum publicum appellandum existimabat; quod cum salva existentia Instituti sperari non posse sua Celsitudo, exemplo Conferentiarum Viennensium, quae succursum aerarii publici casso effectu implorarunt, animadverteret; Illustrissimus Mandatarius Excellentissimi Episcopi Transylvaniensis, Institutum isthoc educatorium superinspectioni Episcopatus, pro Collegii ad viros Ecclesiasticos formandos, et percolendos destinati natura, subordinandum esse, exemplo Episcoporum Austriae idipsum petentium proponebat, quibus discussis §-us isthic in conclusum abivit. — Tenor ejus est:

„Institutum sublimioris educationis Presbyterorum ad S. Augustinum Viennae florens, et „copia praeclarorum virorum, quos ab origine sua educavit illustre, Episcopi Hungariae con- „servari cupiunt, simulque homagiales gratias Sacratissimae Caesareo-Regiae Majestati refe- „runt, quod clementissime disponere dignata sit, ut ex censu 4800 florenorum Abbatiae S. „Jacobi de Silisio et S. Benedicti de Kaposfő 8. Alumni Ecclesiae hungaricae, pro singulis 600 „florenos computando educentur. Denique accedunt voto Episcoporum Viennae congregatorum, „quo praedictum institutum inspectioni Episcoporum obnoxiari petitur, nulli dubitantes; in hac „Episcopis quoque Hungariae suas esse partes tribuendas."

Sessio Secunda

sub praesidio Celsissimi et Reverendissimi D. Principis Primatis et Archiepiscopi. Assidentibus Excellentissimis, Illustrissimis et Reverendissimis Dominis, in prima Sessione praesentibus, quibus Illustrissimus Dominus praeconisatus Episcopus Bosnensis seu Diakovariensis et Syrmiensis, Josephus Strossmeyer accessit, die 26. Mensis Augusti A. D. 1850. horis post mediam sextam vespertinis asservata.

Sua Celsitudo Primatialis ad ipsum Sessionis exordium Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Josephum Strossmayer, praeconisatum Episcopum Bosnensem seu Diakovarensem et Syrmiensem, qui hodie Strigonium advenit, Excelsae Conferentiae praesentavit, a cunctis Excellentissimis et Reverendissimis Dominis fraterna acclamatione salutatum.

Tum operati in prima Sessione pertractari coepti §. 20-us crastinae consultationis objectum constituturus, de fontibus subsistentiae Seminariorum sonans per extensum fine eo lectus est, ut DD. Praesules tempus super singulis ejus punctis meditandi habeant. Quibus attente exceptis, Celsissimus Princeps Primas memoravit, stragem hanc Seminariis per dimissas tum proprias horum, tum Episcoporum — e quorum symbolis fundus regulatorum Episcopatuum coaluit — decimas principaliter illatam esse; quumve ab eo tempore, quo aliqua Cleri membra in Regni Comitiis a. 184⁷/₈ malevolorum adursionibus et minis adacti illas missas fecerunt, modo prima vice Episcopatus Hungaricus congregatus sit, eum enunciare oportere, non spontanea et libera voluntate, sed coacte id per membra Cleri in Comitiis a. 184⁷/₈ praesentia factum fuisse; ut posteritas videat: renunciationem hanc, ad quam renunciantes nec jus nec autorisationem habuerunt — Clero hungarico imputari nequire; — idipsum a Se jam praestitum esse, una affirmavit Sua Celsitudo, repraesentationibus ad Suam Sanctitatem Pontificiam, et Excelsum Ministerium Imperiale substratis. Excellentissimus Colocensis Archi-Episcopus enunciationem talem Episcopatus eo magis necessariam judicavit, quum Episcopi et Capitulares in Comitiis illis praesentes decimis tantum quoad personas suas renunciare potuerint et voluerint, quod ex enunciationibus illorum in Diario Comitiorum legendis apparet. Confirmat id Sua Celsitudo memorans, Se qua Episcopum tunc quidem Quinqueecclesiensem, non secus ac Illustrissimum Rosnaviensem, hac solum mente decimas missas fecisse, una vero mentionem per Se, ipsa illa nocte parochiarum decimalium, in quibus beneficiati amissis decimis vitae media perdituri sunt injectam, et pro his indemnisationem postulatam, a Ministro primario vero hanc reipsa etiam addictam fuisse.

Archi-Abbas montis Pannoniae refert, se ipsum quoque tunc declarasse, quod qua usufructuarius decimis abdicare se non possit, spemve a se manifestatam esse, fore, ut Clero compensatio pro iisdem obtingat, quod ipsum Minister primarius disertis verbis revera promiserit. Sequenti die a pluribus contra expressionem, „magány földes urak" exceptionem formatam fuisse, tranquillatos tamen hos esse iterato promisso praecedenti nocte per Ministrum dato.

Excellentissimus Haulik contra voculam „magány" in legis articulo recurrentem a se quoque exceptum esse, prioribus adstipulando, dicit.

Tum Celsissimus Praeses annunciat: Reverendissimum Nicolaum Sárkány, Abbatem Bakonybélensem, qui pertractationi illi ad tabulam Statuum intervenit, ad tabulam Magnatum vero interfuit, erga provocationem Celsissimi projectum enunciationis per Excelsam Conferentiam circa actum hunc renunciationis, edendae parasse; quod per eundem praesentem perlegi posset.

Assensum praebentibus cunctis, Reverendissimus Nicolaus Sárkány perlegit projectatam enunciationem Chori Episcoporum, quam Excelsa Conferentia per extensum suam faciens protocollo pro subsequo usu inserendam decrevit. Sonat vero sic:

„Episcopi Hungariae tum SS. Canonum, jura ac proventus Ecclesiae alienare vetantium veneratione, tum conscientiae Suae, solemni juramento ad patrimonium Christi et pauperum, sine diminutione manutenendum obstrictae, admonitione urgentur, ad violenta illa reflectere tempora, quibus inter thronorum collabentium fragores, et prostratae sacrae aeque ac profanae Majestatis ruinas, perpauci Ecclesiastici in Comitiis a. 1848 adhuc praesentes, eo minis terroribusque tum privatim, tum in publico Ablegatorum ad Tabulam Optimatum nuncio, non obscure expressis, redacti sunt, ut nonnisi celeri, quamquam invita Decimarum a S. Protorege concessarum et abinde innumeris legibus, pactis publicis pacificationibusque solemnibus firmatarum, dimissione, periculum universo statui ecclesiastico cunctisque possessionibus ecclesiasticis intentatum, averti posse, credendum haberent."

„Equidem feralis, cui tum nullatenus occurri poterat, necessitas, et tristis sors Ecclesiarum Galliae, Germaniae, Hispaniae, Portugalliae, imo ex parte etiam ditionum Italiae, ubi illatis adverso Revolutionum impetu, Ecclesiae catholicae damnis, nec pacatiora remedium tulere tempora, eam praesentibus in Diaeta ecclesiasticis imponere videbantur obligationem: ut partem ecclesiasticorum proventuum, implacabili alias Revolutionis odio immolantes, alteram, eamque potiorem, Ecclesiae dotem sacris suis finibus conservare adniterentur: verum intentio haec, ex intuitu evidentis Ecclesiae necessitatis utilitatisque procedens, dumtaxat invitos et nec aliter Ecclesiae bono consulere queuntes rerum ecclesiasticarum alienatores, ab intentatis alias censuris, praestat immunes — Can. 51. et C. 52. Caus. XII. q. 2. Cap. un. h. t. in Extrav. — actum vero ipsum alienationis vi et metu extortum, ac omnibus juris solemnitatibus, sub nullitatis poena, de lege praescriptis destitutum, neutiquam validum vigorosumque reddit. — Quippe:"

„SS. Canones, in legibus patriis 1553, 22. 1567, 28. identidem praescripti atque in art. 8. 1553, velut Episcopos circa decimarum alienationem stringentes, publice memorati, tractatum praevium et capitularem, ante omnem notabilem rerum ecclesiasticarum abalienationem sub nullitate actus, praecipiunt — Can. 52. C. XII. q. 2. C. 1. h. t. in VI; at vero omnem hujusmodi tractatum, studiosa negotii praecipitatione, ipsi ii, qui decimarum renunciationem in communi trepidatione extorserunt, impossibilem effecere."

„Dein et Reg. Juris 29. in sexto, et aequitas ipsa deposcit, ut quod omnes tangit, ab omnibus approbari debeat; praeterea Cap. 8. h. t. et C. 1. De his, quae fiunt a Praelato etc. non modo tractatum diligentem ac solemnem: sed etiam collaudationem et subscriptionem ad minimum majoris partis Capituli, in notabili rerum ecclesiasticarum alienatione, indispensabiliter requirunt; verum enimvero, negatum penitus deliberandi cum Capitulis tempus Ecclesiasticos, ad coactam renunciationem compulsos, huic etiam officio satisfacere prohibuit, atque sic etiam actum eorum omni juris valore ac vigore exuit."

„Insuper historia et textus Conventionis Kolonicsianae — Katona Tomo 36. pp. 143. 228. et ssqq. et documenta publica Concursum Cleri et missos cum plena potestate procuratores in negotio decimae decimarum et subsidii ecclesiastici, loquentia, — Fasc. 33. de Decim. 1716. et Fasc. 18. de subs. bell. 1738. in Bibl. Primat. — aperte testantur, de rebus ac juribus universae Ecclesiae Hungaricae non paucos, sed universos, aut saltem universi Cleri plenipotentia provisos, disponere posse Ecclesiasticos; cum itaque autores invitae ac nonisi metu extortae decimarum renunciationis Episcopos ac Capitula saecularia et regularia adnutus expetendi causa adeundi facultatem intempesta negotii acceleratione, ecclesiasticis in Diaeta praesentibus ademerint, vim ac robur actioni huic, juribus ecclesiasticis adversae, ipsi et ultro detraxerunt."

„Denique exempla Regum apostolicorum, ad decimas decimarum et subsidia ecclesiastica, queis graves diutinorum bellorum expensae tegantur legitime possidenda, summorum Pontificum consensum identidem expetentium, manifeste docent, assensum S. Sedis in alienationibus proventuum et jurium ecclesiasticorum in regno nostro necessarium esse creditum. — V. Breve Clementis XI. ddo. 15. Febr. 1716. Inter mss. Bibl. Primatialis Fasc. 33. N. 3373. — Breve Clementis XI. ddo. 12. April 1739 Fasc. 18. N. 88; Breve Benedicti XIV. ddo. 13. Dec. 1840. Fasc. 18. N. 89, item mandatum Caroli VI. de 1. Julii 1738. Fasc. 18. N. 87. —; quapropter abdicatio etiam decimarum, citra scitum ac ratihabitionem Sanctissimi Patris suscepta, antequam rescripta loquantur romana, pro Actu Canonibus conformi et eorum sensu valido haberi haud valet."

„In quorum omnium sequelam Episcopi Hungariae, non dolore proventuum, in gentis commoda et Patriae gloriam semper impensorum, verum unice SS. Canonum, quibus conscientiam ac acta sua conformare obligantur, infucata veneratione, coram Deo, Sanctissimo item ejus in terris Vicario, coram Rege porro Apostolico, concivibus denique suis coaevis et posteris, solemniter declarant ac protestantur, actum renunciationis decimarum, multo majorum damnorum metu, velut unicum salvandi Status ecclesiastici medium, extortum et omnibus juris formalitatibus ad validitatem actionum SS. Canonum autoritate praescriptis, citra renunciantium ecclesiasticorum culpam, destitutum, irritum esse in se ac omni juris robore destitutum."

„Caeterum Episcopi pro suo erga populum, cujus necessitatibus succurrere semper parati sunt, amore ac studio, pro sincera sua in leges, autoritate et consensu Regis et regni firmatas veneratione, pro suo denique summo erga omnem in hoc negotio reactionem, velut uberrimum turbarum fontem horrore, aperte ac candide enunciant: praesentis suae declarationis et protestationis scopum eum unice existere, ut SS. Canonum, sine debitis formalitatibus alienationes rerum ecclesiasticarum suscipi vetantium praescripto satisfiat, non vero ut relaxatio decimarum, legetenus populo facta retractetur per se, aut impugnetur."

„Nihilominus tamen, prout jam Ecclesiastici utriusque tabulae, memores, e decimis tum Cleri curati magnam partem suam trahere congruam provisionem, tum multa alia pendere instituta ecclesiastica, etiam inter medias ferventis tunc vel maxime revolutionis procellas, Ordines Regni ad utramque Tabulam eo expressis provocabant verbis; ut necessitatibus ex antiquatione decimarum emersuris aequa ac sufficienti succurratur provisione: — ita nunc congregati Episcopi a justitia Suae Majestatis Sacratissimae, excelsique ejusdem Ministerii, a generosa item Nationis indole homagiali cum cultu et plena cum fiducia orant ac exspectant; ut post amplissimum Cleri sacrificium una cum hac conditione, ob cultum Dei alendosque Ecclesiae Ministros prorsus necessaria, inter encomia publica acceptatum, secundum obligatam art. 13. 1848 publicam regni fidem, labantibus secus ecclesiasticis institutis et cumprimis Clero curato, condigna et adjunctis nostrorum temporum admensa provisione, habito etiam eorum, quae hic in decimis et sedecimis amiserat justo respectu, sine ulla mora auxilium impendatur,"

Tum Sua Celsitudo ad fontes subsistentiae Seminariorum denuo perlectos, et attentioni Excelsae Conferentiae impense commendatos rediens, ad momentum hujus materiae magis exhibendum protulit: Seminariorum conservandorum curam olim solis Episcopis incubuisse, nec modo — ubi fundus regulatorum Episcopatuum non amplius existit — spem magnam aliunde recipiendorum subsidiorum esse, quum et pro hoc anno petita a Statu subsidia non ex aerario publico, sed e fundi regulatorum Episcopatuum Cassae manentia et fundo Religionis resoluta fuerint. Sollicitudinem vero Episcoporum hoc in objectum eo magis directam esse debere, quum jam Sua Celsitudo per plenipotentiatum Civilem Comissarium L. B. a Geringer ad enunciandam super hoc objecto mentem Suam urgenter provocata fuerit.

Acta clarificando negotio huic — crastina Sessione pertractando — inservitura praesto sunt, tum ab A. 1848. quo Sua Celsitudo e fiducia Episcoporum Pestini congregatorum correspondentias cum concernentibus Reverendissimis Ordinariatibus eatenus fovit, tum ab A. 1849. quo cum iisdem circa subsidia pro A. $\frac{1849}{50}$o Seminariis suis tribuenda tractavit.

Finaliter Sua Celsitudo praesentes Excellentissimos et Illustrissimos Dominos pro exuviarum Serenissimi et Reverendissimi Archi-Ducis Caroli Ambrosii, Atestini Principis, Primatis et Archi-Episcopi olim Strigoniensis e Crypta Ecclesiae parochialis Aquaticae Civitatis, ad Mausoleum Primatum Regni sub nova Basilica, translatione, solemnibus cum exequiis hora 8. sequentis diei inchoanda invitavit; pro qua cuncti Excellentissimi et Illustrissimi Domini se comparituros promiserunt.

Pro grata memoria praenotatur, quod sub Conferentiis his Episcopalibus die 27. Augusti 1850. instituta fuerit: translatio Exuviarum Serenissimi condam Archi-Ducis, Principis Primatis et Archi-Episcopi Strigoniensis Caroli Ambrosii, e crypta interimalis Ecclesiae Metropolitanae, ad Catacombas infra Basilicam in Arce Strigoniensi structas, quippe:

Metropolitanae Ecclesiae Strigoniensi, Antistitum suorum genere non minus, quam virtutibus inclytae novum decus accessit, dum eidem, in longo jam viduitatis squallore gementi, in persona Serenissimi Regii Haereditarii Principis, Archi-Ducis Austriae, Regum Ducumque sangvinis et Augustissimi pro tunc Regis Francisci I. Patruelis ac Affinis charissimi, sponsus et supremus Pastor, utinam pro longa annorum serie, obtigit.

Magnus hic Antistes Parentibus: Ferdinando Austriaco, et Maria Beatrice Atestina, in provincia Mediolanensi 1785. 2-a Mensis Novembris die in lucem editus, abjectis tenerae aetatis crepundiis, mox gravissimis ac integerrimis Magistris in disciplinam traditus est. Formidabili et cruento tunc temporis Italia bello ardebat; et ille tot Caesarum regumque sangvis, amisso amplissimo patrimonio, patriam, ingratam Italiam cum bonorum adjutrice Austria permutavit. Hic a mansvetioribus literis ad teneriorem Sapientiae disciplinam deductus ita in utroque genere versatus fuit, ut cum acerrimo ac velocissimo ingenio summa certaret industria.

Vicesimo aetatis anno minoribus Ordinibus initiatus, mox Sacerdos et Episcopatus Vaciensis Administrator factus est. — Quia dotes in Episcopo requisitas, jam in illo aetatis flore ad plenam perfectamque maturitatem perduxit; licet vitae annos, pro Episcopatu canonibus definitos nondum attigisset, paulopost in Strigoniensium Archi-Episcopum jure optimo deligi potuit. Nominatione Caesareo-Regia, oraculo quoque S. Sedis Apostolicae probata, pleno cornu Sacri chrismatis delibutus taliterque Collegio Apostolorum adlectus 1808. die 28. Augusti sicut amplissimae Archi-Dioeceseos, ita Comitatus quoque Strigoniensis gubernacula, inter festivos omnium Ordinum applausus solenniter capessivit.

Ast communis haec omnium exultatio post breve, unius et quod excedit, anni intervallum in luctum amarissimum conversa est; dum enim rempublicam utramque indefesso labore fovet; dum saucium et pulchra vulnera ostentantem militem curat; dum aegrotos accedere, solari, opibus adjuvare non desinit: cadit victima pietatis et amoris; contracto gravissimo morbo, Tattae, susceptis pie moribundorum Sacramentis, secunda mensis Septembris die 1809. extinctus est. Exuviae ibidem solenniter benedictae, die vero 5-a Septembris ejusdem Anni Strigonium advectae ac comitante funus Illustrissimo ac Reverendissimo Carolo L. B. de Perén, Consecrato Episcopo Tiberiadiensi et Canonico Strigoniensi, in crypta Ecclesiae Arcensis honorifice conditae sunt. F

Non una vice, signanter 1723. Art. 55. — 1751. Art. 3. — 1802. Art. 17. in Comitiis regni postulatum fuit: ut Capitulum Strigoniense ad avitam suam Magnae Hungarorum Dominae vetustissimo cultu, Sancti Proto-Regis Stephani Natalibus, Divi Adalberti, Patroni nostri sacris sudoribus, christianae Hungariae cunabulis illustrem Sedem revehatur. Huic Statuum et Ordinum regni desideris satisfecit piae memoriae Cardinalis Princeps Primas et Archi-Episcopus Strigoniensis Alexander a Rudna et Divék-Ujfalu, qui ut primum illustre suum munus 1820. die 16-a Maji

F non in crypta, sed in nave regione ambonis ante aram S. Crucis vide mathes ara origin. pag.

From Primate sed Eppo Joanne Banyerszky
vide Máthé pag. 66.

adivit, mox etiam Capitulum Strigoniense, post longum 280. annorum exilium Tirnavia, ad locum originis suae, Strigonium quippe reduxit. Quia vero magni nominis Archi-Praesul piissimum inivit consilium, ut in Castro Strigoniensi talis suscitaretur Basilica, quae et natalibus S. Regis Apostolici Stephani, ac etiam principi Ecclesiae Hungaricae Carthedrae conveniat: Ecclesiam Arcensem, sub qua Serenissimi Regii Principis et Primatis ossa quieverunt, solo aequari oportuit. Ut igitur Sacratis Ejusdem ossibus religiosa requies obtingat: eadem die 25-a Martii 1821. e loco, quo posita fuerunt, solemni funere, officiante eodem Celsissimo Principe Primate Alexandro a Rudna et Divék-Ujfalu, in cryptam Ecclesiae interimalis metropolitanae ad S. Ignatium translata sunt

Opere novae Basilicae pia proxime defuncti Celsissimi Principis Primatis Josephi Kopácsy liberalitate multum jam progresso: praesens ejusdem Ecclesiae Strigoniensis sponsus, Celsissimus ac Reverendissimus Dominus Joannes Baptista Scitovszky de Nagy-Kér nihil ardentius desideravit, quam ut venerandae Serenissimi sui Praedecessoris Exuviae quo ocyus in nova Catacomba religiose conderentur. His religionis et pietatis obsequiis exsolvendis impraesentiarum opportunam nactus est occasionem, dum nempe Praesules Ecclesiae Hungaricae pro bono Ecclesiae et Civitatis consilia in unum conferunt. Ne vero aliquid praeteriisse silentio videretur, Serenissimis Regiis Haereditariis Principibus et Archi-Ducibus, Ferdinando et Maximiliano, utpote Serenissimi condam Principis Primatis Caroli Ambrosii Fratribus, humanissimis literis translationis hujus funebralia insinuavit.

Adveniente die in translationem defixa, venerandae Exuviae jam pridie, praesente testimonio capitulari, novae tumbae inclusae sunt; additave iisdem pectoralis Defuncti crux et annulus, nec non Inscriptio in pergamena, vitreo cylindro inclusa, tenoris sequentis:

„Exuviae hae

Serenissimi et Reverendissimi

Domini Domini

„Caroli Ambrosii Atestini, Archi-Ducis Austriae, Regii Principis Hungariae et Bohemiae, Me„tropolitanae Ecclesiae Strigoniensis Archi-Episcopi, Principis Primatis Regni Hungariae etc. etc.
„Anno D. 1809. die 2-a Septembris Tatae e febri nosocomiali exstincti; primum in crypta Eccle-
siae, quam in medio Castri Strigoniensis Augusta Maria Theresia erexit, tumulatae, inde vero
dum novae Magnificae Basilicae exstruendae manus admoverentur, die 25-a Martii 1821. exceptae
et ad cryptam parochialis Ecclesiae in aquatica Civitate Strigoniensi deportatae, hinc tandem opere
Basilicae multum jam progresso, ad novum, quod sub eadam pro Primatibus Archi-Episcopis pa-
ratum est, Mausoleum in frequentissima et plendidissima Praesulum Hungariae ad Conferentias
Episcopales congregatorum comitiva per Celsissimum ac Reverendissimum D. D. Principem Joan-
nem B. Scitovszky de Nagy Kér, Archi-Episcopum Strigoniensem et Regni Primatem die 27-a
Augusti Anno 1850. solemni ritu ecclesiastico revectae requiescant in sancta pace. Amen.

His peractis exuviae e crypta interimalis metropolitanae Ecclesiae ad S. Ignatium Confess. in silentio elatae ac in sanctuario ejusdem Ecclesiae collocatae sunt. Praealtum castrum doloris, in quo pretiosa ossa usque finem Exequiarum quieverunt, ita adornatum exstitit, ut et spem beatae resurrectionis et etiam stirpem dignitatemque tanti viri eloqueretur. Praeter multitudinem candelarum, veluti fidei symbolorum, in circuitu ipsius monumenti exequialis laete ardentium, duae assurgebant pyramides molem lugubrem sua altitudine superantes; singulae earum in supremo apice insedit angelus, veluti jam nunc tuba mirum spargens sonum; in parte vero earumdem inferiori variae visebantur inscriptiones, e S. literis desumtae, quae et religioni piissimi Antistitis et fidei nostrae in carnis resurectionem optime convenire censebantur. Ipsa tumba omnibus ordinis pontificalis insignibus, corona item ducali decorata fuit. Sanctuarium, ara, thronus AEppalis, sedilia item Episcoporum et Canonicorum panno nigro obducta sunt. Hora sexta vespertina in omnibus civitatis turribus campanae pulsabantur, quo sic omnibus innotesceret, sequenti die solennes Exequias celebrandas esse. Ipsa vero Augusti 27-a die, hora 8-a matutina Capitulum et Clerus sumtis paramentis, ad residentiam Archi-Episcopalem concessit, ubi Celsissimum Principem Primatem caeterosque Excellentissimos ac Illustrissimos Praesules pontificalibus jam indutos reverenter salutavit, eosdemque processionaliter sub pulsu campanarum ad praedictam Ecclesiam deduxit, qui erant sequentes: Franciscus de Paula Comes de Nádasd, Archi-Episcopus Colocensis; Emericus Palugyay de Eadem et Bodafalva, Episcopus Nitriensis; Emericus Ossegovich de Barlabassevech, Episcopus Segniensis et Modrusiensis; Gabriel Smicziklasz, Episcopus Crisiensis Graeci-Ritus unitus; Georgius Haulik

de Váralja, Episcopus Zagrabiensis; Basilius Erdélyi, Episcopus Magno-Varadinensis, Graeci-Ritus unitus; Josephus Gaganecz, Episcopus Eperjesensis Graeci-Ritus unitus; Adalbertus Bartakovics de Kis-Appony, electus Archi-Episcopus Agriensis; Antonius Karner, Episcopus Jaurinensis; Joannes Ránolder, Episcopus Veszprimiensis; Josephus Kunszt, Episcopus Cassoviensis; Josephus Georgius Strosmayer, praeconisatus Episcopus Diakovárensis; Josephus Kollarcsik, Electus Episcopus Rosnaviensis; Ladislaus Zábojszky, electus Episcopus Scepusiensis; Michaël Rimely, Archi-Abbas Ordinis S. Benedicti; Michaël Fogarasy, Electus Episcopus Scutariensis et Delegatus Episcopi Transylvaniensis .

Aderant jam tunc in Ecclesia civilis jurisdictionis individua, militares ac primatiales officiales, coetus item liberae regiae ac archi-episcopalis Civitatis, magnaque hominum utriusque sexus multitudo. Ubi ad Castrum doloris ventum est: Celsissimus Princeps Primas, cingente se excelso Episcoporum choro, intonavit: „oremus pro fidelibus defunctis, „choro psalmum“ venite exultemus etc. Canticum item Zachariae „Benedictus Dominus Deus Israel“ concinente. Quibus terminatis, juxta ritum Sanctae Ecclesiae, Celsissimus Archi-Episcopus Exuvias aqua lustrali aspersit, thurificavit ac consvetam „Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes“ orationem absolvit.

His ita perfectis Sua Celsitudo ad faldistorium processit; Praesules vero parata pro se sedilia occuparunt. Mox initium datum Missae solenni de Requiem per Eundem Archi-Praesulem, assistentibus sub infula Episcopis Jaurinensi et Veszprimiensi, celebratae. Post hanc decantabatur „Libera me“ corona Episcoporum denuo castrum doloris cingente, ac caetera omnia, prout in Rituali Strigoniensi habetur, pie peracta fuerunt. Tunc tumba e praealto fastigio deposita, per Metropolitanae Ecclesiae Canonicos ex Ecclesia elata et currui funebrali sexiga vecto imposita est. In apice ductus funebralis salutis signum, Crucem Christi sequebatur juventus scholaris; hanc exceperunt coetus ac reliquus populus, chorus musicus, dein religiosi ordinis S. Francisci, Clerus ruralis ac civicus, insimul circiter 80. assistentes, Capitulum, Chorus Episcoporum ac Pontificans Princeps Primas. Post hunc vehebantur Exuviae curru sex equis lugubribus juncto, quem duodecim primatiales officiales cum ardentibus facibus cinxerunt, comitantibus magistratualibus Comitatus Strigoniensis, turma item militum ac devoto foemineo sexu. Qua funus ducebatur, ubique dislocati milites recto ordini intenderunt. Movit autem processio resonantibus Civitatis campanis ac luctuose clangentibus tubis ab Ecclesia per plateam Seminarii versus domos Capitulares in meridiana arcis plaga existentes, usque ad finem hujus domorum seriei; ubi processio ad planum inclinatum, quod inter domos canonicales intercedit, deflexit. Funere ad novam Basilicam deducto, tumba e curru deposita, ac iterum per Metropolitanae Ecclesiae Canonicos in atrium Capellae Bakachianae delata est. Hic denuo aqua lustrali per Pontificantem aspersa, thurificata et post orationem consvetam a magistratualibus Comitatensibus catacombae illata; atque in parato jam praevie loculo, adstante capitulari testimonio illocata est; ubi Augustae domus deliciae et amores, Patriae Praesidium et Fulcrum, Religionis ornamentum et lumen praemature exstinctum beatam resurrectionem expectabit. — Det Ei Dominus requiem sempiternam. Amen!

Sessio tertia

praesidente et assidentibus Iisdem, qui secundae Sessioni intervenerunt, die 27-a Augusti Anno 1850. post exuviarum Serenissimi et Reverendissimi quondam Caroli Ambrosii Atestini, Archi-Ducis Austriae, Principis Primatis Regni et Archi-Episcopi Strigoniensis ad Mausoleum Primatum Regni translationem, hora media undecima ante meridiem inchoata.

In pertractationem sumta sunt singula puncta §-i 20-i in secunda Sessione perlecti et de fontibus subsistentiae Seminariorum sonantis:

I. Primum punctum, quod de indemnisatione urbarialitatum anticipative praestanda sonat, observationi illi

Illustrissimi neonominati Archi-Episcopi Agriensi occasionem dedit: quod in repraesentatione hoc intuitu substernenda restrictio illa, quam expressio in articulo 9-o Anni 1848. recurrens „magány földesurak“ continet, historicâ conditi hujus articuli expositione diluenda foret.

Quod superfluum nunc jam esse

Illustrissimus pr. Episcopus Diakovárensis et

Celsissimus Princeps Primas meminerunt, quum Ministerium Financiarum scriptotenus indemnisationem urbarialium praestationum amissarum Clero etiam praestandam addixerit; proin expressio illa dicti Articuli bonis ecclesiasticis praejudicare non possit.

Excellentissimo Colocensi movente enunciatum est, Capitale indemnisationis urbarialitatum bonis ecclesiasticis praebendae nullatenus, sed interusuria nonnisi in Seminariorum sublevamen impendi posse.

Archi-Episcopus Agriensis: quum sperari non possit, ut toti Clero tribuatur anticipativa indemnisatio, saltim pro Seminariis sollicitetur.

Excellentissimus Zagrabiensis: Cempensationem formalem, quae subseque cunctis bonis ecclesiasticis tribuetur, distingvens ab anticipatis solutionibus ad hanc faciendis, postremas has pro Seminariis quoque eo a fortiori postulari posse meminit, quum anticipationes tales non modo miseria pressis, sed praedivitibus plane Dominis terrestribus secularibus tribuantur.

Illustrissimus Iaurinensis: Ad facilius obtinendum effectum, modalitas solutionum harum subsidialium praestandarum, Regimini indicetur. Oretur Regimen, ut dentur obligatoriae Status publici, quae fructificent Seminariis; declaretur una: Capitalia pro temporibus perpetuis in aerario publico relinquenda esse. — Accedit Illustrissimus Rosnaviensis.

Illustrissimus Diakovárіensis: Superfluum censet id expresse memorare, quum, sicut sibi certo constat, capitalia utique in compensationem danda non sint, sed obligatoriales solum.

His praemissis enunciatum est:

a) Pro Seminariis compensationem amissarum urbarialitatum, e parte saltim, anticipative solvendam a Sua Majestate exorari debere.

Excellentissimus Colocensis memorat, compensationem hanc non solum pro elapsis urbarialibus praestationibus, sed pro dimissis etiam decimis, quae bonis Seminariorum inhaerebant, postulandam esse; quum talis nobilitaribus personis legetenus assecurata sit; quum Episcopi renunciantes talem pro Clero inferiori expresse postulaverint; quum denique Art. 13-ii Anni 1848. §. 2-us de condigna provisione Curatis animarum per amissas decimas defectum Congruae passis praestanda sollicitetur. Hanc igitur legis provisionem ad Clerum juniorem quoque, ex quo Clerus inferior succrescentiam habet, extendendam esse autumat.

Adstipulantibus cunctis enunciatur:

b) Provisionem Articuli XIII-ii Anni 1848-i intuitu compensationis decimarum etiam ad Seminaria extendendam a gratia Suae Majestatis exorari debere.

Ad interrogationem Celsissimi Praesidis: num Episcopi beneficio indemnisationis a bonis Episcopatuum obvenientis in favorem Seminariorum renunciare velint? respondent:

Illustrissimus Iaurinensis: nequaquam, sed ad compensationis rationem anticipativas solutiones Episcopis praestandas, a Sua Majestate exorandas essa, ut Episcopi Seminariis suis succurrere possint.

Excellentissimus Colocensis: Renunciare Episcopi non possunt; jus enim proprietatis laederent; Successoribus suis praejudicarent: sed nec ad stabilia subsidia se obligare possunt; saltim non in conferentiis istis privatis.

Illustrissimus Diakovárensis: Anticipativae solutiones postulentur pro Episcopis, quia ipsi quoque iisdem egent, et quia pro nobilis sui officii ratione Seminariis etiam succurrere intendunt.

Illustrissimus Veszprimiensis: Eadem ratio pugnat pro hac indemnisationis anticipatione penes seminaria, quae penes seculares dominos terrestres. Pro istis, necessitas ipsorum, fundamentum addictae anticipationis constituit: necessitas Seminariorum aeque in patulo est; praestanda igitur bonis illis etiam est anticipatio, e quibus Seminaria adusque sustentationem suam habuerunt: bonis scilicet Episcopatuum illorum, qui ad fundum regulatorum Episcopatuum annuas solutiones praestiterunt.

Tum Illustrissimus Iaurinensis observat: indigentias Seminariorum praesentissimas, anticipationem vero hanc compensationis incertam, nec illico obtinendam esse; quare, ut illis subveniatur, oblationem ab ipsis Episcopis hic loci certam et determinatam faciendam esse; quae speciem abalienationis nullo respectu habere potest.

Illustrissimus Scepusiensis: Gratias agit pro declaratione hac, eam per extensum suam faciens, maxine e respectu summae perplexitatis, in quam Seminaria excisarum aevo recentiori Dioeceseon conjecta sunt, effectuari exorat. Antiquarum enim Dioeceseon Seminaria propriis, sive bonis sive Capitalibus gaudent, faciliusque subsistere possunt; non ita novarum Dioecesium Seminaria, quae, ubi illae e matribus Dioecesibus excisae fuerunt, dotationem suam e fundo regulatorum Episcopatuum receperunt. Hoc cessante cessare et ipsa, et cum ipsis successio Cleri Dioecesium concernentium debet, ni tempestive ipsis succurratur. Opportunissime igitur fiet, si a matribus Dioecesibus, a quibus novae Dioeceses abstractae sunt, et quarum Seminaria largam provisionem retinuerunt, quin ejus participia reddiderint Seminaria novarum Dioeceseon, illico spontanea declaratione sufficiens subsidium tributum fuerit. Periculum in mora est, alii fontes non illico scaturient. Si nec hic, benevolae oblationis, reseratus fuerit: cogentur hae Dioeceses idipsum alia via — quam rei natura designaverit — sollicitare.

BIBLIOTHECA ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE

Illustrissimus Cassoviensis aeque postulat, ut antiqua Seminaria novis succurrant.

Celsissimus Princeps Primas: In simili perplexitate non nova tantum, sed plurima etiam antiqua Seminaria constituuntur, v. g. Tirnaviense, quod — normali numero alumnorum Archi-Dioecesanorum 180. efficiente — vix tantos alere potest, ut universus alumnatus Archi-Dioecesis anno praeterito 95. juvenibus consisteret, anno futuro vero 120. alumnos numerare possit. Colocense Seminarium, — Archi-Episcopo, qui illud hucdum sustentavit, ingentem falcidiam proventuum passo, nec amplius pari mensura succurrere queunte, — aeque miserrime subsistit. Agriense obligationes et indigentias suas tegere non potest, etc. Quomodo itaque his Dioecesibus nec propria Seminaria debite provisa habentibus peculiare et exclusivum sustendandorum Seminariorum novarum Dioeceseon onus de jure imponi possit? non intelligitur.

Illustrissimus Diakovárensis: obligatio subveniendi Seminariis penes Episcopos est; et satisfacere ei non intermittent; sed legem stringentem hic condere non possunt; laesio enim haec esset juris proprietatis: obligatio talis nonnisi in Synodo bonis Episcopalibus imponi potest. Sed reapse sunt alia etiam subveniendi media. Intuitu sui saltim Seminarii amissis decimis omni fere dote destituti compensationem harum fidenter exspectat, quam Minister Cultus reipsa sibi eatenus remonstranti addixit; quaeve populi etiam — per extremam Seminarii destitutionem in oris illis graviter offensi — voto respondebit. Hic et alii fontes fluent pro aliis etiam Seminariis, modo reserentur; ille vero, qui e cordibus Episcoporum fluere debet: fluxurus aeque est, sicut fluxit hucdum in Colocensi et Zagrabiensi Dioecesi, quin opus sit Praesules moneri, vel fine illorum ad subsidia danda stringendorum ad regimen recurrere.

Post hanc deliberationem enunciatum est:

c.) Orandam esse Suam Majestatem Sacratissimam, ut ad rationem compensationis amissarum per Episcopos urbarialium praestationum anticipativa solutio ipsis praestetur, tum ut indigentiis ipsorum propriis succurratur, tum vero, ut per ipsos Seminariorum suorum necessitates tegi possint.

Post haec Celsissimus exhibitâ diversitate illa, quae inter variorum Seminariorum necessitates intercedit, ut cunctis opportune pro ratione indigentiarum suarum subveniri possit, quaestionem, de modo administrandi et dispensandi pecunias in subsidium Seminariorum tribuendas, movit.

Illustrissimis tamen Agriensi et Rosnaviensi monentibus: nunc, ubi fundus talis nondum existit, negotium hoc commode tractari non posse; decisio ejus ad tempus illud relegata est, ubi subsidiis jam revera praeexistentibus administratio conflati peculii necessaria fuerit.

Illustrissimus Delegatus Episcopi Transylvaniensis ad remonstrationem, quae fine compensationis decimarum Seminariis praestandae ad Suam Majestatem promovebitur, assumi orat etiam Seminaria, seu convictus puerorum in pluribus Dioceseos Transylvaniensis locis penes Gymnasia localia partim e privatis fundationibus, partim vero e decimis per Augustissimos Carolum III. et Mariam Theresiam addictis erectos, — qui cum eo respectu, quod proprie sic dicta Seminaria puerorum compensaverint, tum vero propterea, quod insigne adminiculum firmandae et generatim, et in specie in pueris e mixtis matrimoniis progenitis, qui in illis educantur, catholicae religionis constituant, merentur, ut compensatio decimarum, qua summopere egent, et sine qua aegre tantum subsistere possent, pro ipsis sollicitetur. Enunciatum est: in repraesentationem assumi debere. Determinatio ergo sic sonat.

„Educatio Cleri junioris, parandaeque in eo piae, probae ac Deo placitae pro ministerio „Dominico generationis sacrae multum occupat pastoralem Episcoporum congregatorum solli„citudinem; idve tanto magis, quum per novam rerum in patria nostra conversionem sublatis „decimis et elapsis urbarialitatibus plura Seminaria propriis bonis gavisa, magnam proventuum „suorum falcidiam passa fuisse cernantur: sed et fons ille, e quo hucdum indigentiis eorum „subventum fuit, fundus scilicet regulatorum Episcopatuum, accisis Praelatorum illorum — ex „quorum annuis symbolis coaluit — reditibus, plene cessaverit. Quare de novis sustentandorum „horum sacri Sacerdotii plantariorum mediis ac fontibus sollicitari, inter praecipuas praesulei „sui muneris obligationes reputant congregati Episcopi.“ In specie igitur:

„Homagiali cum fiducia exorandam ducunt Suam Majestatem Sacratissimam, ut praeter „amissarum urbarialitatum compensationem, benigno rescripto Excelsi Ministerii financiarum „cunctis bonis ecclesiasticis adpromissam, et e parte solum anticipative solvendam; provisionem „§. 2. art. 13. 1848 ad Seminaria etiam, velut opis hujus maxime indiga, adplicare dignetur,

„quod eo fiducialius petunt: quoniam decimae Seminariorum, renunciatione quorumdam Prae-„latorum et Capitularium in Comitiis anni 1848 illegaliter extorta nec fuerant comprehensae, „nec poterant aboleri. Utramque compensationem consultantes Episcopi in obligatorialibus „fieri posse censent, ita, ut summarum capitalium, quae penes aerarium publicum mansurae „sunt, censum, Seminaria quo ocyus percipiant. Simile compensationis beneficium Episcopi etiam „ad convictus puerorum in Transylvania, penes Gymnasia existentes, ob urgentem necessitatem, „et religiosam prolium educationem extendi orant. Quia autem praeter pauca nonnisi Seminaria, „quae suam dotem in bonis immobilibus vel decimis habebant, reliquis fere e fundo regulatorum „Episcopatuum nunc jam penitus exhausto, succursum fuit: Sua Majestas Sacratissima porro „exoranda erit, ut bonis quoque episcopalibus gratiam largiendi anticipative, titulo compensan-„darum urbarialitatum, subsidii praestare dignetur, quo Episcopi, quum proprias indigentias „facilius sarcire, tum Seminariis pro nobili officio succurrere valeant."

II. Itum dein ad alium pro subsistentia Seminariorum designatum fontem: fundum scilicet Religionis, qui pro intertenendis Curatis originarie constitutus, ad tegendas principales Ecclesiae indigentias destinatus est, proin ad sustentationem Seminarioum etiam opportune concurret.

Illustrissimo M. Varadinensi G. Catholico id probante;

Excellentissimus Zagrabiensis dubium habet, num fundus hic, ceu nec aliorum urgentissimorum titulorum indigentiis sufficiens, e quo miserrimae etiam Curatorum Congruae proxime augeri deberent, ad subsidia Seminariis danda concurrere possit; quo tamen magis sufficiens evadat, compensationem nonmodo urbarialium praestationum anticipative sed decimarum etiam praestandam pro fundi hujus etiam bonis urgeri orat.

Illustrissimus Cassoviensis: fundum Studiorum etiam ceu fontem designari optat; — quem tamen non sufficere observat Excellentissimus Zagrabiensis; — et hoc non obstante pensa exinde protestanticis Scholarum inspectoribus in maximum praejudicium proprietatis Ecclesiae Catholicae assignari, cum subsumptione memorat Illustrissimus Agriensis.

His loco hoc missis, Sua Celsitudo meminit: si fors fundus Religionis ad subsidia suppeditanda non traheretur, vix modum suppetiturum esse, occurrendi Seminariorum necessitatibus; ad statum enim fine obtinendi ex aerario publico subsidii, usquedum alii fontes patent, recurrere cautum putat.

Illustrissimus Diakovárensis: summus quidem cultor est libertatis Ecclesiae; non est tamen ejus persvasionis, ut a statu nil petatur; nam certum est 1) Statum civilem suas habere religiosas obligationes ex insignibus servitiis per Ecclesiam eidem praestitis resultantes, vi quarum religiosis civium indigentiis succurrere tenetur, idve 2) eo magis, quum certe intersit status, ut religionis ministri praeter honestam subsistentiam media etiam recipiendae et prosequendae talis culturae intellectuali-moralis habeant, quae ipsos ad quo perfectiorem generationem educandam aptos reddat: a miseris vel misere educatis Curatis multa postulare status civilis non potest. Obligatio haec status civilis 3) augetur per id, quod Clerus major et minor notabilem pecuniae vim contributionis instar Statui civili tribuat; quae ceu e bonis pro usu Ecclesiae dicatis obveniens, ut per Statum pro bono Ecclesiae iterum saltim in parte impendatur, aequum est; quin ideo libertatem Ecclesiae periclitari oporteat: nullo jure pro statu civili in obversum libertatis Ecclesiae ex obligationis talis implemento enasci queunte.

Illustrissimus Cassoviensis: assensum praebet his eo magis, quum in aliis etiam regnis in publicis Status rationibus propriam stabilem rubricam expensae pro Cultu seu Ecclesia suppeditatae occupent.

Celsissimus Princeps Primas: tunc primum subsidia a Statu petenda autumat, ubi aliunde nil amplius obtineri potest; hoc in casu tamen urgenda et acceptanda fore ipse facto monstravit, dum subsidium pro Seminariorum anni $18\frac{49}{50}$ sustentatione a Statu postulavit.

Illustrissimus Diakovárensis: non solum in casu summae necessitatis instar eleemosynae vult requiri id, ad quod Status civilis stricta obligatione tenetur.

Illmus M. Varadinensis G. Catholicus: summa cum cautela in hoc negotio procedi vult, ne fundamento praebitorum subsidiorum Status civilis plus juris sibi praetendat in bona Ecclesiae, quam oporteret, et ad parem cum suis bonis categoriam illa redigat. Haec fuit ratio, quod subsidium 3,000 flnorum 1848 per Regimen hungaricum sibi oblatum acceptare noluerit. Cautos esse oportet; si tamen alii fontes non sufficiant, ad Statum recurri posse et debere putat.

Caeterum recens agnitum et assecuratum a Ministro financiarum jus proprietatis Cleri in bona sua grato animo recolit.

Contra mentem Illustrissimi Diakovárensis in assecuratione hac magnam quoque securitatem invenientis:

Illustrissimus Agriensis periculum omne remotum esse non videt, quum alienae Confessionis vel plane Judaeus nefors Cultus Minister, qualis spectata constitutione hodie cras esse posset, magnam securitatem Ecclesiae praebendo haud sit.

Enunciatum est: projectum acceptari hac forma:

„In gravi, qua Seminaria in praesentiarum arctantur necessitate, fieri non potest, quin „fundus religionis, ex quo hactenus etiam, praesertim a temporibus Josephi II-i quibusdam Semi-„nariis subsidia adfluxerunt, in succursum advocetur. Desiderant itaque Episcopi congregati, „ut quantum per alias necessitates ecclesiasticas ex hoc fundo tegendas fieri potuerit, semina-„riis etiam pars subsidii ex eodem religionis fundo obveniat; cui subsidio ferendo ut par fiat, „anticipata urbarialium praestationum, item decimarum compensatio, ad bona etiam fundi religio-„nis Caesareo-Regia clementia extendi oratur.

III. Fons tertius acceptatur. — Remonstretur. — Sonabit decisum:

„Plurima sunt Seminariorum etiam dioecesanorum capitalia jussu altiori aerario publico „illata, et erga exiguum censum ibidem a longo tempore exhaerentia, quae sortilegio ob-„noxia, post longam nefors annorum seriem, ubi extracta fuerint, solitum legale interusurium „fundent; quum vero hujus in plena mensura obtinendi urgentissima sit necessitas, ut capitalia „haec juxta plura similis clementiae exempla pro extractis considerentur et declarentur, con-„cernentiaque Seminaria plenum censuum usum indilate consequantur: Sacratissimam Majesta-„tem exorandam decernunt congregati Episcopi."

IV. Revindicanda bona Capituli quondam Hantaënsis — Non repraesentatur. — Celsissimus Princeps Primas oratur, ut causam ad revindicanda Ecclesiae bona haec incaminatam prosequatur. — Decisum:

„Ubi bona ad Collegiatum quondam Capitulum Hanta-ense pertinentia, nunc vero ad fis-„cum regium devoluta: Kis- et Nagy Bér, revindicata fuerint, reditus eorum ad fines eccle-„siasticos, proin ad succollanda etiam Seminaria deputabuntur. Interea autem causae hujus, „jam pridem in pertractationem assumtae exitum, Princeps Primas continua attentione prose-„cuturus est."

V. Pro fonte quinto subsistentiae Seminariorum assignantur proventus vacantium cunctorum majorum et minorum beneficiorum.

Illustrissimus Eperjesensis: vacantium beneficiorum intercalares proventus in Dioecesibus Gr. Catholicis ad fundum viduarum inferuntur, proin fontem subsistentiae Seminariorum constituere non possunt.

Illustrissimus M. Varadinensis: in sua Dioecesi recentius proventus hi praeter dictum titulum etiam ad educandos orphanos Curatorum in Seminariis impenduntur.

Quantum in specie ad intercalares Episcopatuum proventus:

Illustrissimus Agriensis et Illustrissimus Diakovárensis contra id se enunciant, ut media illa pars proventuum vacantium Episcopatuum, quae in sensu Conventionis Kolonicsianae fisco obtingat, eo minus vero integri — ut usu venit — proventus aerario publico cedant; proprietate et administratione bonorum horum in sensu etiam novae Consititutionis ad Ecclesiam pertinentibus, nullove fundamento existente, illos porro quoque pro fisco regio vindicandi.

Illustrissimus Iaurinensis: non solum Episcopatuum sed et Abbatiarum et Praeposiurarum realium proventus intercalares secus fisco cedentes pro indigentiis Ecclesiae deputentur.

Celsissimus: Oretur Sua Majestas, ut proventus hi Ecclesiae cedant; insumantur vero in sustentanda Seminaria, aliosve fines ecclesiasticos.

Quantum porro ad proventus Capitulorum:

Illustrissimus Cassoviensis observavit: injuriam factum iri Capitulis et Cassae Dioecesanae, si vacantium Canonicalium stallorum proventus hucdum ipsis cedentes aliorsum convertantur. Omnibus consultum fore, si ⅓ pars Seminariis, ⅓ Cassae dioecesanae et ⅓ Capitulo addicatur; facilius sic consensus concernentium obtinebitur.

Celsissimus Princeps Primas: Post exquisitam mentem Excelsae Conferentiae enunciat: negotium hoc non Suae Majestati substernendum, sed Capitula per Episcopos proprios provocanda esse, ut unam partem proventuum horum intercalarium ad fines Ecclesiae in specie seminarialem cedant.

Quantum denique ad intercalares parochialium beneficiorum proventus, memoravit

Celsissimus: in Austria omnes hos proventus ad fundum religionis influere, administrari per beneficii in Spiritualibus Administratorem et additum ei officialem Status civilis; prior e fundo religionis solvitur.

Illustrissimus Iaurinensis: praescindi vult ab hac quaestione, quae novam paroehiarum organisationem supponeret.

Illustrissimus Cassoviensis: Sunt Opima beneficia, apud quae idem in effectum deduci posset.

Illustrissimus Rosnaviensis: In Dioecesi Cassoviensi id antehac jam viguit. Consvetudinem hanc in salvo relinqui vult.

In hoc sensu determinationem enunciavit Celsissimus. — Decisum:

„Bona ecclesiastica in ipsa quoque nova Monarchiae constitutione ut peculium ecclesiae, soli hujus dispensationi obnoxium agnita sunt. Consultantes igitur Episcopi non dubitant „administrationem bonorum episcopalium post mortem Praelati, exclusa camerali ingessione, „Ecclesiae relinquendam esse; ita ut fructus eorum intercalares finibus unice ecclesiasticis, et „inter hos Seminariis impendi possint; Capitula autem universa perhumaniter provocanda stauunt, ut quantum e reditibus stallorum vacantium ad tam sanctum finem converti posse judicaverint, id pro suo in bonum Ecclesiae zelo praestare velint; consvetudine Dioecesium, in „quibus parochiarum vacantium reditus ad dispositionem Ordinarii, vel fundum religionis fluunt, „salva manente."

VI. Ad uberiora pia legata facienda Clerus provocetur.

Id per singulum Episcopum in sua Dioecesi faciendum esse unanimiter censuerunt Excellentissimi et Illustrissimi Domini.

Quantum ad Testamenta Praelatorum.

Celsissimus Princeps Primas et Illustrissimus Iaurinensis putant, facultatem libere testandi a Sua Majestate implorandam esse.

Illustrissimi Agriensis et Diakovárensis volunt, ut Praelati non petant, sed ad usum se ponant.

Illustrissimus Cassoviensis et Excellentissimus Zagrabiensis observant, id effectuari nequire, quum in casum mortis adsint mox Camerales officiales, qui substantiam demortui Praelati apprehendunt; quare cum Excellentissimo Zagrabiensi consentiunt omnes, id petendum esse, ut restituatur Praelatis libera de substantia sua disponendi potestas.

Excellentissimus Nitriensis: negotium hoc, ut debite aestimari et discerni possit, ad orbitam suam reduci vult. Prima hujus restrictionis initia repetenda dicit a diplomate Ferdinandeo de facultate testandi Praelatorum de anno 1625., quo statutum est: ut Praelati media parte substantiae ad fines ecclesiasticos legata, de alia parte libere disponere possint; ita tamen, ut fortalitiorum memores esse velint; sed quia spem obtinendi ampla hoc fine legata experientia fefellit, Conventio Kolonicsiana sub Leopoldo 1-o Anno 1703. inita et Art. 16-o 1715-i ceu talis praescripta fuit, quae ad interim vigeat, donec exmissa Commissio aliud defixerit; id non obtinuit, Commissariis cameraticis declarantibus, se plena tractandi potestate instructos non esse. Feliciter terminato bello turcico et recuperatis fortalitiis finitimis, Episcopis vero cum provocatione ad tit. 9-um Part. 1-ae ad restaurationem illorum, substantiae posthumae parte eo deputanda concurrere nolentibus, in sequelam expetitae loco Altiori opinionis Causarum regalium Directoratus enunciatum est: fundamento decimarum teneri Episcopos hac modalitate ad fortalitiorum conservationem concurrere. Quum jam decimae cessaverint suapte patet, superstructam etiam eis obligationem, partem substantiae suae posthumae fisco cedendi, et respective restrictionem facultatis testandi, ipso facto cessasse. Hujus enunciatio Altissimo loco sollicitetur, argumento maxime eo, quod bona ecclesiastica etiam vacante Sede indolem suam non exuant.

Quod ipsum Celsissimus instar determinati enunciavit. — Conclusum:

„Singuli" ecclesiastici beneficia curata, simplicia, vel pensiones dioecesanas habentes, ad „ampliora, e respecu subversantis Seminariorum necessitatis, pia legata pro fundo Seminariali „facienda instanter provocentur."

„Oranda est sua Majestas Sacratissima, ut libertatem Ecclesiae sub glorioso suo regimine auspicatissime sancitam etiam eatenus clementer restituere dignetur, ut Praelati juxta „Sacros Canones, de bonis episcopalibus pro casu mortis libera disponendi facultate uti valeant; „cum utique bona ecclesiastica, sede etiam vacante, indolem suam non exuant. Conventio proin „Kolonicsiana, quae nec hactenus fuerat penitus observata, omnem amittat vigorem, utpote „cujus vis obligandi, decimis, ad effectum conferendi pro fortalitiis subsidii, praecipue nixa, post sublationem decimarum suapte cessare debet."

VII. Novus fons subsistentiae Seminariorum in stipendiis scholasticis manualibus reseratur.

Illustrissimus Delegatus Transylvaniensis justissimum esse dicit, ut haec pro educatione Cleri junioris, quantum id per mentem Fundatorum fieri potest, impendantur; ratio enim, ob quam stipendiis manualibus stipendiati ad Clerum recepti exciderunt, ea fuit: quod novum stipendium ecclesiasticum priori successerit; hoc vero per dotem Seminariorum multum imminutam increverit, ratio etiam, cur stipendium manuale cesset, cessat. Orari igitur vult Suam Majestatem, ut juxenes regiae nominationis stipendio pollentes hoc retinere etiam qua Alumni Seminariorum possint.

BIBLIOTHECA E. L. BUDAPEST

Illustrissimus Rosnaviensis: optandum, ut manualia stipendia in convictualia commutentur. Sublatos recenter convictus dolet.

Celsissimus: contra Cassoviensis et M. Varadinensis sublationem remonstratum a se est.

Illustrissimus Scepusiensis: anxius est, ne stipendiis manualibus abrogatis, unum iterum e vinculis, quo seculares, Ecclesiae adstringuntur, rumpatur.

Illustrissimo Iaurinensi explicante: non de eo, sed de collatione stipendiorum privatorum Episcopalium et Capitularium alumnis Seminariorum, de eo item, ut recepti ad Clerum regia stipendia retinere possint, agi.

Celsissimus subjunxit: parum utilitatis Ecclesiae Catholicae e stipendiis his adcrevisse, prout id experientia testatur. Determinatio per Celsissimum enunciata est: De privatis stipendiis, in dictum finem convertendis non repraesentandum; quoad regiae nominationis stipendia vero orandam esse Suam Majestatem, ut recepti ad Clerum, prius jam iis provisi, salva mente Fundatorum ea retinere possint. — Decisum:

„Privata, ad dispensationem Episcoporum et Capitulorum pertinentia stipendia, usque „dum necessitas praesens duraverit, et in quantum id menti fundatorum non contrairet, Clericis „etiam obveniant; publica vero, quae cum annutu Regiae Majestatis conferuntur, apud receptos „ad Clerum juvenes, qui prius jam talibus gaudebant, relinquantur; quod a Sua Majestate „Sacratissima impetrandum erit."

VIII. Proventus unius Stalli in quovis majori Capitulo Seminario addici, ut projectatur, nolunt Excellentissimi et Illustrissimi Domini, ne — prout Celsissimus Princeps Primas observavit — Clero inferiori ad promeritum fatigiorum suorum praemium in stallis his praebendum respicienti stimulus adimatur, vel aliqua murmurandi causa praebeatur. Praeterea accisis multum Capitulorum proventibus nec fundus Seminariorum provisione tali notabiliter augeretur.

IX. Intuitu obligationis Capitulis incumbentis, ut unus Canonicorum cathedrae theologiae praesit, diversa in diversis Capitulis valere enunciat Celsissimus, ita ut

1) jam Canonico uni praelegendi officium per se exequendum incumbat;
2) jam liberum sit illi alium cum iudultu Episcopi loco sui sufficere a se solvendum;
3) jam denique Capitula quaedam ab onere hoc immunia sint (Csanád. Segn. Cass.)

Ut in quovis Capitulo Canonicus cathedram teneat, porro quoque observari decernitur; negotio hoc ad provisionem ordinariorum relegato. — Decisum:

„Unam saltim e cathedris in quovis dioecesano studio theologico Canonicus actualis teneat."

X. Ad benevola oblata Clerum quivis Episcopus proprium provocet; — texatio utique nonnisi in Synodo decerni posset. — Decisum:

„Universus Hungariae Clerus exposita morali obligatione, quae e praesenti necessitate „Ecclesiae, in sensu etiam Concilii Tridentini, in eum redundat, ut ad subsistentiam Semina„riorum sublevandam benevola, v. g. unius centesimae partis proventuum suorum 300 flnos non „superantium, quinque centesimarum vero a reditibus dicta summa majoribus, oblatione concurrat."

XI. Abbatiarum et Praeposituarum realium proventus Seminariis addicendi.

Excellentissimus Nitriensis optasset, ut Praepositura S. Benedicti de Kaposfeő et Abbatia S. Jacobi de Silisio, eximantur ab obligatione concurrendi ad sustentationem commembrorum Instituti sublimioris presbyterorum educationis ad S. Augustinum Viennensis. Fundo regulatorum cessante ad augendum religionis fundum, utique urgentissimis Ecclesiae indigentiis sarciendis insufficientem, insigniter conferrent 4,800 flni Conv. eorsum impensi. — Nunc id adhuc rescire desiderat, quantum proventus duorum illorum beneficiorum, ab alendis commembris — quorum interdum vix duo tria fuerunt — residui, impensi fuerint; quum id loco altiori defixum fuerit, ut superflui reditus in capitale intertentioni alumnorum hungaricorum inserviens convertantur.

Illustrissimus Diakovárensis respondet: non modo nil supernatat, imo non obstante eo, quod pro aliis aeque ac huugaris commembris e concernentibus fundis 600 floreni annue soluti fuerint, potissimum Sua Majestas ad tegenda supererogata e proprio concurrere debuit.

Illustrissimus Delegatus Transylvaniensis: Praeposituram de Kaposfeő domestice male administratam, nec melius exarendatam, vix sufficientes pro 4. commembris (qui numerus diu stabilis fuit) proventus fudisse; — quorsum vero reditus Abbatiae de Silisio devenerint? a se ignorari asserit.

Celsissimus: Pro 8. presbyteris nunc in Instituto sustentatis 4,800. fl. C. M. e proventibus Prepositurae et Abbatiae illius dependuntur; — quod residuum fuerit, ad sublevanda Seminaria convertendum a Sua Majestate, supplicent Episcopi congregati. Consentiunt. — Conclusum:

„Abbatiarum et Praeposituraruin realium Capitulis aut Ordinibus Religiosis non adhaerentium, vel secus stabilem, ad certos Ecclesiae fines, v. g. dotandos Episcopatus, destinationem „non habentium proventus, — quam primum id fieri potuerit, et usquedum praesens Seminario-

„rum necessitas duraverit, in sensu Concilii Tridentini et patriarum legum, — ad eundem finem „convertantur; huc intellectis reditibus Abbatiae S. Jacobi de Silisio, et Praepositurae S. Benediciti „de Kaposfeő, qui a 4,800 florenis ad Institutum Augustinianum convertendis supernataverint."

XII. De solvenda intertentionali quotta per alumnos opulentiores, cum his tractare ad quemvis Episcopum pertinet. — Conclusum:

„Si ex alumnis ad Seminarium receptis, aliqui opulentioribus parentibus nati essent; ii „ad solvendam ex toto vel ex parte intertentionalem aliquot saltim annis quottam, provo- „candi erunt."

XIII. Circa reductionem cursuum in quibusdam Seminariis necessariam, cointelligenter cum vicinis Ordinariatibus, disponere Episcoporum est. — Conclusum:

„Maximum denique sublevamen fundis Seminariorum accedet, si, — non quidem numerus „Seminariorum dioecesanorum, quae quantum possibile fuerit retineri optant Episcopi congre- „gati — sed cursus in eisdem reducti fuerint, et in quibusdam minus frequentibus unicus tantum „(jam primus, jam secundus) theologiae cursus — sub immediata Episcopi inspectione persolven- „dus — retentus fuerit, aliquibus superionum Officiis, scopo majoris oeconomiae per professores „ipsos providendis.

„In reductione hac, frequentiae alumnorum pro usibus Dioeceseos annue requisitorum, „et proventuum cujusvis Seminarii domesticorum, praecipua ratio habenda erit.

XIV. Excellentissimus Zagrabiensis: In quantum hi fontes ad praebenda subsidia pro Seminariis requisita non sufficerent, — sicut reipsa non sufficiunt, — a Sua Majestate sublevamen ex aerario publico tribuendum petatur.

Accedentibus voto suo omnibus, Celsissimus idipsum determinationis instar enuuciavit hoc modo:

Cum denique cuncti hactenus recensiti fontes, opem sufficientem haud esse laturi facile praevideantur, reliquum est: ut consultantes Episcopi ad clementiam Caesareo-Regiam homagiali cum devotione recurrant orantes: ut indigentiae, quae seu ante apertos hos fontes sarciendae, seu etiam postea supermansurae sunt, ex aerario Status publici compensentur. Cum enim Ecclesia per suos Religionis ministros Reipublicae civili utilitatem, nullo alio commodo compensandam praestet, ipsum autem aerarium ex potioribus catholicorum civium facultatibus locupletetur: aequum et destinationi redituum publicorum maxime conforme judicant congregati Episcopi, ut dicti reditus etiam educationi Cleri cum salute Civitatis intime nexae inserviant. —

Sessio Quarta

celebrata die 27-a Augusti a meridie hora ½6-a, praesidente et adsidentibus iisdem, qui priori Sessioni interfuerunt.

Postquam Sua Celsitudo de numero et forma remonstrationum ad Suam Majestatem Sacratissimam super objectis hactenus discussis adornandarum, deliberandum esse proposuisset, omnes quidem in id concesserunt: ut a) super libera communicatione cum Sede Apostolica, tum b) de Seminariis, denique c) de Conventione Kolonicsiana totidem distinctae repraesentationes elucubrentur, et nomine Excelsae Conferentiae Altissimo Loco substernantur; ast quoad formam remonstrationis de Seminariis, ac nominatim intuitu summae, quae titulo subsidii ab Excelso aerario interea, dum novi fontes aliquos proventus funderent, expetenda foret, Excellentissimus Colocensis quottam subsidialem tam e sua deductione Celsissimo Primati substrata, quam ex aliorum DD. Praelatorum relationibus super fundo suorum Seminariorum factis, calculo saltem approximativo eruendam, et in remonstratione exponendam proponebat; cujusmodi calculi difficultatem Excellentissimo Zagrabiensi eo: quod novi fontes nondum essent aperti, neque proinde quantus ex illis nervus redigi possit, pateret, obmovente: Sua Celsitudo produxit tabellarem computum subsidiorum hactenus et nominatim anno scholastico recens praeterlapso e fisco publico Seminariis tributorum, curatura: ut voto Excellentissimi Colocensis conformiter, summa quaepiam, quae necessarii pro Seminariis, usque dum novi fontes succurrerint, intertenendis, subsidii mensuram attingat, ex dictis tabellis eruatur. Quo probato Illustrissimus Jaurinensis de Seminario Colocensi, quod utpote unicum omni pene fundo destitutum novum in onus mensae Archi-Episcopalis recidit, distinctam in remonstratione mentionem faciendam proposuit. Proponente posthaec eodem Excellentissimo Colocensi: ut Libri scholastici pro praelectionibus theologicis communi Episcoporum suffragio praescriberentur, Sua Celsitudine de difficultate hujus quaestionis monente, ac una de eo: quod principia Febroniana elapso anno scholastico quoque proposita fuisse ex thesibus sibi exhibitis cognoverit, dolenter referente, Excellentissimos et Illustrissimos Praelatos provocavit: ut singuli eorum auctores, quos pro praelectionibus theologicis probandos putarent, scripto subin ad se perferrent; ut pro numero votorum dictos Auctores designare valeat.

His ita superatis lectus et pro privata Episcoporum directione retentus fuit §. 23-us, de Seminariis puerorum sic sonans: „Ut juvenes jam a tenera aetate saeculi vitia facilius declinare „valeant, sicque ad statum ecclesiasticum habiliores evadant: Episcopi de Seminariis puerorum „erigendis opportuna inibunt consilia, agentque, ut illa spiritui ecclesiae conformiter administrentur."

Tum itum est ad §. 24-um, de praesentatione et nominatione Episcoporum; cumque Excellentissimus Zagrabiensis in eo disparem ab Austriacis, Episcoporum Hungariae nominationis regiae formam commemoraret: quod illi nulla propositionis alicujus injecta mentione, hi vero erga propositionem Ministerii Internorum Negotiorum renuncientur; cum tamen jus nominandi Episcopos in Regno Hungariae vi delegationis pontificiae Regi apostolico personale esse dignoscatur; quodipsum intuitu aliarum Monarchiae Austriacae provinciarum neutiquam obtinet; ut adeo illi potius, non isti absque ulla cujuspiam propositionis mentione essent nominandi; urgente Illustrissimo Agriensi: ut gravamen isthoc medio remonstrationis ad Suam Majestatem Sacratissimam perferatur; Illustrissimo Veszprimiensi, Ludovici Philippi nuper Galliarum Regis exemplo, qui ad propositionem Episcopatus et respectivi Metropolitae, non vero ullius Ministrorum suorum, Antistites designaret, nominationem Episcoporum in Hungaria erga propositionem Primatis Regni dehinc faciendam postulari; imo „veto" quoque eidem vindicari oportere proponente; Illustrissimo Iaurinensi non alios quam quos Primas Regni suo suffragio commendaret, nominandos postulante; Illustrissimo vero Diakovárensi quoad „veto" Primatis Regni observante: sufficienter cautum esse in hoc negotio per Nuncii Apostolici Viennae residentis interventum, et confirmationem pontificiam; quodipsum voto suo etiam Illustrissimo Episcopo Rosnaviensi probante; Sua Celsitudine demum declarante: quod hactenus non evenerit, ut quis contra votum Primatis Regni et respective suum in Episcopum renunciaretur, propositio Illustrissimi Cassoviensis: ut quippe Sua Celsitudo desiderium Excelsae Conferentiae: quatenus nempe in nominatione Episcoporum per Suam Majestatem Sacratissimam Regem Apostolicum pro Hungaria: praesentationis seu propositionis per Ministerium sibi factae mentio, uti in nominatione Episcoporum Austriae usu venit, non injiceretur, Excelso Ministerio oretenus exponeret, communi voto probata est, ac una Sua Celsitudo ad id data opportunitate praestandum exorata, annuere et enunciare dignata est: meritum hujus §-i remonstrationi paulo prius primo loco memoratae inferendum esse. — Conclusum:

„Jus designandi personas ad Episcopatus evehendas Regibus Hungariae in documentum „grati animi et fiduciae privilegio Apostolico collatum fuit, atque ceu mere personale considerari „debet. Ast inter nova illa adjuncta, quae mutata administrandae reipublicae forma regnum quo- „que Hungariae subiit, natura hujus privilegii poscit; ut modus ejus exercendi definiatur: inito „speciali concordato inter Suam Majestatem Sacratissimam, et Sedem apostolicam, quippe sine „cujus consensu modus exercendi hujus privilegii mutari nequit; quod usquedum initum fuerit, in „nexu assecurationis per Excelsum Ministerium nomine Caesareo Regiae Majestatis Episcopis „Austriacis factae, desiderant Episcopi Hungariae: ut Sua Majestas Sacratissima in praesen- „tatione virorum ad Episcopatus evehendorum, Primatis Regni, et provincialium Episcoporum „consilia audire dignetur.

§. 25-us de Dotibus Canonicorum, quaestione de via, qua propositiones pro stallis canonicalibus deinceps faciendae sint? mota, quoad meritum declinatus est, et Sua Celsitudine, Excellentissimo Colocensi, item Illustrissimo Veszprimiensi suam in hoc passu experientiam in medium adferentibus, in eo coalitum: ut propositiones via Excelsi Ministerii negotiorum internorum penes comitivas ad illud, immediate ad Suam Majestatem Sacratissimam dirigantur.

§. 26-us De Canonico poenitentiario et Scholastico pro privata Episcoporum cura approbatus est. — Sonat autem sic:

„Ut lex ecclesiastica, in omni capitulo cathedrali Poenitentiarium et Theologum constitui „urgens, ad usum ubique revocetur, Episcopi curae habebunt.

§. 27-us De officiis civilibus Clericorum, Excellentissimo Zagrabiensi postulante: ut Excelsum Gubernium, dum quospiam de Clero officio alicui civili praeficere cupit, ex natura nexus hierarchici et dioecesani, desiderium hocce praevie respectivo Episcopo aperiat; Sua Celsitudine vero observante: quod neglecta Episcoporum opinione non raro individua ecclesiastica ad officia politico-ecclesiastica vel litteraria non optimo praesertim pro bono Ecclesiae delectu promoveri possent; atque eidem Illustrissimo M. Varadinensi ex eodem motivo suffragante; Illustrissimo vero Iauri-

nensi monente: quod non minus intersit Ecclesiae, quam Civitatis: ut Officiales status publici fiducia sua donare possit, in conclusum abivit; Sua Celsitudine id quoque enunciante, ut isthoc meritum etiam in suprafatam remonstrationem, ob affinitatem objecti inducatur. — Conclusum:

„Nullus Clericorum sive publico, sive privato civili officio potiatur, quin prius Episcopi „sui consensum expetierit et obtinuerit.

In quorum nexu Sua Celsitudo ad notitiam Excelsae Conferentiae pertulit: se intuitu applicandorum penes Excelsum Consilium, quod instaurandum speratur, Consiliariorum ecclesiasticorum; item erigendi ad latus respectivi Ministerii Departamenti ecclesiastici et huic praeficiendi e Clero Majori Consiliarii ministerialis; non secus de reducendis penes Fora Appellatoria ex ordine ecclesiastico Assessoribus et Cojudicibus, uti praevigebant, distinctas Altmo Loco remonstrationes substravisse. Conclusum est:

„Chorus Episcoporum consultantium Principem Regni Primatem unanimiter orat, ut ad „Consilium Regium, cujus restitutio speratur, a Sua Majestate Sacratissima duobus Praelatis „negotia Ecclesiae tractaturis locum impetrare adnitatur. Quorum delectum Episcopi ita fieri „cupiunt: ut eis communis Praesulum Ecclesiae hungaricae fiducia suffragetur."

Tum objecto gravioris indaginis de patronatu ad futuram Sessionem per Suam Celsitudinem relegato, Eadem legi jussit remonstrationem suam Excelso Ministerio Iustitiae pro eo exhibitam: ut facultas judicandi de accessoriis matrimonii penes fora ecclesiastica remaneat; item negativum responsum, quod a praelaudato Ministerio retulit; denique fundatam hujus responsi — medio adornatae novae repraesentationis — enervationem, quam unanimibus votis probatam Excelsa Conferentia suam fecit, et novam hujus negotii nomine ipsarum Conferentiarum, facta ad praevias remonstrationes provocatione, adursionem decrevit.

Tum Illustrissimus Agriensis recentissimo cxemplo Regni Bavariae, ubi partis catholicae, post solutum coram Foro acatholico cum conjuge acatholico Matrimonii sui vinculum, transitus ad nova vota denegatur, id ipsum pro tenore quoque Anticuli 26-i 1790/1 edicto publico sanciendum sollicitavit; quo probato, Sua Celsitudo de attentatis per Clericos tam seculares quam regulares matrimoniis amare conquesta est, atque determinatum: ut ad haec civiliter quoque irritanda Excelsum Ministerium medio remonstrationis provocetur.

Legi jussit post haec Sua Celsitudo Protocollum execrandi Schismatici Conventiculi Czeglédensis, die 21-a Julii, 1849-i asservati, in quo 55. Dioecesis Vaciensis Presbyteri

„Ordinarium suum Vicarium generalem Capitularem legitime electum et per Sacram Se„dem Pontificiam confirmatum nefanda temeritate exauctorare, spretaque subjectione ac fideli„tate legitimo suo Ordinario jurata, canonicam ei obedientiam inique denegare, jura regiminis „dioecesani in sensu SS. Canonum et vetustae consvetudinis sede vacante ad Capitulum Cathed„rale et hujus Vicarium pertineutia Clero subalterno asserere, indebitum, et vel ex eo pernicio„sum huic in gubernandam Ecclesiam influxum vindicare, demum ad coronandum nova audacia „temerarium hoc coeptum Vicarium generalem votis suis e medio sui deligere, legitimo Ordi„nario terminum, ad quem regimine decedere debeat, praestituere, et omnes ipsius post hunc „terminum suscipiendos actus invalidos, invigorosos, et nullos decernere veriti non sunt."

Quem impium sacris Canonibus, priscis Ecclesiae constitutionibus et avitae in ea consve„tudini adversum, juribusve illorum, qui positi sunt a Spiritu S. regere Ecclesiam Dei sum„me praejudiciosum ausum, — manifestissime ad convellendum omnem in Ecclesia legitimum „juris ordinem, ad perturbandos fideles, et praeparandas tristes in Ecclesia Una Sancta scis„siones tendentem, imo vere schismaticum — Congregati Episcopi gravissime improbarunt et „damnarunt."

Excellentissimus Colocensis vero insuper svadebat: ut Sua Celsitudo, pro jure metropolitico praecipuum hujus schismatici moliminis auctorem, Carolum Bobory, parochum Czeglédensem, qui se plane in Vicarium eligi passus fuit, in jus vocari, et causam pro superrevisione ad se promoveri disponeret.

Sessio Quinta

Praesidente et assidentibus iisdem, qui praecedenti intererant Sessioni, accedentibus Notariis: Sigismundo Kovács, Illustrissimi Episcopi Veszprimiensis a Secretis, et Joanne Zalka, Professore Historiae et Juris Ecclesiastici in Lyceo Archiepiscopali Strigoniensi, die 28-a Augusti 1850 ab hora 9-a matutina usque 1-am pomeridianam celebrata.

Excellentissimus Archi-Episcopus Colocensis moestus recolit vulnera Ecclesiae catholicae in Dioecesi Vaciensi, saeviente in patria seditione, per nonnullorum ejusdem Dioecesis malesanorum sacerdotum in conciliabulo Czeglédiensi congregatorum impio, legi, et disciplinae ecclesiasticae prorsus adversa molimina inflicta; quorum consideratione, multis precibus interpellandam censet Suam Majestatem Sacratissimam: ut nominationem Episcopi quantocyus suscipiendo, lachrymas viduitatis ex oculis praefatae Dioecesis clementer abstergere dignetur.

Illustrissimus Episcopus Magno-Varadinensis graeci ritus, celerrimam nominationem Praesulis, etiam respectu Dioecesis Fogarassiensis, quam maxime necessariam judicat, principaliter eo ex obtutu: ut unio non confirmetur modo, sed et laetius de die in diem propagetur.

Celsissimus Regni Primas his auditis observat: cum sex episcopatus sint summis orbati Pastoribus; an non expediret forsitan: ut chorus Episcoporum fine complendorum Episcopatuum Suae Majestati Sacratissimae demisse repraesentet; peculari facta mentione Vaciensis eo ex incidenti quoque: quod sit antiquissimae vacantiae, et Fogarassiensis: ne unio detrimenti quid patiatur. Quod a choro Episcoporum unanimiter hoc in sensu acceptatum est. — Conclusum:

„Afflictis Ecclesiae rebus stragique publicae moralitatis opportunissimum remedium per id „allatum iri censent congregati Episcopi, si Sua Majestas Sacratissima Ecclesias Episcopis vi„duatas quo ocyus dignorum Pastorum nominatione consolari dignata fuerit. Quam igitur „augustam gratiam omnibus quidem vacantibus Dioecesibus praestari homagialiter orant, ma„xime vero Vaciensi et Fogarassiensi, quarum illa jam longo tempore Pastore orbata, et sub „novissimis turbis iniquitati hominum et adjunctorum maxime obnoxia fuit; haec vero in prae„sentissimo versatur periculo, ut sacrae unionis vincula, malesanis schismaticorum consiliis „dissolvantur."

Illustrissimus benigne nominatus Archi-Episcopus Agriensis impense orat Conferentiam episcopalem: ut memor esse velit collegarum Episcoporum, qui mox ut arma consiluere, per judicia militaria condemnati, sedibusque suis exuti, in exteris degere coguntur oris. Homagiali cum veneratione accedendum esse ducit Altissimum Thronum: ut diebus his sole clementiae suae regiae eos quoque recreante, qui si non principales, certe activas in seditiosis moliminibus habuere partes, aliqui ejus radii ad eos etiam Episcopos extendantur, qui iniquis temporibus et adjunctis inviti succubuere. Quemadmodum pro fratribus petentes Episcopi sinceri fraterni affectus indubium hoc modo edent testimonium; ita exules Episcopi, gratia altissima in patriam reversuri, utpote quibus concessum erit inter concives, residuos transigere vitae suae dies, maximo reficientur solatio! Fontem Altissimae gratiae cuperet ad eos etiam derivari Sacerdotes, qui ob delicta occasione internorum disturbiorum commissa in diversis detinentur carceribus.

Ad quae Celsissimus Primas observat: se suo tempore omnia movisse magno quidem cum zelo, non pleno tamen cum successu, ut praememoratis Episcopis, et Presbyteris tolerabilior obtingat sors. Quaerit a choro Episcoporum: an censeat adesse nunc temporis momentum, quo uberioris gratiae spes haud vana affulgeat?

Illustrissimus benigne nominatus Archi-Episcopus Agriensis: longe alia nunc videt adjuncta, ac erant antea. Cum ipsum Excelsum Regimen complures proposuerit amnestia donandos, eaque reipsa donati sint tales, qui voce publica et communi, laesae Majestatis rei notantur; multo magis idem sperare licet de Episcopis et aliis Sacerdotibus. Demissam in horum favorem adornandam remonstrationem omnino pertentandam esse ducit. Ubi haec effectu coronata fuerit, laus erit tribuenda misericordi Deo, et clementi Caesari; ubi non: contestando fraternum affectum, Episcopi, quae debuerant facere, fecerunt. —

Illustrissimus Cassoviensis: Episcopos hoc temporis momento vix solvendos exilio; quamvis nullum videat ex reditu illorum in rempublicam imminere periculum; orandam tamen ducit Suam Majestatem Sacratissimam: ut tempus exilii pro iis, clementissime abbreviare dignetur.

Illustrissimus Veszprimiensis: peculiarem vult fieri mentionem in demissa repraesentatione Clericorum carceri mancipatorum.

His omnibus expensis Celsissimus Regni Primas adinstar conclusi enunciavit:

„Consultantes Episcopi fraternae charitatis officium persolvere cupiunt erga suos olim in „vinea Domini coadjutores sive Episcopos, qui exilio mulctati; sive Presbyteros qui carceribus „sunt detenti. Idcirco Suam Majestatem Sacratissimam supplicibus precibus unanimiter „exorandam statuunt, ut eosdem pari Caesareo-Regia Clementia complecti dignetur, quam „novissime plurimi cujusvis status et ordinis viri, magis etiam gravati, sibi obtigisse perennibus „gratiis celebrant."

Tum proponente Celsissimo Praeside, Principe Regni Primate, itum est ad sequens objectum pertractationis: ad onera videlicet Patronis Ecclesiarum incumbentia, quibus plures haud exiguam

proventunm hactenus e decimis et urbarialitatibus profluentium jacturam passi, se expedire vellent, — lectisque §-is a 31. usque 38. inclusive, de patronatu, et modo vacantibus parochialibus Beneficiis providendi, sonantibus;

Illustrissimus benigne nominatus Archi-Episcopus Agriensis primam ante omnia movit quaestionem: an Conferentia episcopalis cupiat saeculares Patronos licet reluctantes retinere? An acceptandae sint, vel secus resignationes patronatus? et si sic: quibus sub conditionibus? Ad quae:

Excellentissimus Archi-Episcopus Colocensis observat: Familiam Comitum Széchen, in Comitatu Bácsensi, patronatum in manus suas resignasse, et responsum tulisse: resignationem patronatus acceptari nequaquam posse. Commemorat simul: se praefatam Familiam ad Suam Majestatem Sacratissimam, velut summum omnium Ecclesiarum Patronum, cui unice eadem familia jus patronatus in acceptis referendum habet, remisisse, unaque Suam Majestatem demisse requisivisse: ne attactam resignationem, apud Altissimum Thronum fors pertentandam, acceptare dignetur.

Illustrissimus benigne nominatus Scepusiensis querulatur: in Dioecesi Scepusiensi obligationes patronatui incumbentes, a Patronis his temporibus potissimum negligi. Confirmat hoc exemplo plurium familiarum, Ecclesias et aedes parochiales collabi sinentium.

Illustrissimus Cassoviensis: e parte Episcoporum stringendos judicat Patronos ad declarationem: an jus patronatus porro quoque retinere desiderent, an non? Retinere nolentium decorum jus ad Communitates devolvatur.

Celsissimus Primas non putat ad specifica descendendum esse. Inter Patronos alios distingvit, qui nullo accepto beneficio, pietate et gratia solum permoti, oneribus cum patronatu connexis se subjecere; hos ubi nunc pauperes esse constat, ad gravia stringi non posse onera, ultro concedit. Alii dantur porro Patroni, quos ad onera patronatus et in posterum sustinenda teneri, tanto a fortiori arbitratur; quod constet hoc in casu, cum iidem cum donationalibus litteris acceperint etiam obligationes sustinendi ecclesias, et reliqua ferendi onera, ipsis bonis, non autem personae Patronorum onus patronatus incumbere: a quo proinde se expedire ipsis integrum esse nuspiam potest. Tertiam patronorum distingvens classem, alios reperit, quibus compensatio urbarialium praestationum et decimarum est stipulata, quive, quia etiam qua patroni sunt bonificationes recepturi, ex bonificatis decimis onera ferre obligantur.

Excellentissimus Segniensis: Ex opinione regnicolaris Deputationis 1827. ordinatae super objectis ecclesiasticis et fundationalibus e §-o „Quinam dicantur Patroni, et quae sint eorum jura et obligationes?“ praelegit punctum 1-um et 2-um, vigore quorum Patroni onus patronatus ferre obligantur, qui seu ex collatione regia, expressis obligationum titulis non circumscripta, seu ex donatione regia patronatum adepti sunt.

Excellentissimus Zagrabiensis: insistendum esse arbitratur principio: id esse nonnisi petendum a Patronis, ad quod stringi possint. Ubi illi oneroso titulo obligantur ad onus ferendum, ibi ab oneribus partem licet proventuum amittentes haud liberantur. Quantum ad eos, ubi hoc non subversatur, quive pietate etc. ducti, aut usu patronatum in se susceperunt; hos provocandos esse censet: an velint patronatum porro quoque retinere, an vero non? Nolentibus declarandum esse putat: eos jure et beneficiis patronatus abhinc uti non posse. Fatetur in sua Dioecesi Patronos juribus suis inhaerere etiam illos, qui onera ejusdem portare recusant. Usque dum lex feratur; auctoritate Suae Majestatis Sacratissimae declarandum esset: officiis non satisfacturos Patronos juribus suis excidere. Ex experientia hausit: Communitates jus patronatus libenter recepturas, dummodo apud ipsas sit jus parochos eligendi. In Insula vulgo Muraköz appellata Patrono Comite Festetics officia negligente, populus exstruxit Ecclesias, et patrono agendum vix reliquit aliquid.

Illustrissimus benigne nominatus Archi-Eipscopus Agriensis: si Communitates ubique ex integro catholicae existerent, aeque speraret easdem onus patronatus prompte suscepturas; sed hoc in Rosnaviensi Dioecesi eventurum esse sibi persvadere nequit: tum ob nimiam populi fidelis paupertatem, tum quod protestantibus intermixti vivere cogantur. Observat porro constare de Familia Principis Coburg, quod paratissima sit ad resignandum patronatum; si aliquos, hos putat esse stringendos ad onus patronatus retinendum, qui tenore collationalium ad id obligantur.

Illustrissimus praeconisatus Diakováriensis cum Celsissimo Primate existimat: qui stringi possunt, eos ad ferenda porro quoque onera stringendos esse. Qui ex pietate etc. sunt patroni, si provocati juribus patronatus renunciaverint, jus eorum vult devolvi ad Communitates; quas eo organisandas esse censet modo: ut domesticis gaudeant cassis, e quibus indigentiis Ecclesiarum et aedium parochialium provideatur.

Illustrissimus Iaurinensis: Duplicem cernit adjacere quaestionem: quid de resignatione patronatus sit sentiendum; et quid a Sua Majestate petendum? Primam quod concernit: cum Excellentissimo Archi-Episcopo Colocensi sentit. Nullum deprehendit discrimen inter Patronos; omnes

utuntur honorificis juribus: omnes ferant onera. Jus et lex canonica non novit discrimen inter Patronos. In omni bene ordinata Civitate cuncti actus civium legibus gubernantur; proprio marte nemo se expedit obligationibus suis; neque quis dicat: in Ecclesia talem in praesenti regnare anarchiam, ut cuique quod lubet, liceat etiam. In sua Dioecesi vix unum, alterumve habet reluctantem Patronum. Suam Majestatem orandam censet: ut provisoria dispositione cavere dignetur; ne Patroni resignent, aut resignare possint: sed ad onera sustinenda tanto magis stringantur, quod compensationem decimarum etc. sperandam habeant; unde etiam necessitatibus Ecclesiarum providere poterunt.

Illustrissimus praeconisatus Diakovariensis non unum dicit esse titulum patronatus. Titulus autem est vis obligans. Patronatum considerat qua contractum; jam autem pro ratione contractus, alii magis, alii minus obligantur.

Huic assentitur Excellentissimus Segniensis observando: in paupertatem redactos Patronos plane jure gaudere ab Ecclesiis intertentionem petendi.

Excellentissimus Zagrabiensis respiciendum esse dicit: quid a Sua Majestate sperandum sit? Sublato discrimine inter Patronos, dubitat spem adesse aliquam quidpiam impetrandi. Quaeritur: an praestet illos in usu patronatus relinquere, vel potius provocare: an velint eundem porro quoque retinere vel non? A simili provocatioue nullum sperat in Ecclesiam redundare emolumentum.

Illustrissimus praeconisatus Diakovariensis: Si in genere petatur: ut patroni stringantur; obtinebitur nihil. Provocat ad Suam Celsitudinem Primatem Regni, qui enunciavit: in hoc casu omnes suos reditus ad onus patronatus esse impendendos. Patronis, ut ii in praesenti sunt reditibus provisi, pristina onera ferre plane est impossibile.

Illustrissimus benigne nominatus Rosnaviensis diversas deprehendit categorias patronorum. Pauperes cogi non posse in propatulo est. Sed quae est modalitas paupertatem comprobandi? Interpellandam esse censet Suam Majestatem Sacratissimam: ut faciat provisionem juxta quam citra praejudicium Ecclesiae et Patronorum decidi possit: quinam ex Patronis sit ferendo onus patronatus, et qui non? Respectu Patronorum, qui titulo oneroso tenent patronatum, et hoc onere se expedire volunt; putat e re esse, si eorum pecuniariae oblationes sub conditione futurae liberationis praestandae acceptarentur. Simul orandam putat Suam Majestatem Sacratissimam: ut occasione speratae compensationis decimarum etc. pars pecuniae ab iis defalcetur Patronis, qui onus portare recusant.

Illustrissimus Veszprimiensis: in Dioecesi sua tantam subversari fatetur provisionis necessitatem: ut ni ea indilate subsequatur, cultus divinus exerceri vix possit. Cum Patronos omnes nequaquam videat paupertate pressos, ad altissimum Suae Majestatis notitiae statum perferendum esse arbitratur: multos Patronos immemores emolumentorum e patronatu redundantium ab oneribus se subtrahere, et renunciasse; Episcopos resignationes has non acceptasse. Una orandam ducit Suam Majestatem: ut patronos provocare dignetur, ut, nisi in extrema versentur necessitate, onus in futurum quoque ferant. Ubi populus patronatum in se suscipere pronum se exhibet, laus est tribuenda Deo; pluribus in locis ne manualia quidem praestat servitia, imo aperte declarat: se antiquas obligationes in futurum ferre nolle.

Illustrissimus Eperjessiensis vult: ut ubi onerosus est titulus, ibi patroni stringantur. Hinc Suam Majestatem Sacratissimam interpellandam esse ducit: ut fora competentia eo inviare dignetur: ut Episcopis conscientiose socias jungant manus, et patronos ad onera ferenda compellant. Mentionem injicit combustarum in Regécz et Sáros-Patak Ecclesiarum, quas patronus Princeps Breczenheim in ruderibus sinit jacere. Apud pauperes patronos coactionem non putat suppetere. Si patroni nominales tantum esse volunt, et non etiam reales: pauperibus patronis valedicendum esse existimat.

Illustrissimus Magno-Varadinensis graeci ritus catholicus nullum admittit discrimen inter Patronos; sed quoad modum explendi obligationes, est omnino discrimen. Prospiciendum est de modo, quo Patroni suas adimpleant obligationes. Patroni divites ex idea proprietatis Ecclesiae obligantur ad onus ferendum; sed quaerendum est: quae est pars proprietatis Ecclesiae apud Patronos existens? Qui e Patronis citra suam culpam pauperes sunt facti, ii stringi sane non poterunt. Qui autem dispositiones legis praestolantur: ii medio Suae Majestatis provocandi essent: ut obligationibus satisfaciant.

Excellentissimus Nitriensis observat: obligationes onera patronatus ferendi saepe saepius, uti e. g. in toto Banatu, ipsis bonis Patronorum inhaerere. Comes Gyulay olim obligationes patronales ferre nolens ad exemplum Comitis Széchen provocando, patronatnm in manus Suae Majestatis resignavit, quin tamen haec resignatio a Sua Majestate acceptata fuisset. Qui ex beneficen-

tia et pietate Patronos egerunt, hos omnes provocare minus consultum ducit. In Banatu pauperibus Patronis olim resignantibus, Sua Majestas decernere dignata est: ut onera ad fundum Religionis devolvantur.

Excellentissimus Segniensis provocandam ducit Suam Majestatem: ut ubi Episcopi e suis Dioecesibus ad Eandem recurrerint, disponenda benigne disponere dignetur.

Illustrissimus Iaurinensis: cum Episcopi determinare nequeant, qui e Patronis sint pauperes, qui non? hoc negotium ultro judicibus est relinquendnm. Suam Majestatem fine eo provocandam arbitratur: ut lege provideat, ne Patroni intolerabili suo arbitrio iudulgere praesumant.

Illustrissimus Veszprimiensis: Vult adjungi, ut in genere morosi, e ratione beneficiorum prius haustorum, interea etiam, donec aliter provisum fuerit, indigentiis Ecclesiarum provideant.

Celsissimus Primas: ubi beneficia, uti decimae etc. cessarunt, quibus patronatus uti fundamentis inhaesit, ibi Suam Majestatem provocandam esse ducit: ut patronatum ad Communitates transmittere posse, Patronis indulgeat.

Illustrissimus Cassoviensis: cum periculum videat in mora, hinc in repraesentatione adornanda rogandam putat Suam Majestatem: ut vel altissimam objectum hoc attingentem resolutionem emittere, vel provisorie disponere, omnem in casum quo ocyus, dignetur; cum nemo ignoret ingens esse, quod Ecclesiae imminet, periculum.

Illustrissimus Diakovariensis: etiam illorum Patronorum vult mentionem fieri, qui vel ex toto vel ex parte non sunt in statu onera patronalia ferendi. Quoad illos, qui ea in conditione sunt, ut onera ferre non possint; dignetur Sua Majestas provisionem facere, modumque propius determinare: quo hi vel ex parte vel ex toto ab oneribus liberari, et secundum quas juris solemnitates impossibilitatem ferendi onera probare possint.

Illustrissimus benigne nominatus Archi-Episcopus Agriensis censet: optimum fore modum, si medio Deputationis interveniente Ordinario negotium assumeretur, ut rebus disquisitis patescat: an ex toto vel ex parte adsit impossibilitas ferendi onera. Onera ferre nolentes cassae dioecesanae certam summam pendant, quae usibus Ecclesiae inserviat.

Excellentissimus Archi-Episcopus Colocensis putat: justi et aequi habendam esse rationem, dividendaque onera inter Dominum terrestrem et Communitatem; ut cuivis pro ratione possessionis et tenutorum pars ex oneribus quoque obtingat.

Illustrissimus benigne nominatus Archi-Episcopus Agriensis: haec valere arbitratur quoad Communitatem pure catholicam; sed quomodo prospicietur: ubi catholici inter acatholicos mixti degunt, aut exiguo sunt numero?

Illustrissimus Diakovariensis: liberas Communitates ita sperat erigendas: ut Dominus antehac terrestris nonnisi ut unus e civibus sit considerandus, qui qua membrum Communitatis, pro possessionis suae ratione concurret etiam ad indigentias Ecclesiae tegendas.

In considerationem sumpta sententia singulorum DD. Praesulum Sua Celsitudo ad instar conclusi enunciavit sequentia:

„Episcopi congregati observato eo, hac temporum calamitate complures Ecclesiarum Pa„tronos partim non implere incumbentes sibi obligationes, partim easdem continuis recursibus „a se amoliri velle; ingenti premuntur sollicitudine, verenturque, ne Ecclesiis et cultui divino „gravia immineant detrimenta. Cum igitur sibi integrum non sit, arbitrarias Patronorum abdi„cationes acceptare; ad Suam Majestatem Sacratissimam, velut supremum omnium ecclesiarum „Patronum, cum fiducia confugiunt, humillime orantes: ut arbitrio Patronorum, augustissima sua „auctoritate interea etiam limitem ponere dignetur, donec positiva legis dispositione negotium „patronatus decisum et ordinatum fuerit. Quod arbitrium in illis praecipue Patronis nequit to„lerari, qui sub conditione ferendorum onerum patronatus, varia beneficia impetrarunt, sicque „Ecclesiae jus proprietatis acquisiverunt.“

„Quodsi autem Patroni onera patronatus e sola pietate motu proprio suscepta longius „portare nolint, aut ob novissimam rerum civilium conversionem ad egestatem redacti, ferre „omnino non possint: Communitatibus, ad quas beneficia urbarialitatum et decimarum lege „novellari transierunt, obligationes patronatus ita incumbent: ut quisque pro ratione tenutorum „ad eas implendas concurrere teneatur; huc intellectis quoque possessoribus, qui antea jura „patronatus exercebant.“

Celsissimus Primas ventillandam proposuit quaestionem: num jus praesentandi ad beneficia ecclesiastica porro quoque apud Patronos irrestricte relinquendum sit? Quid de concursu eorum statuendum, qui ad Beneficia ecclesiastica adspirant? Num item liberum sit patronis ad fiscum Ecclesiarum recurrere fine suscipiendarum reparationum aedium parochialium?

BIBLIOTHECA E.M. BUDAPEST

Ad quarum 1-am Excellentissimus Zagrabiensis observat: irrestrictum jus patronatus nimiopere nocivum esse Ecclesiae. Meminit Patronum quempiam in sua Dioecesi pro Beneficio parochiali praesentasse alumnum Clericum vix absoluto cursu Theologiae anni 2-i. Attamen discretione et condescensione putat hac in parte esse utendum. Si e Patronis, qui obligationes suas rite explent, relinquantur in usu juris sui; attamen Investituram eousque differendam esse arbitratur; usque dum constat praesentatum iis haud carere requisitis, quae in Pastore animarum abesse non possunt. Ad exemplum Episcoporum Austriae ad examen concursuale neminem ante tres ab ordinatione in presbyterum computandos annos admittendum statuit. Qui tentamen concursuale subiverunt, sex sequentibus annis ab eo iterando absoluti censeantur. Non concurrentes, etsi praesentati, non acceptentur. In Dioecesi sua ad publicam retulit notitiam, neminem sine concursu ad Beneficium investiri; neminem ante terminatum 3-um presbyteratus annum ad concursum admitti posse

Celsissimus Primas observat: Se juvenem in Dioecesi Quinque-Ecclesiensi per Principem Batthányi praesentatum, nonnisi exacto semialtero in qualitate Administratoris anno, superatoque concursuali examine in Beneficium investivisse. Aeque putat: ad concursum nonnisi eos esse admittendos, qui tertium presbyteratus annum jam compleverunt; hunc concursum valere usque ad sextum a tentamine concursuali annum inclusive: item ad nova Beneficia transeuntes, ad nova tentamina concursualia obligari. Quantum ad Patronos, qui proni sunt ad onera ferenda; hos jure praesentandi hactenus concesso, porro quoque ornatos vult habere, salva illa dispositione: ut debeat prius praesentatus Ordinarium suum de sui qualificatione mediante concursu edocere. Ubi Communitatem in consortium patronatus venire contigerit; pro illa requirendam censet Suam Majestatem benigna dispositione: ut Communitas unum e tribus ab Episcopo proponendis Individuis per repraesentantes suos, hosque quo pauciores, eligere teneatur. Quod vero cassam Ecclesiae concernit; ejus est opinionis: inspectionem peculii Ecclesiae unice ad Episcopum pertinere, sine cujus consensu Patronus de eo disponere potest nihil. Ubi cassa Ecclesiae ex parte saltim etiam ex oblationibus fidelium coalescit, ex eadem aedes parochorum sarciri non possint; possint autem, ubi cassa coaluit e fundis a patrono concessis: utique impetrato prius consensu Episcopi.

Illustrissimus Veszprimiensis vult: ut ne praesentari quidem possint ad Beneficia, nisi qui examine concursuali superato, indubia sui quatificalionis specimina ediderunt.

Excellentissimus Zagrabiens¹s: de Ecclesiae peculio disponit Ecclesia, et Patronus absque consensu Episcopi disponit nihil; ad fiscum Ecclesiae igitur semper nonnisi consentiente Episcopo recurrant Patroni. Hanc viguisse dicit consvetudinem in sua Dioecesi: ut mixta exmitteretur Commissio, reparationes aedium parochialium e Cassis Ecclesiarum susceptura.

Quibus expensis Celsissimus Primas instar conclusi enunciavit: —

„Jus praesentandi Patronis illis, qui obligationibus patronatus porro quoque satisfacere „sunt parati, Episcopi in praevigente usu salvum manere volunt. At respectu Communitatum, „ad quas in posterum patronatus devolvetur, talem legis dispositionem optant; ut illae nonnis „e tribus, quos Episcopus ceu dignissimos praesentaverit, eligendi jus per suos repraesentan„tes nanciscantur: quod tam ratio curae animarum, quam aequitas in aestimandis Clericorum „dotibus et meritis adhibenda postulat, et splendidum Augustae Dynastiae exemplum insigni„ter commendat.“

„Illud etiam Episcopi universalis normae instar a Regia Majestate decerni orant, ut nul„lus presbyterorum ad parochiale beneficium praesentari possit, nisi prius examen Synodale „in 6. annos valiturum, post exactum presbyteratus triennium bono cum successu subierit.“

„In quantum fiscus Ecclesiae necesitatibus hujus subveniendo par est: patronus quidem ad „eum recurrere non prohibetur; ita tamen, ut in singulo casu consensus Episcopi praevie impetretur.“

Illustrissimus benigne nominatus Agriensis observat; in Dioecesi Rosnaviensi antiquam vigere consvetudinem: ut parochiae fundi religionis ab Episcopo conferantur, Episcopo collationem Beneficii concernenti loco ad statum notitiae nonnisi perferente. Hanc consvetudinem et in aliis Dioecesibus cuperet invehi.

Ad quod Illustrissimus Crisiensis commemorat: se aeque sicut Episcopos Rosnavienses nonnisi insinuare consvevisse: Beneficiis fundi religionis a se jam provisum esse.

Illustrissimus Scepusiensis cuperet hoc momento ad instar principii stabiliri: fundum religionis esse proprium Ecclesiae fundum; ideoque jure conferre Episcopos Beneficia patronatus fundi religionis.

Illustrissimus Veszprimiensis narrat: parochiae Nemes-Bück fundi religionis a se provisum esse; attamen certo quopiam ad Excellentissimum Plenipotentiatum in Civilibus Commissarium Baronem a Geringer recurrente, se per eundem ad praesentandum provocatum exstitisse, et nominati confirmationem tardius demum ab eodem impetrasse.

Ad quae Illustrissimus Magno-Varadinensis graeci ritus unitus Episcopus advertit: non esse permittendum Clericis: ut praeter Ordinariatum aliam ad obtinenda Beneficia eligant viam.

Illustrissimus Delegatus Transylvaniensis demum opinatur: ad Beneficia fundi religionis non esse tria Individua candidanda, sed unum solum per Episcopum praesentandum.

His perceptis Sua Celsitudo conclusum esse declaravit: —

„Jus proprietatis bonorum illorum, e quibus fundus Religionis, Studiorum et Universitatis „coaluit, Status Civilis non modo nunquam adeptus est, sed nec unquam sibi arrogavit; imo „bona illa semper pro ecclesiasticis agnita, administratio eorum ab administratione bonorum „Status discreta, et reditus semper ad fines ecclesiasticos conversi fuere. Jus patronatus igi„tur, quod bonis dictorum fundorum adhaeret, pro tali, quod ad statum civilem transivisset „haberi nequit. Unde congregati Episcopi Suam Majestatem Sacratissimam demisse orant; ut „Episcopos ad usum illius juris clementer ponere dignetur: quo beneficia ecclesiastica in bonis „fundi Religionis, Studiorum et Universitatis sita, libere conferre possint."

Movente Celsissimo Primate, Episcopis visum est quaestionem: num Judaei, Haeretici et Schismatici Iure patronatus gaudere possint, in praesentiarum pertractandam non esse.

Nomine Societatis Bonorum Librorum, ad chorum Episcoporum conversi quidam catholici querulantur: Clerum curatum institutiones populi fidelis publicas et privatas aut penitus negligere, aut obiter perficere, disciplinam Ecclesiae conculcare etc. quibus malis ut chorus Episcorum medelam adferat, impense supplicant.

Celsissimus Primas declarat: in pastoralibus Litteris e Conferentiis praesentibus ad Clerum dimittendis, antiqua et recentiora Ecclesiae saluberrima statuta, nomine chori Episcoporum refricanda esse, quae mores in Clericis ad omnem sanctimoniam compositos exignnt; ut in sortem Domini vocati vere exemplum fiant gregis ex animo, non scandalisantes populum fidelem, sed vitae sanctimonia praelucendo, eundem ad pascua aeterna perducant.

Celsissimus Primas postremo Librum Aloysii Soltész de Temperantia christiana choro Episcoporum commendat; una societates Temperantiae, quas ad optatum finem perducere praefatum opusculum adlaborat, omnino fovendas esse, nomine chori Episcoporum enuuciat, eo solum observato; ritum, quo quis in idgenus societates initiatur, judicio cujusvis Episcopi relinquendum esse; nec esse dubium, ea quae in opusculo mentionato de ritu hoc statuuntur, praepostere esse facta.

Illustrissimus Iauriensis non putat in ipso soicetatis exordio illico ritu quopiam esse utendum; populus de utilitate temperantiae, et societatum hanc facilitantium, rite est edocendus: et ibi demum ritus adhibendus, ubi fructus laboris sese jam manifestant.

Sessio sexta

praesidente et assidentibus iisdem, qui priori Sessioni interfuerunt, die 28-va Augusti a meridie celebrata.

Perlectis Elaborati praevii paragraphis, de Fundo Religionis agentibus, Celsissimus Princeps Primas observavit; nulli subjacere dubio, Religionis Fundum Catholicae esse originis; Illustrissimus Archi-Episcopus Agriensis tamen e re fore credidit, ut paucis haec ipsa Fundi Religionis origo et fata indigitentur: quod illico praestitit Excellentissimus Episcopus Nitriensis enumerando antiquiores fontes, e quibus Fundus Religionis exsurrexit; cui per bona abolitorum sub Josepho II-o Claustrorum majora incrementa accesserunt: qui tamen per devalvationes multum damni passus est.

Celsissimus Princeps Primas statum Fundi Religionis, qui recentissimis temporibus aderat, exhibiturus, produxit instrumentum illa occasione confectum, dum Fundus Religionis 1848 Ministerio Hungarico resignatus fuisset. Dein exposuit sibi semper cordi fuisse, ut Fundus hic nonnisi in fines catholicos impendatur; fecisse porro hoc fine plures jam repraesentationes: inspecie quoad Academiam Posoniensem, Universitatem Pestinensem, Convictum Cassoviensem, aliaque instituta Catholica; verum vix aliud tulisse responsum, quam: mutationes in his institutis praesusceptas ex altiori instructione et nonnisi provisorie et delegatorie factas fuisse. His expo sitis provocavit Excelsam Congregationem, velint super hac quaestione sensa sua depromere: an emolumento Ecclesiae conduceret, si administratio bonorum Fundi Religionis a potestate civili revindicaretur?

Illustrissimus Episcopus Iaurinensis enunciandum esse judicat: Fundum Religionis Catholicae esse originis, adeoque talem, cujus administratio ad Catholicos pertinet; desiderare porro Catholicos, ut sibi ita integrum sit libere administrare fundationes, prout hoc jure aliarum Confessionum asseclae utuntur. Celsissimo Principi Primati interroganti: num totalis administratio Fundi Religionis sit Ecclesiae revindicanda, reposuit Excellentissimus Episcopus Nitriensis: sufficere, si jus inspectionis in administrationem, Ecclesiae relictum fuerit; dummodo Camera omnibus indigentiis Ecclesiae succurrat. Illustrissimus Archi-Episcopus Agriensis existimavit, urgendum esse, ut bona Ecclesiae extradentur. Cui Illustrissimus Episcopus Veszprimiensis eo lubentius consentit, quo magis metuendum est, ne potestas civilis sponte resignet Ecclesiae administrationem Fundi Religionis tunc, si huic Fundo quacunque demum ex parte periculum quoddam imminere observaverit; dein memoramvit in bonis his catholicis multos protestanticos officiales fuisse adplicitos; nec administrationem modernam esse ubique optimam: cum in pluribus locis bona haec pro tam exiguo censu sint elocata, ut ex eis vere vix aliquid emolumenti redundet.

Ut revindicatio administrationis Fundi obtineatur, Illustrissimus Archi-Episcopus Agriensis, porro Rosnaviensis et Veszprimiensis provocandum esse dixerunt ad novam Constitutionem, quae cuilibet Confessioni liberam relinquit fundationum suarum administrationem.

Post haec Celsissimus Princeps Primas proposuit sua opinione petendam esse Commissionem aliquam e Primate Regni et uno aliove Episcopo constantem, quae nomine Ecclesiae inspectionem necessariam exerceret; oravit porro Excelsam Conferentiam, velint etiam alii hoc in merito mentem suam depromere. Excellentissimus Episcopus Zagrabiensis declarat, enunciandum esse: Bona ista Ecclesiae Catholicae esse propria; respectu vero administrationis sufficere, si fuerit Commissio Ecclesiastica adornata: nam, ut observavit, Fundus hic tantis expensis gravabitur, ut ex aerario annue plura centena millia supersolvi debeant. Jam si Ecclesia ipsa administrat, metuendum est, ne aerarium renuat subsidium dare. — Hujus opinionis erat etiam Excellentissimus Archi-Episcopus Colocensis, enarrans perplexitates illas, in quas venirent Catholici, si administratio bonorum horum repente resignaretur Ecclesiae: cum nec praesto sint homines, quibus haec administratio comitti posset, nec aedificia, nec sumtus alii, tollendis indigentiis quam plurimis perquam necessarii. Si autem, observavit porro, Commissio erecta, officio satisfecerit: jam Catholici securi esse possunt fundationes suas in fines proprios impensum iri.

Illustrissimus Episcopus Cassoviensis accedit ad interim huic opinioni, sic et Illustrissimus Archi-Episcopus Agriensis; dummodo Commissio erigenda independens sit, nec pro faciendis expensis cujuscunque demum jurisdictionis consensum prius expetere cogatur.

Illustrissimus Episcopus Scepusiensis tuetur opinionem Episcopi Cassoviensis ita, ut si observatum fuerit periculum imminere Fundo ex administratione Camerae, tunc regressui locus maneat. — Pro erigenda Commissione locuti sunt adhuc Illustrissimus Episcopus magno-Varadinensis Gr. Ritus, Archi-Abbas, et Episcopi Transylvaniensis Vicesgerens: qui posterior etiam pro Transylvania enunciari orat, quae pro Hungaria hic loci postulanda determinantur. — Conclusum:

„Jus proprietatis bonorum ecclesiasticorum tenet Ecclesia Catholica, et Praepositi obli„gantur eadem juxta spiritum fundatorum administrare; salvo jure inspectionis, quod reges „apostolici vi juris patronatus in sensu legum patriarum exercent: ne bona illa vel abalienen„tur, vel in deteriorem statum redigantur."

„Fundum Religionis una cum fundo Studiorum et Universitatis peculium esse catholicorum „privativum, declarant Episcopi Hungariae; quod quidem penes administrationem publicam, a „camerali distinctam, porro etiam relinqui volunt, ea tamen conditione: ut tam sibi debitae „inspectionis partes tribuantur, quam jura proprietatis catholicorum illaesa serventur. Desiderant „itaque, ut rationes annuae, de administratione dictorum fundorum communicentur cum com„missione ecclesiastica, quam penes dirigens Regni dicasterium, cum sufficienti activita„tis independentia restituendam exoptant et sperant; item ut sine dictae Commissionis consensu „nullae majoris momenti erogationes, praecipue autem nullae capitalium elocationes fiant; porro „ut referens ecclesiasticus non tantum fundationalia, sed omnia quae ad departamentum oe„conomicum bonorum spectant referat. Quae omnia ad similem Commissionem in Transylvania „quoque instaurandam extendi cupiunt. Denique ut reditus fundi Studiorum, et quarumvis fun„dationum catholicarum, solum pro catholicis institutis et personis erogentur, nec unquam ali„enae confessionis viris e fundationibus catholicorum stipendia tribuantur; prout recentissimo „tempore factum esse, Episcopi cum dolore intellexerunt."

Celsissimus Princeps Primas circa organisationem Commissionis Ecclesiasticae proposuit; utile esse, si plures Episcopi in illam assumerentur, cumprimis vicini; cum ipse Primas, ut ut

Commissionis Praeses, diversi generis curis distentus semper adesse nequeat. Quae propositio in Conclusum abivit.

Perlecto §-o praevii Elaborati, de Congrua Parochorum et Cooperatorum sonante, Excelsa Conferentia agnovit modernam Congruam tollendis indigentiis animarum Curatorum insufficientem esse. Speciatim Excellentissimus Episcopus Zagrabiensis adferendas esse duxit causas, ex quibus haec Congruae insufficientia pateat, tales essent: nimioperae mutatus pecuniae valor, auctum victualium pretium, Contributio, defectus stipendiorum manualium, et quae sunt similia.

Ad haec Celsissimus Princeps Primas continuavit: a se jam plures repraesentationes fuisse hoc in merito factas, ut quod Congruae deest, resartiatur; cur tamen repraesentationes hae effectum adusque sortitae non fuerint, ignorat.

Excellentissimus Episcopus Zagrabiensis sequentia commendavi t: 1) ut, in quantum promissa Decimarum compensatio in effectum deducta non esset, eadem ob urgentes necessitates iterato petatur. 2) ut pro ulteriori tempore instituatur nova Conscriptio, habita ratione Congruae in Austria vigentis, ultro intellecto eo, ut qui ultra Congruam haberent, illi in sensu visitationis canonicae in possessione praesentium proventuum porro quoque relinquantur.

Illustrissimus Fpiscopus Scepusiensis nomine Cleri sui declarat: Clerum Scepusiensem e Fundo Religionis, utpote Fundo Ecclesiae Catholicae proprio, desiderare quidem recompensationem; ast a Statu, qua tali, nullam omnino se acceptaturum solutionem.

Conclusum: „Qui altari servit de altari etiam vivat oportet, et sicut naturalis aequitas, „ita etiam dignitas Status clericalis exigit, ut nullus Sacerdotum cum egestate luctari cogatur. „Cum igitur praesens parochorum et cooperatorum congrua, statui sacerdotali convenientem „sustentationem haud praebeat; congregati Episcopi pro suis quoque provinciis, eandem, quae „in Austria viget, Congruam stabiliri in basi Conscriptionis anni 1802-di a Regia Majestate „exorant."

De Contributione. Celsissimus Princeps Primas significavit Excelsae Congregationi; hoc intuitu a se repraesentationes factas fuisse, eamve recepisse inviationem: ut qui se gravatos sentiunt, ad jurisdictionem civilem recurrant.

Post haec Illustrissimus Episcopus Magno-Varadinensis graeci ritus exposuit, quomodo per Supremum Commissarium C. R. Civilem Excellentissimum Baronem Geringer provocatus fuerit ad numerum parochiarum reducendum; seque, ut periculum animabus fidelium imminens evitetur vias jam monstrasse opportunas. Cui Celsissimus Princeps Primas reposuit: repraesentationem Illustrissimi Episcopi Magno-Varadinensis certe fundatam esse, nec aliud nunc fieri posse, quam adexpectare Resolutionem.

Post haec Celsissimus Princeps Primas curavit legi praevium Elaboratum de Re Scholarum per D. Carolum Somogyi Bibliothecarium Primatialem concinnatum. Perlectique sunt adhuc hodie aliquot paragraphi.

Sessio Septima

praesidente et assidentibus Iisdem, qui priori Sessioni interfuerunt die 29-a Augusti ante meridiem habita.

Antequam lectio Elaborati de Re Scholastica heri inchoata, continuata fuisset, Excellentissimus Archi-Episcopus Colocensis refert: in Archi-Dioecesi Colocensi pluribus Parochis obventiones per parochianos denegatas fuisse, seque, ut mandatum Caesareum has praestationes urgens, adjutrice Civilis protestatis operâ, in effectum deducatur, ad locum altissimum repraesentasse. Cum hae querelae communes sint: provocandam censuit Excelsam Conferentiam, quatenus hoc in merito, omnes nunc repraesentationes suas Suae Majestati substernerent. Cui provocationi omnes Antistites ultro annuerunt.

His terminatis Celsissimus Princeps Primas significavit labores praefixos usque Dominicam proximam probabilius ad finem deductum iri; ubi actis Deo solemniter gratiis, concinnatae repraesentationes per omnes Antistites subscribendae erunt.

Dehinc continuabatur lectio Elaborati de Re scholastica, Excelsa Conferentia Auctorem Elaborati promeritis laudibus exornante, hinc inde tamen suas observationes, respective modificationes interponente. In specie declaravit Excelsa Conferentia omnes expressiones laesivas per omnia Acta vitandas, adeoque si quaepiam duriores occurrerent, illas emolliendas esse.

Circa institutionis publicae linguam praeeunte Celsissimo Principe Primate Excelsa Conferentia enunciavit: oportere sacerdotem illâ linguâ docere Evangelium Jesu Christi, quam auditores intelligunt; cum cognitio sit scopus institutionis, hujus autem comparandae medium sit, linguae, qua cognitiones propagantur, intelligentia.

Dum in elaborato mentio injiceretur Didactri; unanimiter declaravit Excelsa Conferentia: Didactrum menti Fundatorum contrarium esse, adeoque non desumendum.

Illustrissimus Episcopi Transylvaniensis Vices gerens inter argumenta pro catholicitate universitatis demonstranda id quoque commemorari optat, quod Dextera S. Stephani Regis Universitati fuerit custodienda tradita. Respectu vero aliorum institutorum Catholicorum hoc quoque consideratione dignum esse dixit, quod catholicis juvenibus acatholicas scholas frequentare statutis publicis prohibitum fuerit.

Excellentissimus Episcopus Nitriensis, caeteris Antistitibus consentientibus, impensius commendavit; ut in elaborato mentio fiat cambii aedificiorum ad Universitatem pertinentium. Determinavit porro Excelsa Conferentia, ut Elaboratum hoc in pluribus linguis luci publicae detur.

In nexu enunciationis circa rem literariam factae, declararunt Excellentissimi et Illustrissimi Antistites; se ardenter optare, ut Confraternitates Marianae ad usum revocentur; nam, ut Celsissimus Princeps Primas, qui olim Rosnaviae Confraternitatis Marianae sodalis erat, svavissimo cum solatio exposuerat, infinita sunt illa emolumenta, quae ex his sodalitatibus in rempublicam sacram et profanam redundarunt. Excellentissimus Episcopus Nitriensis de insigni Confraternitatis Marianae utilitate aeque testaturus, produxit copias literarum, anno 1796-o per Episcopum Scepusiensem ad Suam Majestatem Sacratissimam directarum, in quibus praestantia Sodalitatis Mariae sic celebratur:

„Per praecepta Sodalitii Mariani juventus intra limites solidae probitatis contineri asveta, ita in pietate et christianis moribus formabatur, ut nec modo desint viri in utraque republica, qui eam ex instituto hoc perfectionem assecuti sunt, ut Statui publico et emolumento et ornamento essent. Antevertebatur omnis pravae licentiae et excessuum, in quos juvenilis aetas proclivi indole sua ageretur, occasio, per illibata sodalitii statuta et regulas; augebatur et crescebat veri Numinis cultus, fervens erga Deiparam devotio, vitae intemeratae amor, studium christianae charitatis erga proximum et jure debita erga terrae Principem subjectio. Multos profecto etiam a foedis vitiis revocabat metus poenae eliminationis a coetu, quam omnis timoratus pro maxima honoris sui jactura reputabat, et plusquam alterius cujuscunque poenae confusionem verebatur."

Excellentissimus Episcopus Nitriensis exposuit fundum Sodalitatum 30,000 florenos efficere, quem fundum Illustrissimus Archi-Episcopus Agriensis repetendum esse existimavit.

His perlectis conclusum est: in id adnitendum esse, ut repetito fundo, Confraternitates Marianae, utpote notabilia excitandae fovendaeque vitae vere christianae media, quantocyus revocentur.

Dum de educatione sermo recurreret, Excellentissimus Episcopus Zagrabiensis impensius commendavit, in elaborato de re scholastica distincte commemorandam esse illam Conferentiae Excelsae persvasionem, qua Antistites declarant; non posse exspectari meliora tempora, quousque institutio et educatio vere religiosa non fuerit.

Post haec Excellentissimus Episcopus Nitriensis exposuit, quantae esset utilitati, si Convictus restituerentur. Ad quae Celsissimus Princeps Primas observat: se jam in negotio Convictuum ad altissimum locum binis vicibus remonstrasse.

Illustrissimus Episcopi Transylvaniensis Delegatus desideravit: ut in elaborato de re scholastica, de institutorum literariorum in Transilvania, quae et a Catholicis fundata sunt, et jurisdictioni Episcopi Transylvaniensis ad recentissima usque tempora suberant, catholicitate, distincta mentio fiat. Porro idem cum summo animi dolore retulit: pleraque instituta iniquitate ultimorum annorum interitui adpropingvare, in specie Lyceum, Convictum, et Seminarium puerorum Claudiopolitanum sublata esse; quae desolatio, si ultroquoque perduraret, Ecclesiae Catholicae magno detrimento esset: quibus malis per id existimavit obviari, si Sua Majestas exorata fuerit, ut instituta haec, in quantum post amissas decimas e capitalibus, e quibus stipendia solvuntur, fieri poterit, iterum restituenda disponat. Celsissimus Princeps Primas edixit: haec omnia in elaborato de re scholastica commemoranda esse.

Redeunte consultatione ad Seminariorum provisionem: Celsissimus Princeps Primas exposuit ad urgentissimas Ecclesiae necessitates pertinere Seminariorum coordinationem, quem in finem commendavit reductionem numeri Cleri junioris, in quantum hoc indigentiae temporum poscerent, et sine detrimento salutis animarum fieri posset. Significavit porro, se ad altissimum

locum jam remonstrasse, ut aedificia Seminariorum, quae ultimis temporibus laeso militi hospitio erant, quantocyus purgentur.

Plures Excellentissimi et Illustrissimi Antistites enunciant: in id enitendum esse, ut juxta mentem Concilii Tridentini quilibet Episcopus suum Seminarium habeat.

Quod ut fieri possit, Celsissimus Princeps Primas repetitim proposuit Excelsae Conferentiae; ut Episcopi, in quantum aliqua Seminaria intertenendis omnibus Dioeceseos alumnis non sufficerent, juniores Theologos erga dependendam summam ad vicina Seminaria, quae melius dotata sunt, mittant: qua de re quomodo instituendà Episcopi nunc inter se convenire possent.

Excellentissimus Episcopus Zagrabiensis commendavit hoc intuitu, ut Sua Celsitudo mentem et Episcoporum et Capitularium Vicariorum circa hoc negotium expetat, et quod dein optimum judicaverit, constituat.

Excellentissimus Archi-Episcopus Colocensis observavit, hac viâ unice salarium aliquot Professorum oeconomisatum iri; de cetero autem reliqui sumtus Dioecesim manebunt.

Aliquibus Episcopis subsidium a Statu petendum commemorantibus, Illustrissimus Episcopus Veszprimiensis reposuit: metuendum esse, ne, si Antistites subsidium petierint, reductio numeri Cleri junioris per Statum urgeatur, — adeoque hanc reductionem etiam e parte Episcoporum exoptatam in facienda remonstratione commemorandam esse existimat. Porro declaravit Illustrissimus Episcopus: se paratum esse potius mensae suorum in Christo filiorum assidere, quam Seminarium dimittere, et si quid e proventibus superfluum fuerit, hoc ad manus Celsissimi Principis deponere eo fine, ut ille egentioribus Dioecesibus ex hac summa succurrat.

Celsissimus Princeps Primas reposuit: se jam pridem sollicitudine angi, ne divulsae ab Archi-Dioecesi Strigoniensi Dioeceses, respectu intertentionis Seminariorum patiantur; firmiterque animo constituisse, cuilibet divulsarum Dioecesium, nempe: Rosnaviensi, Scepusiensi et Neosoliensi e proventibus suis 1,000 florenos Conventionales hoc anno dependere; tum ex eo, quod ad omnium indigentias tollendas aut saltim minuendas, in quantum vires admiserint, libentissime succurrere desideret: tum etiam ideo, quod hae Dioeceses, posteaquam fundus regulatorum Episcopatuum cessavit, aliquod latens jus in tale subsidium habere videantur.

Quam Celsissimi Domini benignitatem Illustrissimi Episcopi Rosnaviensis et Scepusiensis summo grati animi obsequio celebrarunt.

Sessio Octava

praesidente et assidentibus iisdem, qui praecedenti intererant Sessioni die 30-a Augusti a 9-a et ½ matutina usque 1-am ameridianam celebrata.

Celsissimo Principe Regni Primate continuationem discussionis fundorum ad indigentias Seminariorum sublevandas destinatorum proponente.

Illustrissimus benigne nominatus Archi-Episcopus Agriensis observat: plures apud nonnulla Capitula inveniri fundationes ad damna subditorum materialia ex parte saltem resartienda a piis destinatas fundatoribus; nexu inter Dominum terrestrem et subditos cessante, an non praestaret, praedictos fundos pro sublevanda praesenti Seminariorum necessitate, illico in finem non analogum modo, sed quia spiritualem, longe quoque nobiliorem convertere, ut videlicet illi fine emolumenti spiritualis subditorum provehendi, in educationem Cleri impendantur.

Quod Illustrissimus Cassoviensis eo ex incidenti non probat, quod de fundationibus illis, utpote proprietatibus Capitulorum, sine laesione juris proprietatis, absque eorum consensu, nemo disponere possit. Arbitratur illas potius ad usus oeconomicos ipsorum Capitulorum convertendas.

Excellentissimus Colocensis: censet Capitula medio Celsissimi Regni Primatis in hunc finem provocanda; quibus inauditis nil putat decidendum esse.

Illustrissimus Veszprimiensis: menti Fundatorum non Capituli, sed subditorum putat subversatum fuisse emolumentum. Sentit cum Illustrissimo Archi-Episcopo Agriensi; tum quia sic fundationes in emolumentum subditorum spirituale convertentur, tum quia educationi Cleri omni subvenire vult modo.

Illustrissimus praeconisatus Diakovàriensis: penes Capitulum Diakovàriense factas esse idgenus fundationes non meminit. Fecerunt tales Eppi Diakovarienses. Ex incidenti motionis ab Illustrissimo Agriensi prolatae quaerit: an non possint fundationes ab Episcopis mentionatum in

finem factae, in usum Seminariorum converti? Ubi Episcopus fecit fundationes, ibi Episcopo disponere de iis integrum esse putat.

Excellentissimus Nitriensis memorat hactenus Seminaria subsidia accepisse ex fundo regulatorum Episcopatuum; nunc quaestionem videt enasci: unde sint eadem repetenda? Juxta altissimam resolutionem olim Seminarium Posoniense omnes sumptus e fundo accepit Religionis; quia in hunc omnes Episcopi certa fixa subsidia praestitere. Cum necessitates Seminariorum magnas easque praesentes videat, fontes autem sperativos solum, pro futuro dumtaxat emolumentum promittentes, movet: ut fine obtinendi praesentissimi adminiculi Episcopi subsidia olim Fundo Religionis infusa, in fundum Seminariorum inferant. Quod si hoc insufficiens esse deprehenderetur, alios fontes ducit in auxilium vocandos. In sua Dioecesi nec Episcopus, nec Capitulum destituitur fundationibus ab Illustrissimo benigne nominato Archi-Episcopo Agriensi memoratis; nil obmovet, quominus fundationes hae in usum subditorum spiritualem convertantur: sed ita, ut Ecclesiae collapsae etc. ex iis restaurentur: hoc magis putat analogum esse supremae fundatorum voluntati.

Excellentissimus Colocensis: adhaeret Excellentissimo Nitriensi, quin tamen ullum e fontibus videat, qui illico adjumento esse posset.

Illustrissimus Archi-Episcopus Agriensis: nonnullos Episcopos dubitat solvendo esse in fundum Religionis v. g. Cassoviensem, qui maxima annuorum redituum parte carere cogitur.

Excellentissimus Zagrabiensis: Cum fundationes nequaquam sint omnes generice factae; ubi constat illas esse specificas, de iis opinione sua, contra expressam fundatorum mentem nemo potest disponere. Sic Zagrabiae talem specificam dicit praesto esse fundationem, quam respectivi ut suam propriam considerare asveti sunt; tales specificae in alienos fines ne convertantur. Aliter sentit de genericis fundationibus.

Celsissimus Princeps Primas: duas proponit solvendas quaestiones. Primam ab Illustrissimo Archi-Episcopo Agriensi prolatam respectu fundationum in emolumentum subditorum factarum, qui abhinc cessant sub tutela patriarchali Dominorum suorum existere; huic diutius immorandum esse non existimat; deberet enim ante omnia constare de omnibus idgenus fundationibus. Putat Protocollo inserendum esse: ut Primas Regni quantocyus provocet Episcopos et Capitula ad specificandas tales fundationes, dandamque opinionem; referentibus illis, menteque Episcoporum et Capitulorum cognita, erunt demum ulteriores dispositiones ineundae. Qua determinatione negotium hoc superatum fuit. Aliam quaestionem: num Episcopis in cassam Seminariorum solvendum sit? tum ob momentum educationis Cleri, tum ob praesentem tenuitatem vis pecuniariae apud Episcopos, maximae censet esse indaginis. Vult ut Episcopi subsidia in certam cassam porro quoque inferant; haec enim subsidia dicit, et probat, constituisse originarium fontem sublevandorum Seminariorum. Clerus enim inde ab uno et medio seculo semper praestitit haec subsidia, quae ab eo semper etiam exigebantur. Priusquam enim fuisset processum ad regulationem Episcopatuum, singulus Episcoporum solvit; Episcopatibus regulatis e summa ad regulationem destinata, 10-a pars in fundum Religionis inferebatur. Sic ab Episcopatu Quinque-Ecclesiensi annue 32 millia pendebantur ad fundum regulatorum Episcopatuum; e fundo hoc 10 procentualis quotta illata fuit in fundum Religionis: atque ex ista sola subsidiaria summa intertenebantur Seminaria. E fundo Religionis tres milliones et sexcenta millia florenorum erant fundo Regio elocata; utque ex instrumento resignationis 1848-i mense Julio confecto clarescit, aerario publico elocata erat summa 1,700,000 fl. C M. Census hujus capitalis aeque posset in emolumentum Seminariorum derivari. Cum ergo Clero porro quoque sit solvendum, quaerendum esse existimat: an etiam nunc proventibus diminutis, eadem ut antea esset conferenda pecuniae summa?

Excellentissimus Zagrabiensis: censet ita taxari Episcopos amplius non posse; novam proin esse necessariam conscriptionem, ut eruatur, quis, quantum conferre debeat? Supponit Episcopum e suis reditibus suo prospicere velle Seminario; hoc facto vix remanebit aliquid, unde aliis succurrere possit Seminariis. Qui provisum habet Seminarium, subveniat aliis.

Illustrissimus benigne nominatus Archi-Episcopus Agriensis: praeoccupandas arbitratur has praestationes, ne serius Episcopi ad eas cogantur. Vellet, ut quivis Episcoporum 10 per Centum e suis reditibus ad usum Seminariorum conferat. Distinctione facta inter reditus Episcoporum, vult, ut qui infra 10 millia habet proventus, 5 per Centum solum offerat. Opinione sua Capitula etiam, imo ipsi Parochi Seminariis succurrere deberent; priora quidem 4 aut 2 per Centum e reditibus suis, posteriores autem unum per Centum dependendo. Fors possent etiam taxae Episcopatuum et Canonicatuum collatorum in hunc verti finem?

Celsissimus Regni Primas: olim depensam summam his diebus in censum venire posse non admittit; nec taxas Episcopatuum et Canonicatuum censet in adjutorium vocari posse; cum ad dimidium sint se agente devalvatae. Cum Illustrissimo Agriensi putat: melius esse praeenire,

quam praeveniri: prope esse putat tempus, ubi Clerus ipse taxandus erit; praestat ut Episcopi taxent illum.

Excellentissimus Zagrabiensis: quivis secundum proventus suos conscientiose dimidium pendat, quam antea. Qui in proprium nil debet expendere Seminarium, sucurrat indigentibus aliis. Menti Concilii Tridentini conformiter, vult etiam secundum eandem cynosuram taxari Capitula; quod de Parochis tunc nonnisi censeret valere, si melius essent dotati.

Celsissimus Princeps Primas: Parochi a congrua 300 fl. unam fors centesimam; qui ultra 300 florenorum C. M. congruam percipit, solvat 5-per Centum. Idipsum etiam quoad cunctos dioecesanos Sacerdotes valeat.

Excellentissimus Colocensis: non arbitratur Conferentiam hanc privatam tanta valere auctoritate, ut universo Clero tantum onus imponere possit. Hoc singulus Episcoporum apud Clerum suum majori cum fructu pertentabit.

Illustrissimus Veszprimiensis: a puris proventibus certam procentuationem statuit dependendam. Exigit, ut libera tali modo conflata oblata, omnibus Hungariae Seminariis justa proportione obtingant. Indispensabiliter attamen requirit, ut oblata haec per Commissionem pure ecclesiasticam manipulentur, inspiciente utique Primate Regni.

Observationi Illustrissimi Diakovariensis: singulum Episcopum necessitatibus ob oculos subversantibus succurrere debere, et a singulo Episcopo non omnem pecuniam, sed quietantias super domi impensa summa, et supernatantem pecuniam esse Primati mittendam.

Illustrissimus Veszprimiensis occurrit respondendo: utique hunc sensum verbis suis naturaliter subesse; neque enim etiam pecuniam illam mittendam et recipiendam censere potuit, quae proportionaliter domestico obvenit Seminario.

Illustrissimus Iaurinensis: enunciandum ante omnia censet principium, quod omnes omnino obliget. Principium hoc Illustrissimus Episcopus Veszprimiensis heri enunciavit: resuscitandum nempe esse fundum, unde Seminaria olim participarunt. E reditibus suis determinatam ratalitatem solvant Episcopi, hoc in praesenti determinari potest; reliquum non item. Seminarium Iaurinense perprius e fundo Religionis percepit 7 millia; annis proxime praeterlapsis 5 millia; hoc anno ipse subvenit suo Seminario. Libenter se obligat ad dependendos annuos 5 per Centum e reditibus suis. Obligationem hanc vult transmitti etiam ad vacantia majora Beneficia. Maximae pro Clero putat fore consolationi, si viderit Episcopos hoc modo Seminariis ex propriis subvenire. Manipulatio fundi ad Episcopos spectet.

Illustrissimus Cassoviensis: proponit, ut taxationem Episcopi praeveniant; simul e re esse existimat, ut Exceslo Regimini libera haec Episcoporum taxatio innotescat.

Illustrissimus Diakovariensis: Iustum et aequm esse arbitratur, ut Capitula quoque et Parochi taxentur; hinc hoc loco exprimendum est desiderium chori Episcoporum; — qui in Dioeceses suas revertentes urgentissimum hoc negotium suorum cordi et conscientiae quam impensissime commendent. Sed quaerit: an haec quoque summa communi cassae sit inferenda? Hoc in casu praescit Clerum suum non consensurum; Clerus semper nonnisi in usum domestici conferat Seminarii.

Illustrissimus benigne nominatus Rosnaviensis: Adstipulatur Illustrissimo Diakovariensi. Id solum observat: ex eo, quod Seminarium Agriense nullis vexetur necessitatibus, Capitulum Agriense a taxatione eximendum non esse.

Quibus resumtis Celsissimus Princeps Primas conclusum esse proclamavit:

Episcopi Hungariae licet amissione decimarum, urbarialium, praestationum, notabilem annuorum reditum jacturam passi, variisque tributis ita pressi ut vix ferendis omnibus Patronatus oneribus sufficiant; in persvasis tamen tenentes, pravitati hujus seculi aliter obices poni non posse, ni Clerus educetur, ornamento scientiae et virtutis verae christianae refulgens; memores simul statutorum SS. Concilii Tridentini nullis Clero sacrificiis parcere jubentium, ut pubes ecclesiatica in spem et emolumentum succrescat Ecclesiae Christi: libere, motuque proprio in eo convenere, ut ad interim etiam, donec necessitatibus Seminariorum aliter provisum fuerit, e realibus suis atque puris proventibus, in forma liberi subsidii in usum Seminariorum Hungariae convertendi, in 5-per Centum determinatam summam, cassae Seminariorum annue inferant; quam cassam quemadmodum una ex parte a se ipsis manipulandam, ita altera ex parte nonnisi inspectioni Suae Celsitudinis Regni Primatis patentem fore decernunt. Una Suam Majestatem Sacratissimam homagiali cum devotione eo fine accedendam esse statuunt: ut e proventibus vacantium realium Abbatiarum et Praeposituarum eandam summam praementionatae cassae annue infundendam esse clementissime decidere dignetur. Cupit demum Conferentia Episcopalis, ut, cum praecattacta statuta Concilii Tridentini totum in genere respiciant Clerum, atque sub gravi obligent: Episcopi in Dioeceses suas remeantes, Clerum quoque suum in consortium onerum ferendorum alliciant, efficiantque ut ii, quorum annuus proventus 300 fl. C. M. superat, quinque procentuali quotta, reliqui una centesima redituum suorum parte ad sublevandas domesticorum Seminariorum necessitates libera oblatione mediante concurrant.

Mox Celsissimus Regni Primas mentione injecta Clericorum alumnorum Graeco-Catholicorum, quos in Seminariis catholicis latini ritus quidem, attamen et hoc non sine ratione sufficienti per varia Seminaria sparsos cuperet educari; item fundorum ad providendos emeritos ac deficientes Sacerdotes in qualibet Dioecesi conflandorum non modica necessitate: attentionem Conferentiae Episcopalis ad disciplinam Clericorum Regularium revehendam direxit. Querulatur: plures e Clericis Regularibus Scholarum Piarum item Fratrum Misericordiae se horrendo apostasiae crimine foedasse, sacrilega connubia contraxisse, partes rebellium sectatos fuisse, disciplinam monasticam conculcasse, pecuniae mancipia exstitisse etc., ita quidem: ut de existentia priorum apud Excelsum Regimen vix non conclamatum fuerit. Ad statum notitiae simul detulit; se nil intentati reliquisse, ne Ordo hic de Ecclesia et patria olim bene meritus e numero reliquorum exscindatur; una se cum socio quopiam Episcopo a Nuncio Apostolico, usque ad celebrandam Synodum Nationalem Summo Pontifici pro munere Visitatoris Apostolici propositum exstitisse, qui bono Ordinum Religiosorum irrestricta auctoritate provideat.

Ad quae Illustrissimus benigne nominatus Agriensis in meritum rei se immittens statuit: vota Monialium solemnia in simplicia convertenda, Fratres Misericordiae sufferendos et in vicem eorum Sorores Charitatis invehendas; respectu reliquorum Ordinum religiosorum, vota solemnia si non commutanda, saltem in provectiorem aetatem differenda esse: attamen

Celsissimus Primas cum Illustrissimo Diakovariensi observant: nec tempus in praesentiarum suppetere pro momentoso hoc objecto exhauriendo, nec Conferentiam privatam Episcoporum tanta pollere auctoritate, ut eadem dispositiones, ipsam essentiam vitae religiosae quam proxime tangentes, inire posset. Radicalem Monasteriorum reformationem Synodo Nationali demum relinquendam esse opinantur.

Excellentissimus Nitriensis: quae in Synodo Nationali Posoniensi de disciplina Regularium Clericorum decreta sunt, nomine ejusdem Synodi iterato inculcanda esse censet.

Excellentissimus Colocensis: pro casu observandi excessus omnem Episcoporum severitatem provocat.

Illustrissimus Cassoviensis: meliorem rerum faciem sperat inducendam, post restitutum Ordinum religiosorum nexum cum concernentibus Generalibus Romae degentibus.

Celsissimus Primas ad instar conclusi Protocollo inferendi pronunciavit: Princeps Primas Regni dandis nomine Conferentiae episcopalis ad omnes Religiosorum Praelatos et Superiores encyclicis literis, hos in Domino provocabit: ut a Religiosis sibi parentibus, leges de Clausura, vestitu religioso etc. sonantes, quam strictissime observari faciant, eoque in Domino spem locantes enitantur: ut subordinati sui, perfectioris vitae adminiculorum saluberrimorum, Sacramentorum videlicet Novae Legis assidua frequentatione, juratorumque votorum conscientiosa observantia imaginem exhibeant veri religiosi, ad imitationem Christi non perperam vocati.

Ad quae Illustrissimus Archi-Abbas Montis Pannoniae impensissimas anticipando agit pro dimittendis encyclicis literis Celsissimo Principi Primati grates, speratque ex iis emolumentum spirituale in Clerum regularem dimanaturum quam maxime copiosum. Nomine reliquorum Ordinum etiam grates rependit immortales Celsissimo Primati et Excelsae Conferentiae, ob sollicitudinem vere paternam, qua Ordines religiosos complectuntur, petitque: utinam excessus, — a saniori, longeque majori Ordinum parte improbati — nefariique singulorum abusus, non integris Ordinibus, quorum praeterita merita et futura speranda omni reflexione digna esse censet, sed pro condigno singulis dumtaxat adscribantur. Postremo Ordines omnes religiosos una secum, gratiae Principis Praesidis et Conferentiae enixe commendat.

Celsissimus Primas a concernente Episcopo et Nuncio Apostolico provocatus, ut de provisione spirituali hungarorum Catholicorum, in Valachia copiosorum, necessaria disponat; refert Conferentiae, libentissimis hoc auribus percipienti, se omnia fecisse, promittitque omnia facturum: ut animae horum fidelium pabulo indeficiente Christi nunquam non recreentur. Memorat in simul in Serbia quoque plures esse opifices catholicos e Moravia et superiori Hungaria eo allectos, qui catholicis Pastoribus destituti, in aperto fidei discrimine versantur. Interpellat Illustrissimum Diakovariensem utpote illis vicinissimum, ut superinspectionem horum in se suscipiat; qui paratissimum quidem se exhibuit: attamen cum promptitudinem suam conditionibus alligaverit Nuncio Apostolico et Excelso Regimini apertis: ubi hae sine mora, ut sperat, adimpletae fuerint, statuenda statuet.

Celsissimus Primas: olim actum esse meminit, de Historia Ecclesiastica Hungariae idiomate hungarico edenda, variaque facta fuisse hoc fine oblata. Quid nunc de hoc opere statuendum? quid de termino, qui concurrentibus esset praefigendus?

Auditis pluribus observationibus in eo conventum est: ut ad propositionem Illustrissimi Iaurinensis et Veszprimiensis turbulenta tempora pro consignandis literariis operatis minus idonea declarantium, terminus quo concursus claudetur, in calcem anni 1852. defigatur. Quo autem plura ingenia excitentur et in hac exerceantur palaestra, movente Illustrissimo Veszprimiensi idioma, quo eruditum hoc opus conficiatur, hungaricum aut latinum sit oportet. Summa interim pecuniae, fructus ferendi causa, cassae Parsimoniae inferetur.

Pro coronide Celsissimus Princeps Primas eam movit quaestionem: num modus procedendi contra apostatas Sacerdotes eorumque connubia, in conferentiis Posoniensibus haud pridem adoptatus, porro quoque sit retinendus? — Modus hic procedendi praelectus in omni sua extensione et modalitate tam respectu Clericorum Secularium, quam Regularium apostatarum adoptatus; et ut Sua Majestas Sacratissima lege civili providere dignetur: ne apostasiae similes plane irrestricte attententur, repraesentationem e Conferentia hac demisse substernendam esse, determinatum est.

Sessio Nona,

praesidente et assidentibus Iisdem, qui priori Sessioni interfuerunt, die 30-a Augusti a meridie celebrata.

Authenticatis in publica Sessione literis encyclicis ad universum secularem et regularem Regni Hungariae Clerum, et pluribus demissis ad Suam Majestatem Sacratissimam nomine Conferentiae episcopalis dimittendis repraesentationibus.

Celsissimus Princeps Primas stragem ingemuit multiplicem a coeco Valachorum non unitorum furore pluribus in locis Vojvodinae et Transylvaniae Ecclesiae Graeco-Catholicae inflictam; utpote qui enecatis — horribile dictu — tercentenis in Transylvania Dei Ministris, Ecclesias devastarunt, thesaurum earum depraedati sunt, scholasque solo aequarunt. Narrat Sua Celsitudo Episcopum non unitum Transylvaniensem plures Communitates unione junctas, huic valedicere jussisse; quo vulnere Ecclesiae ad suam notitiam delato, se ejus remedium altiori loco quaesiisse, exposuisseque: fundatam praesto esse spem non modo conservandae sed etiam propagandae sacrae unionis, si Episcopatus erigerentur labii romani, seductionibus incessantibus obices ponentes et unionem provehentes; Excelso Ministerio sociam operam promittente, constituit Sua Celsitudo Primatialis: ut sub praesidio Illustrissimi Episcopi Magno-Varadinensis Graeco-Catholici Commissio Primatialis consideret de negotio hoc tractatura; quae operi se strenue accingens, projectum erigendorum novorum Episcopatuum Sibi jam submisit. E mente hujus Commissionis duo essent erigendi Episcopatus labii romani ita: ut Dioecesis Fogarasensis numeraret Parochias 1,035; Magno-Varadinensis 227; Dioecesis Nagy-Bányaënsis 302; Dioecesis Lugosensis 90. Queis expositis Sua Celsitudo Primatialis sciscitatur: num Chorus Episcoporum e re fore existimet, ut Episcopi congregati Suam Majestatem fine erigendarum Sedium Episcopalium et unius Metropoliticae supplices accedant?

Illustrissimus Episcopus Eperjesensis optat Dioecesim Fogarasensem in duas dividi partes: tum erectionem Episcopatus Lugosini, ob instans a Schismaticis his oris periculum; cum populus fidelis hac in parte lupis rapacibus iucessanter in praedam sit expositus: Sedem metropolitanam nonnisi pro Valachis optaret erigi.

Illustrissimus Magno-Varadinensis: praeterlapsa turbulenta tempora dicit, patefecisse necessitatem erigendarum novarum Dioecesium. 40,000 Valachorum, capite Schaguna, Episcopo non unito, Romanos se venditantes, omnes unitos ab unione avellere decreverunt, ut in schismate secum sub uno Metropolita unirent. Hinc sollicitudo Catholicorum; praesertim cum Schaguna ad suas partes perduxerit plures olim in praesuleam auctoritatem rebelles, ideoque poenis adfectos sacerdotes graeco-catholicos, qui diversas Catholicis molestias facessere pergunt; librumque Viennae luci, dederit, in quo Metropolitam non vero Patriarcham Valachis Schismaticis necessarium multis evincere nititur argumentis. Orandam eapropter esse ducit Suam Majestatem Sacratissimam: ut duos adminus erigere dignetur novos Episcopatus; utque auctoritate Sua Regia templa Graeco-Catholicis, saevientibus intestinis turbis in Transylvania et Sua Dioecesi inique erepta quantocyus restitui jubeat.

Illustrissimus Cassoviensis et Diakovárensis propositionem succollandam esse putant tam ratione episcopalis quam metropolitanae Sedis; eo a fortiori, cum Excellentissimus Minister internorum negotiorum in literis ad Suam Celsitudinem dimissis adjutricem porrigat fine hoc dexteram. Quibus accedit Illustrissimus Veszprimiensis, optimum succesum sperans ob nunquam satis re-

colendam pietatem Regum apostolicorum, qui pro numero accrescentium fidelium etiam Episcopatuum numerum augere gloriae sibi semper reputarunt.

Quibus expensis Celsissimus Princeps Primas proclamavit: nomine Conferentiae Episcorum humillimam esse ad Suam Majestatem adornandam repraesentationem eo ex fine, ut Eadem ad Sacram unionem roborandam atque dilatandam adminus duos Graeco-Catholicos Episcopatus erigere, erectosque sufficienti dote providere clementissime dignetur; dignetur simul momento hoc, justitia thronum suum recuperante, potenti suo brachio id efficere, ut templa Graeco-Catholicis in Transylvania et Dioecesi Magno-Varadinensi Graeco-Catholica haud pridem violento modo erepta, eorum pio usui quoocyus restituantur.

Tum Celsissimus Princeps Primas utendum esse putat beneficio, quo Hungaria Romae gaudet, ut nempe ibidem in Instituto germanico hungarico dicto 12. Hungari Clerici alumni ecclesiasticam nanciscantur educationem; hocque eo magis, cum praeter expensas itineris nulli sint pertimescendi sumptus: quae propositio proloquente Illustrissimo Magno-Varadinensi, suosque alumnos fine hoc commendante, et Illustrissimo Veszprimiensi, qui olim Romae constitutus, gloriosae memoriae Gregorium XVIum Summum Pontificem et S. R. Ecclesiae Cardinales de neglectu hujus beneficii e parte Regni Hungariae Mariani dolere intellexit, votis unanimibus acceptata est.

Demum proponente Illustrissimo b. n. Archi-Episcopo Agriensi decisum est: matriculas Baptisatorum, Copulatorum ac Defunctorum, sine discrimine latino idiomate ducendas esse, ita tamen, ut Parochi, id petentibus extractus vernacula petentium lingva, facta e textu latino originario translatione, extradare obligentur: Conferentia Episcoporum de non defuturo consensu Excelsi Regiminis nil dubitante. Quo Sessioni finis est impositus.

Sessio decima,

praesidente et assidentibus Iisdem, qui priori Sessioni interfuerunt, die 31a Augusti ante meridiem celebrata.

De aedificiis ecclesiasticis ab onere milites hospitio excipiendi relevandis. Excellentissimus Archi-Episcopus Colocensis exposuit gravamina Magno-Varadinensium, qui aedes canonicales et seminarium adusque usibus militaribus inservire, amare conqueruntur; hocipsum retulit intuitu aedificiorum parochialium Illustrissimus Episcopus Magno-Varadinensis graeci ritus, nec non ratione residentiae episcopalis Illustrissimus Episcopus Cassoviensis: Illustrissimo Archi-Abbate easdem querelas quoad religiosas domos et aedificia usibus literariis destinata, continuante. Ad quae Celsissimus Princeps Primas significavit Excelsae Conferentiae: se hoc in negotio saepius jam remonstrasse, nec tamen semper optato cum successu.

Conclusum est: exorandam esse Suam Majestatem Sacratissimam, quatenus gratiose disponere dignetur, ut aedificia isthaec ecclesiastica et scholastica ab onere milites hospitio excipiendi releventur.

Projectum circa revehendam in Clero disciplinam. Hinc progressum est ad lectionem projecti circa revehendam in Clero disciplinam, cujus puncta de frequenti oratione et meditatione, sedula Breviarii recitatione, vestitu sacerdotali semper deferendo, vitandis locis prohibitis, de crebra confessione, aliisque salutaribus institutis agentia, Celsissimus Princeps Primas Praesulibus ad Dioeceses suas reversuris submittet. Qua occasione simul enunciarunt Episcopi: viros seculares, qui in choris Capitularibus munere cantorum funguntur, ut fieri poterit, vestitu formam ecclesiasticam habente indutos esse debere.

Sonat vero Projectum illud in decisum abiens sic:

De disciplina Cleri.

Pastoralis officii sollicitudine excitati in unum collecti Praesules ad obligationem suam spectare reputabant; ut dum collatis consiliis causam sacrosanctae Religionis et Jura Ecclesiae tueri, ac malis inter civiles motus Catholicae Ecclesiae illatis remedia adferre satagerent: non minus de iis, quae ad Cleri mores, et conversationem salutaribus disciplinae ecclesiasticae praeceptis moderandam spectant, communem agendi rationem inirent: ut laxata postremis cumprimis annis vitae clericalis disciplina restaurari, sensimque ad pristinum suum vigorem revocari queat; quae huc redeunt:

Nihil est quod fideles magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio manciparunt; e contrario nihil magis diminuit populi fidelis erga Clerum venerationem, nihil ejus pietatem et fidem magis offendit, atque publicam immoralitatem magis promovet, quam mala, et reproba Sacerdotum vita: juxta illud Synodi Veneticae de anno 1592. „secularium pietas langvescit, ubi clericorum vita non splendescit."

Unde nihil impensius curandum aut fortius urgendum esse censent congregati Episcopi, quam ut scandala illa, quae a clericis proveniunt, tollantur, et vita clericorum sanctae, quam profitentur, vocationi respondeat. Igitur

1-mo Recogitantes quod promiscua cum sexu altero conversatio maxime reprehensibiles efficiat Clericos, et status sacerdotalis nulla ex parte majus patiatur dedecus, majoremque experiatur despectum, quam ex subsumtione, et suspicione incontinentis vitae: id sibi in Domino praestituerunt, ut in vitam domesticam, et externam conversationem quorumcunque etiam in dignitate constitutorum Clericorum omni vigilantia intendant, atque canonica severitate animadvertant: ut mulieres canonicam aetatem non habentes, imprimis autem lapsae, in arbitrario divortio viventes, aut sua culpa divortiatae, demum in suspicionem incontinentiae vocatae, quacunque etiam cognatione junctae, a domibus et re familiari Clericorum arceantur. „Non potest" — scribit S. Hieronymus, „toto corde cum Deo habitare, qui foeminarum accessibus copulatur." Hinc fit plerumque, ut mulieres in domibus sacerdotum existentes, aut pro dominabus, aut pro focariis a populo habeantur. „Consortium mulierum," scribit Concilium Cameracense: „sacerdoti non convenit, quem castitas et continentia perpetuo ornare debent; et utut castitas servari queat in bonarum foeminarum consortio: raro tamen bonum nomen retineri potest."

2-do Cum per sacros canones de vita et honestate Clericorum praescriptos signanter: Decreto Gregorii Lib. III. Cap. XV. In Clementinis III. cap. I. Concilii Tridentini Sessione 22. de reformatione cap. I., armorum gestatio, choreae, spectacula, theatra, commessationes, aliave hujusmodi mundana oblectamenta, in quibus spiritus ecclesiasticus suffocatur, boni mores obfuscantur, bona Sacerdotum fama perit, Clericis sub interminatione poenarum canonicarum interdicta sint: curabunt Episcopi, ut ea omnia, quae SS. Patres, Constitutiones Pontificum, et Synodi etiam in Hungaria celebratae, de vita et honestate clericorum legibus moderanda constituerunt, missis ad Clerum suum pastoralibus literis renoventur, atque addita poenarum in contravenientes sanctione identidem inculcentur.

3-o Cum habitus clericalis ordinis a multis Sacerdotibus deferri negligatur, et publice habitus laicalis, studiose morem mundanum consectando, jamjam in usum inducatur; unde magna clericalium morum laxitas invalescit, et status Sacerdotalis reverentia in dies majori vilipensioni exponitur: hunc perniciosum abusum tollere eo magis adlaborabunt, quo magis convicti sunt: in veste clericali magnum subsidium vitae et honestatis clericorum repositum esse, neque sine gravi causa evenisse, ut inde ab antiquissimis Ecclesiae Christianae seculis praescriptum fuerit Clericis: vestes non alias deferre, quam ordini suo proprias, et clericali modestiae convenientes. Ita jam Concilium Carthaginense IV. c. 45. praescripserat clericis, ut professionem suam et habitu, et incessu probent. Concilium Matisconense anno 581 celebratum can. 5. prohibuit sagum, aut vestimenta vel calceamenta secularia. Concilium Londinense anni 1248. gravem et perversum abusum vocat, non deferre habitum clericalem, dicitque: dum clericum a laicio respiciens oculus non discernit, fit is omnibus vere fidelibus in scandalum et in despectum; nam ut Synodus Veronae anno 1542. habita, bene observat: talis quis esse praesumitur, qualis ex habitu judicatur. Concilii Tridentini lex Sessionis 14-ae de reformatione cap. 6-o in hoc objecto edita notissima est, qua urgetur: ut vestes ordinis semper deferantur — et temeritatem esse, vestes laicales publice deferre. Etiam Concilia Hungariae incessanter urserunt vestis clericalis continuum usum; sic Colomanni Decretum Libri I. cap. 70. legitur: „Nullus, qui clericus aestimatur, vestibus utatur laicalibus." Synodus autem Tyrnaviensis anno 1611. celebrata cap. II. Nro 1-o sic decrevit: „Clerici omnes habitum clericalem et tonsuram decenter gerant, nec novum, et ad secularem accedentem habitum induant." Quibus perpensis Episcopi decreverunt: consvetudini et observantiae Ecclesiae hungaricae, quae instituto sacerdotii et legibus Ecclesiae conformis est, se stricte inhaerere velle, neque toleraturos: ut per clericos vestis talaris et tonsurae contemptores, obscuretur clericalis ordinis decus, morum corruptelae porta aperiatur, et, prout Concilium Londinense bene observat: „Christus a suis militibus, ferentibus insignia aliena, deseratur."

4-o Inter affectus et curas secularium negotiorum adeo deferbuit apud Clericos orationis studium, ut ipsum Breviarii quotidianum pensum innumeris generalium et particularium etiam Hungariae Conciliorum sanctionibus, sub poena non percipiendi beneficii fructus, impositum, a multis Sacerdotibus negligatur. Hinc evenit, ut deficiente orationis studio etiam zelus Sacerdotum defecerit; videmusque recte illos, qui Breviarii pensum negligunt, cum sint a spirituali pabulo quotidie jejuni, templum Dei non aedificare. Haec expendentes Episcopi suae obligationis esse agnoscunt: Breviarii recitationem omnibus in majoribus Ordinibus constitutis sub gravi ommissionis peccato incumbentem, non tantum per literas pastorales fervidius commendare; sed insuper providere: ut clerus junior per magistros de conscientiosa obligatione orandi Breviarii edoceatur: qui eidem una psalterium, aliasque Breviarii partes exponant, illosque in Breviarii et Ecclesiae orantis spiritum introducant.

5-o Fit non infrequenter, ut Sacerdotes non tantum divini Officii quotidianum pensum intermittant, sed nisi stipendii lucro moti, etiam sacrosancti Sacrificii oblationem Deo offerre negligant, aut in celebrando adeo indevoti et properantes sint, ut sua celebratione adstantem populum plane offendant. Hi passim absque omni praeparatione, et spiritus recollectione solent ad aram accedere, inde vero pari celeritate ad negotia sua mundana revertuntur. Etsi ad hoc malum praepediendum sola externa disciplinae coercitio non sufficiat; providebunt tamen Episcopi, ne taciturnitate sua talibus ad contrahendam mali habitus consvetudinem occasionem praebeant. Quapropter pastoralem suam vocem attollent etiam contra hunc abusum, et frequentem missae Sacrificii celebrationem omnimode inculcabunt iis, qui legitime impediti non sunt: sed etiam ad internam animi devotionem monebunt celebrantes, atque praescribent, ut Missa lecta saltim 20 integris minutis durare debeat; prout id a Benedicto XIV. statutum fuit, et in plurimis Dioecesibus instar regulae observatur. Quo vero spiritu frequentius renoventur Sacerdotes, intendent, ut adminus menstrue conscientiam suam sacramentali confessione repurgent. Sed etiam:

6-o Cum persvasum sit Episcopis, nullo aptiore medio spiritum ecclesiasticum nutriri et foveri posse in Sacerdotibus, quam per Exercitia spiritualia, haec in suis dioecesibus introducere, eorumque frequentationem suis tum nervose commendare, tum proprio exemplo probare, congruis quibusvis modis adnitentur.

Impressio libri, qui inscribitur: Manuale vitae sacerdotalis. Ad spiritum sacerdotalem in Clero continuo fovendum utile existimarunt Congregati Praesules exorare Suam Celsitudinem Primatialem, ut librum, cui titulus est: „Manuale vitae Sacerdotalis" cum exemplaria ultimae editionis passim distracta sint, typis vulgari curet, usibus Cleri totius Ecclesiae Hungaricae inserviturum. Novae huic editioni, postquam eam Celsissimus Princeps Primas aliqua praefatione nomine Excelsae Congregationis adornata augendam esse declarasset; Illustrissimus Episcopus Jaurinensis orationes ante et post Missam dicendas: Illustrissimus vero Archi-Episcopus Agriensis preces matutinas et vespertinas adjici petierunt; quae omnia in conclusum abiere.

Celsissimus Princeps Primas produxit literas Societatis Lugdunensis de propaganda fide, in quibus Episcopi Strigonii congregati ad mutuas preces et conferendas eleomosynas provocantur. Cum Ecclesia Hungarica in cassam Societatis Leopoldinae utique annue suam conferat symbolam, et collectam pro sacro Domini Nostri sepulchro aeque quotannis instituat; congregatis Episcopis visum est Clerum animandum esse, et eo inviandum: ut suas symbolas cassae Societatis Leopoldinae et sacri Sepulchri inferant: cum haec instituta ceteroquin eundem sanctum finem promovere pergant. De qua Episcoporum congregatorum determinatione Sua Celsitudo Primatialis Societatem Lugdunensem edocebit.

Relationes de Ecclesiarum rationibus. Quamquam novae Constitutionis tenore administratio rerum ad Ecclesiam adtinentium Ecclesiae relinquatur: nihilominus tamen potestas civilis aliquibus in locis de rationibus Ecclesiarum relationes exigit. Congregati itaque Episcopi exorarunt Suam Celsitudinem Primatialem, quatenus e Ministerio privatim resciret: num haec relationum exactio ex altiori inviatione instituatur.

Canonica Institutio Canonicorum. Circa modum canonicae institutionis Canonicorum determinarunt congregati Episcopi: liberum esse antiquo mori inhaerere; cum solennes Literae collationales ad usum iterum revocatae existant.

Immaculata Conceptio. Celsissimus Princeps Primas produxit scriptum apostolicum, in quo Sua Sanctitas omnibus Episcopis libertatem concedit, Officium de Conceptione B. M. V. cum addita expressione „Immaculata" recitandi, quin pro hoc seu ad Suam Sanctitatem, seu ad S. Rituum Congregationem recurrere opus sit. Quibus svavissimo cum solatio exceptis, Celsissimus Princeps Primas significavit Excelsae Conferentiae: Officium de Immaculata Conceptione B. M. V per se Quinque-Ecclesiis jam typis vulgatum esse, Seque talia exemplaria petentium desideriis ultro libentissime satisfacere.

Officia propria Sanctorum quorumdam in Hungaria. Proponente Illustrissimo Archi-Epscopo Agriensi de Officiis propriis Sanctorum quorumdam in Hungaria determinatum est: ut Directoria omnium Dioecesium Ecclesiae hungaricae Suae Celsitudini submittantur: quo omnia haec Officia facilius colligi et novitus typis vulgari possint.

Duae epistolae Alba-Regalenses et una Agriensis. Post haec Celsissimus Princeps Primas perlegit duplicis ordinis epistolas, Vicarii Capitularis Alba-Regalensis, qui primâ suâ epistolà opus nuper luce publica donatum „A' világ-egyház" patrocinio Episcoporum commendat; altera autem sciscitatur de sensu facultatum romanarum circa dispensationem in consangvinietatis et affinitatis gradu tertio mixto secundo. Prioris tenor pro statu notitiae acceptus est; quoad secundam autem Sua Celsitudo rescribet memorato Vicario Capitulari: tales dispensationes nonnisi illos posse elargiri, qui pro hoc specialem indultum Suae Sanctitatis obtinuerunt. Deinde perlecta est epistola Vicarii Capitularis Agriensis, Syntagma cantionum ecclesiasticarum proxime typis vulgandarum Excelsae Conferentiae patrocinio commendantis

His finitis Celsissimus Princeps Primas pro die crastina, Dominica nempe XV. post Pentecosten SS. Angelis Custodibus sacra solennem Gratiarum actionem indixit; Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Episcopo Zagrabiensi ad pontificandum invitato.

Sessio undecima,

praesidente et assidentibus Iisdem, qui priori Sessioni interfuerunt, die 31. Augusti post meridiem celebrata.

Pro coronide, Celsissimus Princeps Primas praevidens, aliqua puncta Elaboratorum e Conferentia isthac Loco Altissimo praesentatorum nonnisi per praeviam cum Ministerio tractationem, esse coronanda optato effectu; atque probe noscens se, utpote diversi generis curis distentum, ut ut ad omnia, pro emolumento sanctae Religionis et Ecclesiae suscipienda, semper paratus sit, huic negotio non semper sufficere; proposuit Excelsae Congregationi: num non necessarium existimaret hunc in finem sibi aliquot e Praesulibus praesentibus adjungere? cui Celsissimi Praesidis propositioni Omnes annuebant, praeattactam provinciam delectis per acclamationem tribus Antistibus: nempe Excellentissimo Episcopo Nitriensi, Illustrissimis item Episcopis: Jaurinensi et Veszprimiensi deferentes.

His in gloriam Dei et emolumentum Ecclesiae suae sanctae peractis: Celsissimus Princeps Primas Excelso Episcoporum Choro ob susceptas longinqui itineris molestias, consiliorum suorum promptitudinem, testatumque pro bono Religionis et Ecclesiae zelum vere apostolicum, solemnes gratias egit, felicemque et faustum ad gregem sibi creditum precatus reditum, semet piis precibus, fraternisque affectibus commendans, gravissimis Consultationibus coronidem imposuit. Ad haec Excellentissimus Colocensium Archi-Episcopus, filo sermonis prompte adprehenso, Celsissimi Domini Principis Primatis in agendis rebus dexteritatem, in arduis adeo laboribus patientiam, in deligendis iis, quae bono Ecclesiae his praesertim difficillimis temporibus maxime conducunt, prudentiam, exhibitamque suis fratribus charitatem prorsus singularem justis laudibus celebravit, atque Deliberatis Divinam benedictionem et Regis Apostolici beneplacitum, Celsissimo vero Excelsae Conferentiae Praesidi longam adhuc annorum seriem precatus est: Sacerrimo Episcoporum Ordine vota haec congeminante.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Rationes

de Fundo Auxiliari Deficientium Archi-Dioecesis Strigoniensis Sacerdotum pro Anno 1857. redditae.

Nrus Cur.	A Capitali in Mon. Conv. fl.	kr.	Perceptio	Summa in Mon. Conv. Partialis fl.	kr.	Totalis fl.	kr.
			A) E remanentia anni prioris				
			Juxta Rationes anni 1856 manserunt in Cassa	—	—	2127	22²/₆
			Summa per se . .				
			B) E censu Capitalium; et quidem				
A)	5800	—	Aerario Regio erga 5 pC. elocato	290	—		
B)	1400	—	Venerabili Capitulo Strigoniensi erga 5% elocato	70	—		
C)	2500	—	Cassae Parsimoniali Strigoniensi elocato	134	46		
D)	9536	24	apud privatos erga 5 et 6 pC. elocatis	535	4⁴/₆	1029	50⁴/₆
			Summa				
	19236	24	Restantia Consuum facit 681 fl. (*)				
			C) E repersolutis Capitalibus				
			percepti sunt	—	—	3950	—
			Summa per se . .				
			D) E Collectis Symbolis.				
			EMINENTISSIMUS, AC REVERENDISSIMUS **D. JOANNES BAPT.** S. R. E. TITULI S. CRUCIS IN JERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS **SCITOVSZKY,** M. E. STRIGONIENSIS ARCHI-EPISCOPUS			100	—

Doc. sub		Summa in Mon. Conv. Partialis fl.	Totalis fl.	kr.
	STRIGONII.			
A.	Venerabile Metropolitanum Capitulum Strigoniense	100		
„	Illmus ac Rmus D. Eppus Josephus Víber in favorem D.			
„	Caspari Malocsay, emeriti Parochi et Jub. Sacerdotis	25		
B.	Rmus D. Jos. Szabó, E.M.S. Can. H. et Canc. Prim. Dir.	5		
„	A. R. D. Michael Schumichraszt, Secretar. Primat.	5		
„	Illmus D. Rudolphus C. Nyáry, Secret. Primat. . .	5		
„	D. Laurentius Rudnay, Notar. Metr. S. Sedis Strigon.	3		
„	D. Julius Meszlényi, Archivar. Primat.	3		
C.	Seminarium S. Stephani Strigoniense	20	166	—
	TYRNAVIAE.			
D.	A. R. D. Sigism. Szuppan, Direct. Gymn. A.Eppal. Tyrn.	5		
„	A. R. D. Josephus Simor, Spiritualis Direct. Seminarii	5		
„	D. Georgius Császtka, Officii Vicar. Tyrnav. Secretar.	2		
„	D. Paulus Novák, S. Sedis Tyrnav. Notarius . . .	2		
„	A. R. D. Franciscus Zsihovics, in Æppal. Gymn. Prof.	3		
„	D. Joannes Pelczmann „ „	1		
„	D. Ladislaus Lukács „ „	1		
„	D. Joannes Graeffel „ „	1		
„	D. Antonius Bauer „ „	1		
„	D. Michael Praznovszky, Cooperator Tyrnav. . ..	2		
„	D. Josephus Fridrich „ „	2	25	—
	BUDA-PESTINI.			
B.	A. R. D. Georgius Schopper, Prof. P.O. penes Univ. Pest.	5		
„	D. Josephus Klezsó, Studior. Praef. in Gen. Semin. Pest.	2		
„	D. Franciscus Schvinn, Capell. Castr. in Mezőhegyes	6	13	—
	IN DISTR. V.A.DIACONALI BAJÓTHENSI.			
B.	A. R. D. Franc. Faichtmajer, VADiac. et Par. Szomor.	5		
„	D. Josephus Koppy, Parochus Bajnaensis	5		
	Latus . . .	10	204	

Doc. sub			
	Translatum . . .	10	204 —
B.	D. Rudolphus Simonyi, Par. Bajóthensis	5	
„	D. Aloysius Viszolajszky, Par. Dághensis	4	
„	D. Carolus Tschida, Par. Csolnokensis	3	
„	D. Mauritius Lovák, Par. Héreghensis	2	
„	D. Georgius Spertl, Par. Kirvaensis	1	
„	D. Josephus Pészánszky, Par. Sárisápensis . . .	3	
„	D. Josephus jun. Szabó, Par. Tardosensis	2	
„	D. Ferdinandus Drágfy, Parochiae Tarján Admin. .	2	
„	D. Alexander Mészáros, Parochiae Úny Admin. . .	1	
„	D. Carolus sen. Szabó, Coop. Bajnaensis	1	34 —
	IN DISTR. V.A.DIACON. BUDA-PESTIENSI.		
B.	A. R. D. Joannes Brunner, Surr. VAD. et Par. V.Budens.	5	
„	D. Joannes Murcsics, Par. S. Andreaensis	6	
„	P. Hieronymus Hofbauer, Parochiae Jenö Admin. .	5	
„	D. Josephus Reich, Parochiae Békás-Megyer Admin.	1	
„	D. Eugenius Degen, Coop. Budens. ad S. Annam .	1	
„	D. Vendelinus Komacsek, Coop. S. Andreaensis . .	1	19 —
	IN DISTR. V.A.DIACON. PÁRKÁNYENSI.		
E.	Rmus D. Ign. Kovács, H. Can. Str. VAD. et Par. N.-Ölv.	12	
„	D. Emericus Nagy, Par. Bátorkesz.	3	
„	A. R. D. Stephanus Tölgyesy, Par. Szölgyén. . . .	8	
„	D. Michael Tillmann, Par. Muzslaensis	6	
„	D. Joannes Veress, Par. Köhidgyarmathensis . . .	5	
„	D. Franciscus Crettier, Par. Kéméndensis	4	
„	D. Joannes Mészáros, Par. Barthensis	4	
„	D. Adolphus Olgyay, Par. Köbölkuthensis . . .	5	
„	D. Joannes Deszáth, Par. Ebedensis	3	
„	D. Alexius Massza, Par. Farnadensis	3	
„	D. Ignatius Róth, Par. Párkányensis	3	
„	D. Michael Tombor, Coop. Nagyölvedensis . . .	1	
„	D. Joannes Fabián, Coop. Nagyölvedensis . . .	1	
„	D. Stephanus jun. Tölgyesy, Coop. Szölgyén. . .	1	
„	D. Ladislaus Urge, Coop. Mocsensis	1	
„	D. Carolus Magasházy, Coop. Köhidgyarmath. . .	1	62 —
„	D. Josephus Kondvicska, Coop. Kéménd.	—	419
	Latus . .		

(*) Negligentes censuum solutores in jus vocati sunt.

Doc. sub		Summa in Mon. Conv. Partialis fl.	Totalis fl.	Totalis kr.
	Translatum . . .	—	419	—
	IN DISTR. V. A. DIAC. SZÉCSÉNYENSI.			
B.	A. R. D. Paulus Glacz, VADiac. et Par. F. Ludány.	4		
„	D. Aloysius Würth, Par. Lóczensis	8		
„	D. Carolus Székesy, Par. Megyerensis	3		
„	D. Joannes Feniczy, Par. Nagy-Bárkányensis . . .	2		
„	D. Joannes Kurcsényi, Par. Szakalensis	2		
„	D. Gábriel Láncz, Parochiae Sóshártyán Administrator	2		
„	D. Alexander Poór, Coop. Karancsságensis . . .	1	22	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. KÉKKEŐENSI.			
D.	A. R. D. Antonius Perkinkó, VADiac. et Par. Zsélyens.	1		
„	D. Georgius Franczenbach, Par. Bussaensis . . .	2		
„	D. Joannes Munkay, Par. Kékkeőensis	2		
„	D. Michael Sántha, Par. Óvárensis	1		
„	D. Josephus Szent-Gály, parochiae Szklabonya Admin.	2		
„	D. Gabriel Kapy, Par. Varbóensis	5	13	—
	IN DISTR. V. A. DIAC. VADKERTENSI.			
B.	D. Samuel Poosch, Par. Csesztvensis	1	1	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. SCHEMNICZIENSI.			
B	Rmus D. Jos. Boltizár, Praep. VADiac. et Par. Schemn.	5		
„	D. Eduardus Majsch, Par. Siglisbergaensis . . .	5		
„	D. Franciscus Szklenár, Par. Belobányaensis . . .	3		
„	D. Josephus Laczuska, Par. Sz. Antalensis . . .	3		
„	D. Joannes Mentzl, parochiae Viszoka Administrator	3		
„	D. Michael Pinthér, Coop. Schemniczienis . . .	1		
„	D. Vilhelmus Hönig, Coop. Schemniczienis . . .	1		
„	D. Antonius Oldinger, Coop. Schemniczienis . .	1		
„	D. Stephanus Sütteö, Coop. Siglisbergaensis . . .	1		
„	D. Andreas Kubina, Coop. Siglisbergaensis . . .	1	24	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. BOZÓKENSI.			
B.	A. R. D. Georgius Opecska, VADiac. et Par. Litavaens.	6		
„	D. Josephus Nemzethy, Par. Bozókensis	3		
„	D. Stephanus Jasztrabszky, paroch. Felső-Sipék Adm.	3		
„	D. Michael Zelnik, Par. Némethensis	3		
„	D. Ladislaus Szelepcsényi, Par. Prencsfalvensis . .	2		
„	D. Carolus Müller, Par. Szebelébensis	3	20	—
	IN DISTR. V.A. DIACON. DRÉGELYENSI.			
B.	A. R. D. Michael Vajgeth, VADiac. et Par. Ipolységh.	3		
„	D. Georgius Könözsy, Par. Csábensis	2		
„	D. Georgius Balás, Par. Nyékensis	5		
„	D. Joannes Pásztory, Par. Palástensis	2		
„	D. Josephus Mezey, Par. Felsőtúrensis	3		
„	D. Carolus Várffy, Par. Nagycsalamiaensis . . .	2		
„	D. Joannes Szakmáry, Par. Rakonczaensis . . .	2		
„	D. Franciscus Schnausz, Par. Ipolyfödémes Admin.	2		
„	D. Martinus Stanczl, Par. Ipolyszécsény Admin. .	2		
„	D. Joannes Patak, Par. Hrussóensis	2		
„	D. Emericus Stéger, Par. Házasnényensis . . .	2		
„	D. Ludovicus Jankó, Coop. Nyékensis	1		
„	D. Alexius Kóczián, Coop. Drégelyensis	1		
„	D. Stephanus Vallus, Coop. Ipolységhensis . . .	1	30	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. BÁTHENSI.			
B.	A. R. D. Joan. Walmráth, Surr. V.A.D. et Par. F. Zsemb.	1		
„	D. Joannes Ponner, Par. Nádasensis	1		
„	D. Ludovicus Justh, Par. Égeghensis	1		
„	D. Joannes Magyar, Par. Gyerkensis	2		
„	D. Carolus Szlatky, Par. Viskensis	3		
„	D. Joannes Ziska, Par. Alsó-Szemerédensis . . .	1		
„	D. Paulus Verseghy, Par. Füzesgyarmath. . . .	1		
„	D. Georgius Fischer, Par. Bakabányaensis . . .	1	11	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. SZALKAENSI.			
B.	A. R. D. Jos. Csejthey, Ord. V.A.D. et Par. Kemencz.	5		
„	A.R.D. Fr. Andorszeghy, Surr. V.A.D. et Par. Ipolyszak.	3		
„	D. Alexander Korber, Par. Bajtaensis	1		
„	D. Ludovicus Hódermann, Par. Börzsönyensis . .	2		
„	D. Ignatius Grundl, Par. Helembaensis	2		
„	D. Ludovicus Bartos, Par. Kisgyarmathensis . .	2		
„	D. Joannes Balogh, Par. Kóspallag.	2		
	Latus . .	17	540	

Doc. sub		Summa in Mon. Conv. Partialis fl.	Totalis fl.	Totalis kr.
	Translatum . .	17	540	—
B.	Rmus D. Joseph. Reither, Abbas, et Par. Nagy-Maros	4		
„	D. Antonius Pinthér, Par. Nostraensis	5		
„	D. Vincentius Vörös, Par. Pereszlényensis . . .	1		
„	D. Ignatius Kertész, Par. Szalkaensis	3		
„	D. Ignatius Csintalan, Par. Szeteensis	3		
„	D. Martinus Pritzel, Par. Szobbensis	3		
„	D. Stephanus Lakner, Par. Vámosmikolaensis . . .	1		
„	D. Stephanus Tóth, Coop. Kemenczensis	1		
„	D. Joannes Szivér, Coop. Kövesdensis	1		
„	D. Ignatius Bohuniczky, Coop. Nagy-Maros. . . .	1		
„	D. Ladislaus Hajósy, Coop. Tölgyesensis . . .	1	41	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. S. BENEDICTENSI.			
B.	Rmus D. Jos. Valentovich, Can. H. Strig. V.A.D. et Par. Ben.	4		
„	D. Aloysius Reiter, Par. Aranyos-Marothensis . .	4		
„	D. Martinus Hrmo, Par. Fenyőkosztolányensis . .	2		
„	D. Ludovicus Luzinszky, Par. Kisapathiensis . .	3		
„	D. Carolus Wachtler, Par. Lédeczensis	3		
„	D. Josephus Tomcsik, Par. Nagyherestyény. . .	2		
„	D. Joannes Szabó, Par. Szelezsény.	3		
„	D. Joannes Blaskovics, Par. Némethi.	3		
„	D. Joannes Dedinszky, Parochiae Szkiczó Admin.	1		
„	D. Stephanus Thebery, Par. Thaszár.	4		
„	D. Joannes Jeszenszky, Par. Velcsicz.	3		
„	D. Gustavus Gasparik, Coop. S. Benedict. . . .	2		
„	D. Josephus Ikrényi, Coop. Kisapáthi.	1		
„	D. Emericus Stetina, Coop. Lédeczensis	1		
„	D. Stephanus Kittenberger, Coop. Thaszár. . .	1	37	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. COMAROMIENSI.			
B.	Rmus D. Michael Paunácz, Praep. V.A.D. et Par. Comar.	6		
„	D. Antonius Csáktornyay, Par. Csicsóensis . . .	2		
„	D. Leopoldus Pfüczner, Par. Ekecsensis	4		
„	D. Josephus Salamon, Par. Ekelensis	2		
„	D. Josephus Rendek, Par. Gutaensis	5		
„	D Andreas Horváth, Par. Izsaensis	5		
„	D. Franciscus Nagy, Par. Keszegfalvaensis . . .	2		
„	D. Joannes Majer, Par. Nagy-Megyerensis . . .	2		
„	D· Joannes Fehér, Coop. Comaromiensis . . .	1		
„	D. Adalbertus Ziegler, Coop. Comarom.	1		
„	D. Stephanus Sztankovics, Coop. Gutaensis . . .	1	31	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. UDVARDENSI.			
B.	A. R. D. Adolphus Majthényi, V. A. D. et Par. Udvard.	6		
„	D. Joannes Zaklukal, Par. Szemerensis	3		
„	D. Joannes Finka, parochiae Jászfalu Admin. . .	2		
„	D. Edvardus Simonffy, Par. Koltaensis	2		
„	D. Aloysius Miklosovics, Par. Csúzensis	3		
„	D. Stephanus Majer, Par. Kürth.	4		
„	D. Joannes Adamovich, Par. Perbete.	5		
„	D. Florianus Filser, Par. Sz. Péter.	2		
„	D. Franciscus Schnausz, Par. Kurtakesz. . . .	2		
„	D. Andreas Czagányi, parochiae Ó-Gyalla Admin.	1		
„	D. Franciscus Schrimpf, Coop. Udvard.	1		
„	D. Joannes Veszely, Coop. Udvard.	1	32	—
	IN DISTR. V.A. DIAC. ÉRSEK-UJVÁRENSI.			
B.	D. Antonius Kardhordó, Par. Nagysurányensis . .	4		
„	D. Michael Keller, Par. Bánkeszienis	2	6	—
	IN DISTR. V. A. D. NAGY-CZÉTHÉNYENSI.			
B.	A. R. D. Joannes Druzsbovics, V. A. D. et Par. Vajk.	2		
„	D. Ignatius Kleinhansz, Par. Eözdöghensis. . . .	2		
„	D. Georgius Balázsy, Par. Nagy-Czéthény. . . .	2		
„	D. Franciscus Holzschuch, Par. Nagyhind. . . .	3		
„	D. Josephus Gunszt, Par. Nagy-Emőkensis . . .	2		
„	D. Carolus Várady, parochiae Nagy-Lapás Admin.	2		
„	D. Franciscus Spáda, Par. Sz. Mihályur.	2		
„	D. Franciscus Tersztyánszky, Par. Felső-Szöllős. .	2	17	—
	IN DISTR. V.A. DIACON. HÉDERVÁRENSI.			
B.	Rmus D. Andreas Varjú, C.H. Strig. V.A.D. et Par. Héder.	6		
„	A. R. D. Sigismundus Peőcz, S. V. A. D. et Par. Zámoly.	5		
„	D. Franciscus Tulacs, Par. Dunaszentpál.	4		
„	D. Franciscus Vizner, Par. Ballony.	4		
	Latus . .	19	704	

Doc. sub		Summa in Mon. Conv. Partialis fl.	Totalis fl.	Totalis kr.
	Translatum . . .	19	704	—
B.	D. Emericus Chebe, Par. Vámos.	3		
„	D. Franciscus Prix, Par. Darnó.	3		
„	D. Carolus Drezsmitzer, Par. Püskiensis . . .	3		
„	D. Daniel Prokopovszky, Par Ásvány.	2		
„	D. Antonius Berzauter. Par. Révfaluensis . . .	2		
„	D. Emericus Erhardt, parochiae Nagybajcs Admin.	2		
„	D. Ferdinandus Heimlich, Par. Bácsaensis . . .	2		
„	D. Michael Varga, Coop. Hédervár.	1		
„	D. Michael Makara, Par. Bánhida (Dioec. Jaurin.)	4		
„	D. Franciscus Papp, parochiae Kiliti Admin. . .	3	44	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. SELLYENSI.			
B.	D. Mauritius Deöme, Par. Nádseghensis	1		
„	D. Carolus jun. Szabó, Par. Királyrév.	1	2	—
	IN D. V.A. DIAC. NAGY-TAPOLCSÁNYENSI.			
F.	A.R.D. Vincent. Kubicza, V.A.D. et Par. N. Tapolocsány.	3		
„	D. Benedictus Eczeth, Par. Závad.	3		
„	D. Antonius Tóth, Par. Nagy-Jáczensis	3		
„	D. Joannes Buzna, Par. Prassicz.	2		
„	D. Georgius Bucsek, Par. Bajnens.	3		
„	D. Edvardus Vály, parochiae Sissó Admin. . . .	2		
„	D. Aloysius Náhlik, Coop. Nagytapolcsány. . .	1	17	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. GALGÓCZENSI.			
B.	A. R. D. Josephus Blásy, V. A. D. et Par. Galgóczensis	4		
„	D. Stephannus Caraba, Par. Hrádekensis	3		
„	D. Josephus Duchon, parochiae Moravanka Admin.	3		
„	D. Josephus Dinkay, Par. Nagy-Modrovkaensis . .	2		
„	D. Joannes Markó, parochiae Ó-Lehota Admin. .	2		
„	D. Ludovicus Leindorfer, Par. Szokolócsensis . .	2		
„	D. Carolus Kingyera, Coop. Galgóczensis . . .	1	17	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. UJLAKENSI.			
G.	A. R. D. Antonius Fritsch, V. A. D. et Par. Lakácsensis	4		
„	D. Josephus Palkovics, Par. Ujlakensis	4		
„	D. Albertus Szajbély, Par. Egerszeghiensis . . .	4		
„	D. Franciscus Szerzényi, Par. Üzbéghiensis . . .	4		
„	D. Venceslaus Matejka, Par. Udvarnokensis . . .	4		
„	D. Carolus Hyros, Par. Alsórécsényensis	3		
„	D. Joannes Palugyay, Par. Kisbábensis	3		
„	D. Joannes Bartovics, Par. Assakürthensis . . .	3		
„	D. Michael Tichy, parochiae Nyitravicsap Admin. .	3		
„	D. Josephus Sturgyik, Par. Suránkaensis . . .	2	34	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. ÜRMÉNYENSI.			
H.	A. R. D. Casparus Squór, V. A. D. et Par. Ürményensis	4		
„	D. Petrus Simunyi, parochiae Köpösd Admin. . .	2		
„	D. Joannes Somogyi, Par. Hosszúfaluensis . . .	2		
„	D. Carolus Kern, Par. Szelőczeensis	3		
„	D. Antonius Gály, Par. Sopornyaensis	3		
„	D. Florianus Csergheő, Par. Tornóczensis	3		
„	D. Ignatius Hegyi, Par. Sempteensis	2		
„	D. Joannes Fekete, Par. Alsójattóensis	2		
„	D. Franciscus Kromy, Coop. Ürményensis . . .	1	22	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. S. JOANNENSI.			
B.	A. R. D. Ignatius Kubina, V.A.D. et Par. Búr S. Georg.	4		
„	D. Josephus Cziszár, Par. Bikszárdensis	3		
„	D. Mathias Klena, Par. Búr- S. Nicolai	4		
„	D. Joannes Timtsák, Par. Detrekeő S. Nicolai . .	4		
„	D. Josephus Köntös, Par. Detrekeő S. Petri . .	4		
„	D. Josephus Zeman, Par. S. Joannensis	4		
„	D. Nicolaus Pászty, Par. Kuklóensis	3		
„	D. Joannes Juriga, Par. Laksár-Ujfaluensis . . .	4		
„	D. Josephus Thurzó, Par. Závodensis	3		
„	D. Nicolaus Chmelik, Coop. S. Joannensis . . .	1		
„	D. Josephus Chmela, Coop. Búr- S. Georgii . . .	1		
„	D. Michael Dopjera, Coop. Búr- S. Nicolai . . .	1	36	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. CSEJTHAENSI.			
I.	A. R. D. Carolus Feger, V. A. D. et Par. S. Crucensis	3		
„	Rmus D. Jos. Barinyay, Praep. Cur. B. M. V. de Vágujh.	10		
	Latus . . .	13	876	—

Doc. sub		Summa in Mon. Conv. Partialis fl.	Totalis fl.	Totalis kr.
	Translatum . . .	13	876	—
I.	D. Joannes Holcsek, Par. Podolaensis	4		
„	D. Stephanus Mrázik, Par. Pöstyényensis . . .	3		
„	D. Emericus Mráz, Par. Pobedimensis	3		
„	D. Antonius Lőrinczy, Par. Verbóensis	3		
„	D. Joannes Keller, Par. Lancsárensis	3		
„	Illmus D. Franciscus L. B. Horeczky, Par. Csejthaensis	4		
„	D. Augustinus Bíróczy, Par. Krakovanensis . .	3		
„	D. Joannes Homolay, Coop. Vágujhelyensis . . .	2		
„	D. Mauritius Mikovényi, Coop. Pöstyényensis . .	1		
„	D. Joannes Zimmermann, Coop. Csejthaensis . .	1		
„	D. Florianus Némethy, Coop. Verbóensis . . .	1	41	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. MIAVAENSI.			
B.	A. R. D. Martinus Csunderlik, V.A.D. et Par. Turoluka	2		
„	D. Martinus Kiska, Par. Miavaensis	2		
„	D. Antonius Dologh, parochiae Ó-Tura Admin. . .	2		
„	D. Josephus Beness, Par. Alsó-Bottfalvaensis . . .	2		
„	D. Stephanus Pitroff, parochiae Brezova Admin. . .	2		
„	D. Carolus Kanovics, parochiae Hrachovistye Admin.	2		
„	D. Joannes Malatinszky, Coop. Ó-Turaensis . . .	1	13	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. SZENICZENSI.			
K.	A. R. D. Joannes Ribeczky, Ord. V.A.D. et Par. Chrep.	3		
„	A. R. D. Franc. Zaicz, Sur. V.A.D. et Par. Jablonicza.	3		
„	D. Paulus Halus, Par. Czerovaensis	3		
„	D. Stephanus Mráz, Par. Hradistensis	3		
„	D. Andreas Gyurcsek, Par. Oszuszkóensis . . .	2		
„	D. Stephanus Sántha, Par. Rohovensis	2		
„	D. Josephus Victorisz, Par. Sándorfensis	3		
„	D. Emericus Jedlicska, Par. Szobotistyensis . . .	3		
„	D. Antonius Zajácz, Cur. Anabapt. in Szobotisty. .	2		
„	D. Antonius Cserny, Par. Verbócz Adm.	2	26	—
	IN DISTR. V.A.D. NAGY-KOSZTOLÁNENSI.			
B.	A. R. D. Stephanus Mészáros, V.A.D. et Par. Vogyerad.	4		
„	D. Ignatius Kaiser, Par. Drahóczensis	4		
„	D. Casparus Chotiborszky, Par. Boriensis	4		
„	D. Andreas Rusznyák, Par. Maduniczensis . . .	4		
„	D. Stephanus Ochaba, Par. Nagykosztolánensis . .	4		
„	D. Emericus Konessny, Par. Veszeleensis	4		
„	D. Stephanus Michálek, Par. Ujvároskaensis . . .	4	28	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. BAZINIENSI.			
B.	A. R. D. Stephanus Szuhányi, V.A.D. et Par. Modraensis	5		
„	D. Aloysius Berzák, Par. Bahonyensis	3		
„	D. Alexander Matuska, Par. Bazinensis	4		
„	D. Josephus Hartl, Par. Csasztaensis	3		
„	D. Joannes Tartoll, parochiae Dubova Admin. . . .	1		
„	D. Josephus Fodor, Par. Grynavensis	1		
„	D. Joannes Rozboril, Par. Horvátgurabensis . . .	1		
„	D. Joannes Uhlárik, Par. Istvánfalvaensis	1		
„	D. Josephus Králik, Par. Nagysenquiczensis . . .	2		
„	D. Ignatius Jüttner, Par. Prácsaensis	2		
„	D. Franciscus Svok, Par. Pudmericzensis	3		
„	D. Carolus Kadeczky, Par. Récsensis	5		
„	D. Joannes Bartek, Par. S. Georgiensis	4		
„	D. Stephanus Vajmár, Par. Scwainczbachensis . .	2		
„	D. Josephus Veszely, Par. Tótgurabensis	2		
„	D. Joannes Majer, sen. Par. Vistukensis	3		
„	D. Mauritius Alster, Coop. Pudmericz (nunc Konyhae.)	1		
„	D. Ignatius Schnierer, Coop. Bazin (nunc Capel. Castr.)	1		
„	D. Cooperator Csasztaensis	1	45	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. SAMARIAENSI.			
B.	A. R. D. Andreas Kollárik, V.A.D. et Par. Csötörtök.	5		
„	Rmus D. Ignatius Erőss, Can. Hon. Strig. emer. Paroch.	5		
„	D. Joannes Thaisz, Par. Féllensis	2		
„	D. Antonius Héda, Par. Illésházaensis	2		
„	D. Joannes Makk, Par. Misérdensis	3		
„	D. Josephus Flóriánsz, Par. Nagyléghensis . . .	3		
„	D. Paulus Sefcsik, Par. Nagymagyarensis	3		
„	D. Balthasarus Schill, Par. Nagypakaensis . . .	2		
„	D. Mathias Heimberger, parochiae Pruk Admin. . .	3		
„	D. Joannes Hollósy, Par. Püspökiensis	4		
„	D. Michael Résely, Par. Samariaensis	2		
„	D. Franciscus Neumányi, Par. Vajkaensis	39	1029	—
	Latus . . .			

Doc. sub		Summa in Mon. Conv. Partialis fl.	Totalis fl.	Totalis kr.
	Translatum . . .	39	1029	—
B.	D. Carolus Márkus, Coop. Misérdensis	1		
„	D. Stephanus Hogenbuch, Coop. Nagymagyarensis .	1		
„	D. Stephanus Springer, Coop. Samaria.	1	42	—
	IN DISTR. V.A.D. DUNA-SZERDAHELYENSI.			
B.	A. R. D. Joan. Szakváry, V.A.D. et Par. Dunaszerdah.	4		
„	D. Josephus Sebök, Par. Nagy-Abonyensis . . .	2		
„	D. Andreas Döme, Par. Vásárutensis	3		
„	D. Joannes Vodnyánszky, Par. Egyházgelleensis . .	4		
„	D. Joannes Kovácsy, Par. Sz. Mihályfaensis . . .	2		
„	D. Franciscus Ábel, Par. Böösensis	3		
„	D. Michael Farkas, Par. Bakaensis	2		
„	D. Georgius Sághy, Par. Dercsikaensis	2		
„	D. Franciscus Némethy, Par. Fölbaárensis	2		
„	D. Josephus Bartuss, Par. Egyházkarcsaensis . .	2		
„	D. Martinus Edényi, Par. Alistálensis	2		
„	D. Antonius Lakner, Par. Várkonyensis	2		
„	D. Franciscus Mároky, Par. Nyárosdensis	2		
„	D. Andreas Csemesz, Par. Albaárensis	2		
„	D. Ferdinandus Fehér, Coop. Dunaszerdahelyensis .	1		
„	D. Gustavus Ludvig, Coop. Egyházgelleensis . . .	1	36	—
	IN DISTR. V.A.DIACON. MALACZKAENSI.			
B.	A. R. D. Antonius Markovics, V.A.D. et Par. Konyha.	4		
„	D. Joannes Galbavy, Par. Almásensis	5		
„	D. Joannes Peller, Par. Gajarensis	3		
„	D. Antonius Pachmann, Par. Haszprunkaensis . .	4		
„	D. Antonius Nuszer, Par. Malaczkaensis	2		
„	D. Antonius Polákovics, Par. Kislévárdensis . . .	3		
„	D. Maximilianus Jaloveczky, Par. Nagylévárdensis .	3		
„	D. Stephanus Csulen, Par. Pernekensis	2		
„	D. Martinus Oravecz, Par. Rarbachensis	2		
„	D. Josephus Pulmann, Par. Szolossniczaensis . . .	3		
„	D. Josephus Janik, parochiae Detrekeö-Csötört. Adm.	1		
„	D. Ignatius Butassovics, Coop. Nagylévárdensis . .	1	33	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. STOMFFAENSI.			
L.	A.R.D. Josephus Istvánffy, Ord. V.A.D. et Par. Dévény.	4		
„	A.R.D. Nicolaus Teöreös, Sur. V. A. D. et Par. Stomffa.	5		
„	D. Josephus Tainczner, Par. Beszterczensis . . .	4		
„	D. Josephus Mally, Par. Dévénylujfaluensis . . .	3		
„	D. Joannes Palkovics, Par. Hidegkúthensis . . .	2		
	Latus . . .	18	1140	

Doc. su		Summa in Mon. Conv. Partialis fl.	Totalis fl.	Totalis kr.
	Translatum . . .	18	1140	—
L.	D. Carolus Belló, Par. Hochstetnoensis	3		
„	D. Ignatius Juracska, parochiae Laab Admin. . .	2		
„	D. Franciscus Dobias, Par. Lamacsensis	3		
„	D. Vincentius Pauly, Par. Lozornoensis	4		
„	D. Josephus Kvetán, Par. Magyarfalvaensis . . .	2		
„	D. Alexius Ondrejkovics, Par. in Valle Mariae . .	3		
„	D. Arnoldus Stummer, Par. Zohorensis	3		
„	D. Josephus Valkó, Coop. Dévényensis	1		
„	D. Franciscus Bernász, Coop. in Valle Mariae . .	1		
„	D. Martinus Veszelovszky. Coop. Stomffaensis . .	1	41	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. SZEMPCZENSI.			
M.	A.R.D. Joannes Ocsovszky, V.A.D. et Par. Csatajensis	2		
„	D. Carolus Méhes, Par. Boldogfalvaensis	2		
„	D. Thomas Sztraka, Par. Czifferensis	2		
„	D. Antonius Vörös, Par. Cseklészensis	2		
„	D. Josephus Majerszky, Par. Ivánkensis	2		
„	D. Michael Jezsó, Par. Jókaensis	2		
„	D. Carolus Paulovszky, Par. Kápolnaensis . . .	2		
„	D. Alexander Prónay, Par. Magyarbélensis . . .	2		
„	D. Paulus Tóth, Par. Nagyfödémes.	2		
„	D. Josephus Csadó, Par. Pusztafödémes.	2		
„	D. Alexander Lencsés, Par. Szempczensis . . .	2		
„	D. Antonius Hadviger, Par. Vedrődensis	4	26	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. SZOMOLÁNYENSI.			
N.	D. Joannes Ev. Kovács, Par. Alsó-Diósensis . .	3		
„	D. Joannes Blahó, Par. Bogdánoczensis	3		
„	D. Franciscus Priczel, Par. Felsö-Diósensis . . .	3		
„	D. Franciscus Jelinek, Par. Longovilla.	3		
„	D. Ignatius Debnár, Par. Ottenthalensis	5		
„	D. Michael Laucsik, Par. Nádasensis	3		
„	D. Josephus Kovács, Par. Szomolánensis . . .	4	24	—
	IN DISTR. V. A. DIACON. TYRNAVIENSI.			
O.	A. R. D. Antonius Farkas, Sub. V. A. D. et Par. Spácza.	3		
„	D. Antonius Schormann, Par. Zavarensis . . .	4		
„	D. Josephus Spányi, Par. Bucsánensis	3		
„	D. Joannes Horváth, Par. Manigaensis	4		
„	D. Ignatius Török, Par. Majthényensis	5		
„	D. Josephus Herban, Par. Apajensis	2	21	—
	Summa . . .	—	1252	—

D) E Legatis.

Nihil.

Recapitulatio Perceptionum.

		Summa in Mon. Cony. Partialis fl.	kr.	Totalis fl.	kr.
A)	E remansa anni prioris 1856	2127	$22^{3}/_{6}$		
B)	E Censu Capitalium	4979	$50^{1}/_{2}$		
C)	E Collectis pro anno 1857 Symbolis	1252	—		
D)	E Legatis	—	—		
	Summa omnium Perceptionum . . .	—	—	8359	13

Erogatio Anni 1857.

Documento sub		Summa in Mon. Conv. fl.	kr.
	I. In Elocationem Capitalium		
1—46	II. In Annua Subsidia DD. Emeritis Parochis, et Deficientibus Sacerdotibus	4790	—
47—56	III. Pro intertentione Subsidiariorum Sacerdotum	1597	50
57—64	IV. In Curam Valetudinis	300	—
65—67	V. In Diversa	305	—
		88	30
	Summa totius Erogationis . . .	7081	20

Combinatio.

Perceptio facit . . . . . flnos 8359 xros 13
Erogatio vero . . . . . „ 7081 „ 20

Proinde remanentia Cassae Rationes 1858 ingressura erit . . . . . flnos 1277 xros 53

Strigonii 26-a Martii 1858.

Per Jacobum Majsch m. p.
Fundi Auxiliaris Deficientium Sacerdotum Administratorem.

HEC E.M. STRIGON

Strigonii, typis E. Horak.

Nagyméltóságú Herczeg Primás,

kegyelmes Uram!

Méltóságos, Nagyságos és Főtisztelendő Uraim!

Kellmenffyné szül. Csekeő Paulina asszony ellen hamis eskü iránt indított panaszom következtében az esztergami Főtisztelendő Főszentszék vizsgálatot rendelvén a perbeli eljárás befejeztével 1868-dik évi Junius hó 12-én hozott itéletével vádlottnőt a hamis esküvádja alól bizonyitékok elégtelensége miatt fölmentette.

Ezen itélet ellen én rendes időben fellebbezést adván be, miután az el is fogadtatott az ügyiratok felsőbb elbirálás végett a Főméltóságú primási szentszék elé terjesztetének.

Mély tisztelettel alólirottnak érdekében állván ezen ügyet annak valódi állásában tárni fel a Főméltóságú primási Szentszék előtt, — bátorságot veszek magamnak ugyanazt röviden következőkben vázolni.

Vadlottnő fia Lajos a pesti kegyesrendi főtanodában a .|· alatti bizonyitványként rosz tanulás s rosz erkölcsi viselet miatt megbukván s onnan kizáratván, anyja által nevelő intézetembe hozatott. .|·

Én azonban a fiút, miután 2.|· szerint intézetemben hely nem volt, s ekkor bejárókat még nem tarték, csak hosszás és többszöri kérése után vállaltam el oly feltétel mellett, hogy addig mig intézetemben számára hely leend, érette anyja tanitási dij fejében havonként 10 ftot, lakás s élelmezésrei beléptével pedig évi 400 frtot fizetni köteles lészen. 2.|·

1861. év őszén be is adatott a fiú hozzám egész eltartásra, de vádlottnő később is csak a havonkinti 10 ftnyi fizetés mellett maradt, minden fizetés alkalmával tudtomra adván, hogy a többi a járandóságot is, a mi t. i. az évi 400 ftnyi összegnek kiegészitéseül még szükségeltetett lefizetendi, mihelyt vagyoni körülményei tisztába jönnek, illetőleg anyai s atyai öröksége neki kiadatik.

Én vádlottnőnek, — kinek Matild nevű növérével a fiú beadása után megismerkedve később arasági viszonyba is léptem, — ezen igéreteit elhittem s a jó viszony fenntartása végett várakoztam; midőn azonban havak és havak múltak s én észre kezdém venni, hogy némikép az arasági viszony kötése is ezen engedékenység elérésére terveztetett; sőt miután gyanitanom lehete, hogy vádlottnő — növérével szövetkezve már eleve megcsalatásomat tüzték ki célúl, a viszonyt megszakitottam.

Az araság, megszüntével vádlottnő még három hónapig birt engemet apai örök sége mielőbbi felvételével s felosztásával hitegetni, — elvégre azonban, midőn a negyedik hó elején a 10 ft. letevése alkalmával a többi most már jelentékeny összegre menő járandóságnak kifizetése helyett ismét csak elmondá szokásos fizetési igéretét, — én kifakadtam s őt csalónak nevezvén szobámból kiutasítottam, minek következtében ő fiát is magával vivé, és Peregrini úr intézetébe adá.

A 3.|· alá zárt iskolai hizonyitvány igazolja, miszerint én vádlattnő fiát rövid más félév alatt a sülyedésből kiemelve osztálya legjelesebb tanulójáva tettem. 3.|·

Vádlottnő azonban a helyett, hogy háláját legalább kötetelzettségének teljesitése által is beismerte volna, fizetni egyáltalában nem akart, miért is kénytelen voltam őt hosszas várakozás után elvégre törvény elé állittatni.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

A polgári per reám nézve szerencsétlenül folyt le, mert lazább védelmemnek következményeként s csak részben igénybe vett tanuimnak felületes kihallgatása eredményeül, alperesnőnek itéltetett oda a póteskü.

S vádlottnőnek volt annyi merészsége, hogy jobb tudomásával ellentétben
4.|· vontatva bár, s tanúim kimondása s különösen Zboray Bélának 4.|· alatt ide zárt s esküvel is erősített bizonylataként két izben is ellenkezve, — azon birói kijelentésre mégis, hogy különben nekem fizetni leend kénytelen, megesküdött arra; miszerint: „Én tőle akkor, midőn Lajos fiát intézetembe vállaltam, tanitási és tartási dijak fejében évi 400 ftot nem követeltem, s ezen összeg általa — részemre soha nem is követeltetett, hanem általa még akkor is, midőn Lajos fia már intézetemben tartatott havonként 10 ft. fizettetett s általam elfogadtatván, akkor több nem is követeltetett, minthogy ennél többet ő fizetni nem tartozott.“

Ezen eskünek hamissága a beigazolandó körülményekből világosságra hozható levén, én vádlottnőt a Főtisztelendő Főszentszék előtt bepanaszoltam s az eskü hamisságának s a fent előadott ténykörülmények begyőzése czéljából a polgári perben már felületesen kihallgatott Sárik Suzsanna s Proks Julianna tanúim mellé még, Boór Károly vádlottnő *első izbeni sógora* bizonyitványára, nem különben
5.|·6.|· Proksch Ferencz úrra is hivatkoztam.
7.|·8.|· Eme tanúimnak vallomásai 5.|· 6.|· 7.|· és 8.|· alatt itt feküsznek s hittel megerősítvék; — bizony erejök tehát azon körülmények tekintetében, melyekre nézve egybehangzanak, annál is inkább kétségbevonhatlan mivel nevezett tanúim vádlottnő által épen nem Boór Károly pedig reám nézve s a jelen per tekintetében beszámithatlan irányban kifogásoltatott.

Proksch Julianna, Sárik Zsuzsanna, és Boór Károly főtanúim pedig világosan és határozottan megegyeznek abban, hogy vádlottnő a fentebb érintett arányban csakugyan lekötelezte magát, hogy t. i. fia Lajos mint bejáróért havonként 10 ftot, később pedig, midőn a fiú véglegesen intézetembe lépett tartása s oktatásaért évenként 400 frtot fizetni fog.

Mindhárom tanú ezen tényt közvetlenül magától vádlottnőtől tudja, ki azt előttök számtalanszor bevallotta, s róla mint szerződésileg megállapított tényről nyilatkozott, részint pedig magának a szerződés megkötésének alkalmakor mint szemés fültanu hallotta.

Neveztesen Boór Károly, kinek mint vádlottnővel *sógorsági kötelék által egybefüzött személynek* épen nem fekszik érdekében a tényeket vádlottnő kárára elferdíteni, — az 5.|· alá csatolt vallomásában kétségtelenül s meg nem támadhatólag kijelenti, hogy csak vádlottnő s nővére egyesült kéréseinek s fáradozásainak sikerült engem a fiú elfogadására bírni, — kimondja, hogy én a fiút intézetemben üres hely nem levén — kezdetben 10 ft. havi fizetés mellett csak bejárónak fogadtam el; — *ki mondja, hogy már akkor határozottan kijelentettem, miszerint a fiút alkalom nyiltával* teljes tartás s oktatásra csak évi 400 ft. fizetés mellett fogadandom el, — s tanu mindezeket vádlottnő *saját szájából* hallotta, midőn ez szoros családi körben fiának kedvező elhelyezése felett teljes örömét s megelégedését fejezte ki s akkor, midőn anyai érzelmét az önzés és haszonlesés még el nem fojtotta.

Másik tanúm Sárik Zsuzsanna szakácsné volt vádlottnőnél, midőn ez fiát intézetembe hozta s ugyanezen minőségben szolgált nálam is, midőn vádlottnő fiát tőlem elvitte s igy elegendő alkalma volt az ügyről közelebbi tudomást szerezhetni. Ez is fentebbi tanúval egyezőleg megállapítja, a szerződési viszony tényét s létrejöttét, mi neki vádlottnő házában, hol is ezen viszony a család értekezésének s beszélgetésének gyakori s épen nem titkolt tárgya volt, értésére esett; — s megerősíti azt, hogy vádlottnő a kötelezett évi 400 ft. helyett, csakis havonkénti 10 ft. fizetett; — constatálja továbbá, hogy vádlottnő, midőn 1863. Jan. 6-án csak a részletes 10 ftot fizette s üres igéreteit ismételgette, általam az összes intézet előtt kiutasíttatott, mint olyan személy, ki fizetési képessége mellett fizetni s elvállalt kötelezettségének ekkép eleget tenni nem akar.

E két tanúnak összhangzó vallomása, kapcsalatban Proksch Juliannának magára a fent körülirt szerződési tényre s annak egyes részleteire vonatkozó kimeritő vallomásával, — s kiegészitve Zboray Bélának az eskületétel körülményeire, Proksch Ferencznek az intézetbeni köztudomásra hit alatt tett, végre Varga Gyulának 9.|· 9.|·
alá zárt s arra vonatkozó bizonylatával, hogy intézetemben senki más nem élvezett ingyen lakást, s tartást, csupán öcscse Pál — kétségtelenül s meg nem támadhatólag kimutatják, hogy vádlottnő magát fia tartása s neveléséért csakugyan évi 400 frtra kötelezte, s hogy vádlottnő az ellenkezőre esküdvén meg *hamisan esküdött*.

De eltekintve a tanúk által előállított bizonytól is vádlottnő állitásai sem a tiszta észérveivel nem igazolhatók, sem a perbeli tényekkel sem az én viszonyaimmal össze nem egyeztethetők; mert hiszen a világon senki sem fogja állíthatni, hogy megfelelő viszonszolgálat vagy pénzbeli teljesitmény nélkül bár ki is hajlandó lehetne, nem lévén arra helyesok, szolgálatokat teljesíteni, s ez itt annál kevésbé tételezhető fel, mert nálam épen a nevelés képezi *önfentartásom leglényegesebb eszközet*.

Avagy miért kedveztem volna én épen vádlottnőnek, a kiről tudtam, hogy a nevelési költségek fedezésére elegendő vagyonnal rendelkezik s a ki előttem akkor, a midőn fiát intézetembe adta s köztünk a beigazolt szerződés létre jött, *teljesen ismeretlen egyéniség volt*?

Erre vádlottnő a vizsgálat nyomán felelni nem tudott de meg sem felelhetett, mert Budán általánosan tudva van s vádlottnő is igen jól tudta s tudja, hogy nálam minden növendék a szabályul megállapított évi 400 frtot különbség nélkül köteles fizetni.

Ily nyomos, úgy tanúkkal mint az ésszerűség és fennforgó körülmények következményei által beigazolt tények ellenében vádlottnő oly gyönge oly ingatag védelemre támaszkodik, mely tisztán kimutatja álláspontjának tarthatatlanságát.

Hivatkozik Bakács Alajosra, egy oly egyeniségre ki ellen alapos kifogásaimat már a per során és legközelebb történt szembesitésekor megtettem s ki indokolt fejtegetésem szerint ellenem ellenséges indulattal viseltetvén, hiteles és aggálytalan vallomást nem is tehet, annál kevésbé, minthogy a vallomásában előforduló ellenmondások világosan kitüntetik, hogy ő vádlottnő által el volt csábitva.

Vallomásában ugyanis oly szavakat ad számba, melyek a beigazolt tényekkel merőben ellenkeznek.

Azt vallja ugyanis, miszerint én állítólag négy szem közt előtte oda nyilatkoztam, hogy vádlottnő fiát azért tartom és nevelem havi 10 ft. fizetésért, mert arámat annak családjából választottam.

Ha most tekintetbe vétetik, hogy araságí viszonyom már rég felbomlott volt, mikor a fiu még intézetemben tartozkodott, s igy én a fiúnak intézetemből végleges elvitele után, a fentebbi szavakat észszerűleg nem is mondhattam, — tanú azonban vallomásában nyíltan azt állítja, hogy én ezen állítólagos nyilatkozatot *akkor* tettem, midőn a fiú intézetemből *már elvitetett*! akkor eme vallomásra, mely lehetetlenségét és hamisságát önmagában hordja — vádlottnő valóban nem támaszkodhatik, s az a vádlottnő által letett hit valódisága mellett mi bizonyt sem adhat. —

De eltekintve ezen körülménytől, nevezett Bakács magánál a szembesitésnél is vallomásának hitelessége vagy is inkább tarthatatlansága tekintetéből oly sikeresen s oly eredménnyel támadtatott meg általam, hogy a Főtisztelendő Főszentszék, bármennyire kedvezett is vádlottnőnek, még sem alapíthatta itéletét ezen tanú kimondására, sőt azt, hallgatag egészen mellőzte. —

Ily módon vádlottnőnek csak két tanuja maradt: Dokuliné és Sauerpreis Luiza.

Ezen tanúk azonban a szerződésnek miként történt *létrejöttéről* épen mit sem vallhatván, kimondásuk a hamis eskű támogatására bizonyúl szintén nem szolgálhat. —

Nem is tekinthette maga vádlottnő sem ezen tanúit nyomósaknak, mert ellenvégiratában ezeknek velem történendő szembesítését nem kérte, hanem őket inkább csak is társalkodónők gyanánt hozta magával a szembesítéshez.

Ám lássuk, mit vallanak e tanúk?

Sauerpreis Luiza azt mondja, hogy a fiút állítólag csekélységért, Dokuliné pedig, hogy ingyen tartottam.

No már van-e ezen eltérő vallomásokban egység, van-e egy közös alap, melyre ezen nevetséges állítások visszavezetethetnének?!. Nincs; nem is lehet és pedig azért, mert mindkettő eredménye a tanúk asszonyias kiváncsiságára kedvetlenségből adott oly válaszaimnak, melyeknek értelmét tanúk saját beismerésök szerint is fel nem fogták, meghatározni nem képesek. —

Különben is a vallomások annyira ziláltak, hogy azokból kiigazodni sem lehet; mert ha ingyen tartottam volna, ugy nem mondtam volna, hogy csekélységért tartom, a mi ismét különbözik a 10. frttól, a mennyiben a határozatlan mennyiséget magában foglalva „csekélység"-et vakmerőség nélkül épen 10. frban megállapítani nem is lehet.

Ezek szerint három tanúm egybehangzó s egymást kiegészitő vallomása ellenében vádlottnő mentségére alapos ellenbizonyiték gyanánt felhozni mit sem tudott, s miután a három kifogástalan tanúm egyezőleg azt vallotta, hogy vádlottnő fia tartása s oktatásáért csakugyan évi 400 ft. fizetésére kötelezte magát, — méltán remélhettem, hogy a Főtisztelendő Főszentszék vádlottnő marasztalására hozza itéletét.

E feltevésemben azonban csalatkoznom kellett; mert habár vádlottnő ártatlannak nem is nyilvanittathatott bizonyitékok elégtelensége indokából mégis — a hamis eskü vádja alól fölmentetett, — fölmentetett a nélkül, hogy ezen váratlan fölmentés az előadottakhoz képest jogi és az osztó igazság szempontjából kellőleg, a perrendtartás követelményeinek megfelelőleg indokoltathatott volna. —

Jól tudom én, miszerint valakit oly formán fölmenteni, hogy a terhelő körülmények, a terhelő tanúvallomások, egy szóval mindazok, mik a bünösség kimondásának alapjául szolgálnak, indokolatlanúl mellőztetnek, — szétszedni az egymást kiegészítő bizonyokat csak azért, hogy az egyiknek indokolatlan mellőzésével a többi is erejét veszitse — igen is lehet; de ezen eljárás az osztó igazság eszméjével s a legszentebb érdekekkel legélesebb ellentétben áll, miért is az ellen fellebbezéssel éltem, s azon reményben vagyok, miszerint a Főméltóságu Primási Szentszék a vizsgálati ügynek jelen tényvázlatomban rajzolt állását s ebben igazságomat feltalálva, magasztos birói állásánál fogva fellebbezésemet kegyes figyelembe veendi s nekem a vádlottnő által rajtam elkövetett jogsérelemért igazságot s törvényt szolgáltatand.

Mély tisztelettel lévén

A Főméltóságú Primási Szentszéknek

alázatos szolgája

Paulay Károly.

+.

1527. sz. Iskolai bizonyitvány.

Kelmenfy Lajos, 10 éves, róm. kath. vallású, született Magyarországban, Budán, Pest vármegyében, az 186⁰/₁ iskolai év első felében a pesti kegyes tanitó rend nagy gymnasium első osztályába járván másod rendü bizonyitványt érdemelt. Erkölcsi viselete: Kevésbbé törvényszerü. Figyelme: Többnyire szórakozott. Szorgalma: Csekély. Egyes tantárgyakban tanusitott elömenetele: Vallástan: Csekély. — Latin nyelv: Kevésbbé kielégitö. — Magyar nyelv: Csekély. — Német nyelv: Kevésbbé kielégitö. — Történettan s földleirás: Kevésbbé kielégitö. — Betüszámtan: Csekély. — Természettudományok: Csekély. — Helyzeti szám 119 megvizsgált tanuló között másod rendben 114-ik. Irásbeli dolgozatainak külalakja: Nem tiszta. Az elmulasztott leczkeórák száma 29 igazolva. — Minek hiteléül ezen bizonyitványt kiadtuk, és aláirtuk. — Pesten, a kegyes tanitórendi nagy gymnasiumban 1864-ik évi september hó 26-ik napján. — Szepesi Imre s. k., igazgató tanár (P. H.) Horváth Pius m. k., k. r. pap s az 1. oszt. tanára.

2.

Losonczy Lajos helytartósági hivatalnok lakik Budán, Krisztinaváros gyárutcza Szulczberger korcsmáros házában.

1. Neve, kora, vallása, állása, lakhelye?

Losonczy Lajos r. k. 59 éves, nös, helytartósági hivatalnok, lakik Budán, Krisztinaváros, Gyárutcza 140. sz. a.

2. Ismeri e tanú Paulay Károlyt és Kelmenfy Paulinát s honnét? nem viselhetik gyülölettel alperesnö iránt?

Ismerem Paulay urat, mint azelötti régi tisztviselöt, már sok évek óta, Kelmenfy Paulinát szül. Csekeöt családja után csak látásból ismerem, miután én is mint ö a Ráczvárosban laktam. A mi pedig a gyülöletet illeti, nem viseltetek azzal iránta.

3. Igaz-e, hogy a tanú 1861. év tavaszán egy úr társaságában megjelent Paulay intézetében, s hogy ezen urnak két fiát a hely szüke miatt Paulay intézetébe felvenni nem akarta, s mondja tanú, hogy Paulay ezen alkalommal hogyan nyilatkozott. Igaz, hogy 1861. év tavaszán nála voltam egy urral, kinek két fiát be akartam juttatni Paulay ur intézetébe, négy, négy száz forintot kért évenként egy fiuért, hozzátevén, hogy hamar történjék a bejelentés, miután már többen jelentkeznek; délután pedig midön már ismét jelentkeztem, hogy megadom a kért összeget igy nyilatkozot: hogy ö már öket semmi áron fel nem veheti, miután már megtelt az intézete, hivatkozott egyszersmind Toldy urra is, ki engemet, hogy szolitsam meg Toldy urat, mint öszinte barátomat, ne haragudnék rá, hogy fiát fel nem vehette.

+3.

467. sz. Iskolai bizonyitvány.

Kelmenfy Lajos, 12 éves, róm. kath. vallású, született Budán, Magyarországban, az 186½ iskolai év második felében a budai kir. egyetemi fögymnasium első osztályába járván, kitüntetéssel első rendü bizonyitványt érdemelt: 73 közt első. Erkölcsi viselete: dicséretes. — Figyelme éber. — Szorgalma: buzgó. — Egyes tantárgyakban tanusitott elömenetele: Vallástanból: jeles. — Latin nyelvből: kitünö. — Magyar nyelvből: jeles. — Földleirásból: kitünö. — Számtanból: jeles. — Irásbeli dolgozatainak külalakja: tiszta. — Az elmulasztott leczkeórák száma 6 igazolva. — Minek hiteléül ezen bizonyitványt kiadtuk és aláirtuk. Budán a kir. egyetemi fögymnasiumban 1864. septemb. hó huszonhatodik napján. Dr. Lutter Nándor s. k. igazgató (P. H.) Gyurmán Andor s. k. a budai kir. egyetemi fögymn. tanára.

4.

Bizonyitvány.

Tettes. Paulay Károly ur nyugalmazott kir. tisztviselö és magány finövelde birlalóképviselője tettes Stanislav. Eleöd Jósa úr helyettesitésében Buda föváros törvényszéke elött jelen levén akkor, a mikor özv. Kelmenffy szül. Csekeö Paulina asszony neki első s másod biróságilag oda itélt potesküt letette — a következö körülményekről tehetek bizonyságot.

Beléptemkor az eskü szentségére s a hamis eskü következményeire lön alperesnö figyelmeztetve, melynek bevégezte után az elöttem még fel nem olvasott eskü letételére magát késznek nyilatkoztatta.

Ezen nyilatkozatára az eskü minta felolvastatott, mire ő azt mondá: hogy a perben a fiu tartásáról és ellátásáról szó nem volt, s igy ő az esküt le nem teszi.

Ha jól emlékszem Pétery Antal jegyző ur ezen alperesi nyilatkozatra azt válas zolá: hogy mai napon többé arról nem lehet szó, mi irányban folyt a per, hanem csak is az eskü letevése, vagy le nem tevéséről.

Mire alperesnő még egyszer nyilvánitá vonakodását s csupán egyszerüen oda kinálkozott az esküt letenni, hogy ő Paulainak a kereseti összeggel nem tartozik.

A tárgyalás ily folyamában a városi főbiró ur, kifolytonosan jelen volt, még egyszer felolvastatván az eskü mintát — megmagyarázá alperes nőnek, miszerint ha azt szóról szóra ugy, miként megitélve van, le nem teendi, perét elvesztette s tartozand felperesnek a kereseti összeget lefizetni. Mire alperesnő azt mondván: „jó, akkor leteszem, olvassa“ — az előtte felolvasott pót-esküt szóról szóra utánna mondván, a hitet forma szerint letette.

Az igazságnak tartozom még megjegyezni: miszerint a tárgyalás s illetőleg szóváltás egész tartama alatt alperesnő szenvedélyes és hevenyésző módora minden jelenlévők előtt feltünt

Kelt Pesten 1867. Január 29-én.

Zboray Béla, m. p.
ügyvéd.

5.

1. Neve, kora, vallása, állása, lakhelye?

Sárik Susanna, róm.-katholika, nőtelen, 38 éves, szakácsné, lakik Budán a várban, uri-utcza 58. sz. alatt.

2. Ismeri-e a tanú Paulay Károlyt és Kelmenffy Paulinát, s honnét? s nem viseltetik-e gyülölettel alperesnő iránt?

Ismerem mint Paulay urat mint Kelmenffy asszonyságot, mert mind a kettőt szolgáltam. Gyülölettel nem viseltetem Kelmenffy asszonyság ellen.

3. Mondja meg letett hitére a tanu hallott-e valamit Kelmenffyné szájából azon összeget illetőleg, melyet Lajos nevü fiáért Paulay ur az intézetében évenkint fizetni tartozik, ha igen, ugy mondja el részletesen, mit? s adja hozzá, valjon a mondottakat saját hallása, vagy csak mások beszédjéből tudja-e?

Én azon időben, midőn Kelmenffyné Lajos fiát Paulay ur intézetébe akará adni, szolgáltam ezen asszonyságnál. Ezen fia rosz tanulása miatt minden iskolából kiesett, és épen azért, mivel hallotta, hogy Paulay ur a roszul tanuló fiukat javitani tudja, szándéka volt ezen fiút az ő intézetébe adni. Ennek okáért maga Kelmenffyné és testvére Mathild személyesen mentek többször Paulay urhoz, ötet megkérendők, miszerint a fiut vegye be intézetébe. Paulay ur eleinte tökéletesen vonakodott a fiut bevenni, mivel intézete már telve volt, később azonban a fiut mint bejárót 10 ft. fizetés mellett fogadá el és egynehány hónap után egészen vevé azt fel intézetébe és pedig 400 ft. fizetés mellett. Mindezt részint maga Kelmenffy asszonyságtól, részint Mathild testvérétől hallottam.

4. Mondja meg továbbá a tanu, valjon halott-e Kelmenffyné nyilatkozatához hasonló nyilatkozatot másoktól is? névszerint kiktől? valjon többször s mily alkalommal? s adja hozzá stb. mint a 3. pont alatt.

Hasonló nyilatkozatokat mint Mathild Kelmenffyné testvérétől részint saját leányától Etelkától hallottam.

5. Mondja meg őszintén a tanu, van-e valami tudomása Kelmenffyné ama nyilatkozatáról, melyet 1863. január 6-án Paulay ur előtt, midőn ennek intézetéből Lajos nevü fiát elvitte, tett? miben állott e nyilatkozata? s mit szólt rá Paulay ur? s adja hozzá stb. mint a 3. pont alatt.

Én azon időben épen Paulay urnál szolgáltam és jelen voltam azon napon, midőn Kelmenffyné fiát kivette az intezetből, 10 ftot tett le mint tanulási dijt igérvén, hogy a többit később fogja letenni; Paulay pedig felele, hogy ő neki, ki már többeket megcsalt, ezentul nem hisz és haragosan kiutasitá szobájából.

6. Van-e tanunak tudomása arról, hogy Paulay ur a 400 ftnyi évi fizetést Kelmenffynének valaha megengedte volna?

Sohasem hallottam.

6.

1. Neve, kora, vallása, állása, lakhelye?

Proksch Julianna, szül. Stettler, harisnyakötő neje, 38 éves, róm.-katholika, lakik Budán, viziváros, kácsautcza, 296 sz. a.

BIBLIOTHECA E.M. STUDIORUM

2. Ismeri-e tanu Paulay Károlyt és Kelmenffy Paulinát, s honnét? s nem viseltetik-e gyülölettel alperesnő iránt?

Ismerem Paulay urat, mert 8 évig szolgáltam nála. Kelmenffyné asszonyságot pedig onnét ismerem, mert többször Lajos fia Paulay úr intézetébe való felvétele miatt oda járt. Én semmi gyülölettel nem viseltetem az asszony iránt. —

3. Van-e tudomása a tanunak arról, hogy Paulay ur mily feltétel mellett vette fel intézetébe Kelmenffyné Lajos nevü fiát, miben állt a feltétel? mondja meg letett hitére a tanu, hallott-e valamit Kelmenffyné szájából azon összeget illetőleg, melyet Lajos nevü fiáért Paulay úr intézetében évenként fizetni tartozik, ha igen, ugy mondja el részletesen, mit? s adja hozzá, valjon a mondottakat saját hallása vagy csak mások beszédjéből tudja-e?

Én magam hallottam, midőn Paulay ur és Kelmenffyné közt történt a megegyezkedés Lajos fia fölvétele miatt. Paulay úr kinyilatkoztatá miszerint mindjárt nem veheti be, mivel már nincs hely az intézetben, de később kész lesz öt évi 400 ft. fizetés mellett egészen fölvenni. Én ezt onnét tudom, mivel a mellékszobában foglalkozván, mindent hallhattam, a mit beszéltek.

4. Hallott-e a fiúnak mikénti felvételéről Kelmenffyné asszonytól is valamit? mondja el körülményesen, mit? s adja hozzá, stb. ut pto 3-io.

Kelmenffyné eztet nem közlötte velem személyesen, de hallottam, midőn igérte Paulay úrnak, hogy mint a többiek, fizetni fog, és saját fia Lajos szinte eztet nekem megmondotta.

5. Igaz-e, hogy Kelmenffyné a rendes fizetésen kivül még azt is igérte, miszerint egyébbként is háládados leend Paulay urnak, s adja hozzá ut pto 3-io.

Egyszer, midőn az egyik szobában takaritottam, hallottam, mint igérte meg a másik szobában Kelmenffyné asszonyság, miszerint a rendes fizetésen kivül egyébbként is háladatos leend.

6. Miután Kelmenffyné Lajos fiáért tudva levőleg 10 ftot fizetett Paulay urnak havonként, mondja meg ezért a tanú, mikor követeltetett e fizetés Kelmenffynétől, valjon egyedül a fiúnak az intézetbe való teljes felvételéig, vagy pedig ezután is? s adja hozzá ut pto 3-io.

A mennyire én hallottam az ott levő ifju uraktól és Paulay urtól is, ő a 10 ftot, meddig a fiu csak bejáró volt, havonként fizette, de midőn már egészen benn volt az intézetben, azt igérte, miszerint akkor fog fizetni, ha az ő örökösödési ügye rendbe lesz hozva. Mindezt csak hallomásból tudom. —

7. Van-e a tanunak tudomása arról, hogy Paulay ur a 400 ftnyi évi fizetést Kélmenffynének valaha elengedte volna.

Arról tudomásom nincsen, de azt tudom, hogy Paulay ur még saját testvére fiától is követelte a rendes fizetést. Ezekben ő igen rendes volt.

7.

1. Neve, kora, vallása, állása, lakhelye?

Karl Boór, katholiſch, verheiratet, Spezereihändler, 37 Jahre alt, wohnt: Waſſerſtadt, Donatigaſſe Nr. 686.

2. Ismeri-e tanu Paulay Károlyt és Kelmenffy Paulinát s honnét? s nem viseltetik-e gyülölettel alperesnő iránt?

Ich kenne ihn ſchon viele Jahre, ſo wie auch die Frau Kelmenffy, geb. Csekö, welche meine Schwägerin iſt. Ich habe nicht im Geringſten Haß gegen meine Schwägerin.

3. Mondja meg letett hitére a tanu, valjon szorgalmazta-e Kelmenffyné Lajos nevü fiának Paulay ur intézetbe való felvételét, többször történt-e ez s névszerint kik által? s adja hozzá valjon a mondottakat saját hallása vagy csak mások beszédjéből tudja-e?

Ich bezeuge es, daß, ſowohl meine Schwägerin Kelmenffy, als auch ſpäter ihre ledige Schweſter Mathilde perſönlich öfters bei Herrn v. Paulay waren, um ihn zu bewegen, daß er den Sohn Lajos in ſein Inſtitut aufnehmen möge. Anfangs wollte Paulay nicht, ſpäter ließ er ſich ebenfalls durch meine Schwägerin Mathilde bewegen, den Sohn Lajos anfangs, weil das Inſtitut ſchon mit Koſtzöglingen überfüllt war, bloß als Schulbeſuchenden gegen monatliche 10 fl. aufzunehmen und verſprach, ſpäter ihn gegen jährliche 400 fl. in ganze Verpflegung aufzunehmen. Dies alles weiß ich aus eigener Erfahrung, nachdem dieſe Angelegenheit täglich in meiner Gegenwart im Hauſe meines Schwiegervaters Alois Csekö beſprochen wurde.

4. Mily feltét alatt vette fel Paulay ur intézetébe a fiút? honnan tudja ezt a tanú?

Wie ich oben erwähnte, als Schulbeſuchender gegen monatliche 10 fl., in ganze Verpflegung gegen jährliche 400 fl. Dies weiß ich wie oben aus eigener Erfahrung.

5. Jött-e ezen felvétel után a fiu azonnal intézetbe? hanem, ugy mikor? addig pedig hová, s mily fizetés mellett járt oktatásra? adja hozzá stb. mint a 3-ik pontban.

BIBLIOTHECA E.M. STUDIORUM

Nach vielem Zureden meiner Schwägerin Mathilde wurde der Sohn Lajos von Herrn v. Paulay im Jahre 1861 anfangs als blos Schulbesuchender gegen monatliche 10 fl., nach einigen Monaten aber in gänzliche Verpflegung genommen gegen jährliche 400 fl. und verblieb gegen $1^1/_2$ Jahr in dem Institute. Dies Alles weiß ich ebenfalls aus eigener Erfahrung; nachdem dies Alles im Hause meines Schwiegervaters in meiner Gegenwart verhandelt wurde.

Van-e tanúnak tudomása arról, hogy Paulay ur a 400 ftnyi évi fizetést Kelmenfynének valaha elengedte volna.

Das ist mir ganz unbekannt.

8.

1. Neve, kora, vallása, állása, lakhelye?

Franz Prokſch, Strumpfwirker, katholiſch, 42 Jahre alt, verheirathet, wohnt in Ofen, Waſſerſtadt, Entengaſſe Nr. 296.

2. Ismeri-e tanú Paulay Károlyt és Kelmenfy Paulinát s honnét? s nem viseltetik-e gyülölettel alperesnö iránt?

Ich kenne ihn beiläufig ſeit 8 Jahren, weil ich bei ihm gedient habe. Die Frau v. Kelmenfy aber kenne ich, weil ſie, während ich dort diente, öfters wegen Ihren Sohn zum Herrn v. Paulay gekommen iſt. Ich habe nicht im Geringſten einen Zorn oder Haß gegen dieſe Frau.

3. Igaz-e, hogy 1861 tavasszal Paulaynál szolgált?

Ich habe von 1861 und auch nachher im Ganzen 2 Jahre und 2 Monate beim Herrn v. Paulay gedient.

4. Többször látta-e Kelmenfinét, részint magát, részint növérét néhány nap alatt Paulay intézetébe járni nem hallotta-e mi czélból?

Es ſind während dieſer Zeit Frau v. Kelmenffy und ihre Schweſter Mathilde öfters ſowohl zuſammen als auch allein hingekommen. Die Urſache des Hinkommens war immer die Aufnahme des Sohnes Lajos, welches ich ſowohl von dieſem ſelbſt, als auch von den übrigen Studenten, die ich dort bediente, vernommen habe.

5. Igaz-e hogy tavasztól öszig nem lakott az intézetben a fiú, csak bejáró volt; ösztö pedig egészen benn volt s mindennel ellátatott s adja hozzá ut peto 3-io testis I-i.

Es iſt wahr, daß Anfangs Frühjahr 1861 der Sohn Lajos blos in das Inſtitut zum Lernen gegangen iſt, vom Herbſt aber angefangen in gänzliche Verpflegung genommen wurde. Dies weiß ich, weil ich während dieſer Zeit dort diente, und auch erwähnten Lajos bedient habe.

9.

Bizonyitvány.

Alolirott csak lélek ösmeret szerinti kötelességének tesz eleget, midön a következö sorokban Tekintetes Paulay Károly nyug. magy. kir. kincstári Tiszt úr mellett az igazsághoz hüen ezeket adja elö. Boldogult atyám néhai Varga Péter kisdedovó tanitó, halála után árvaságra jutván családunk, Tekintetes Paulay Károly úr indittatva nemes emberbaráti szeretetétöl, elhagyott árva öcsémet Varga Pált, midön öt fötisztelendö Szepesi Imre, akkoron pesti gymnasiumi igazgató úr kegyes pártfogásába ajánlotta volna, magához vette intézetébe teljes ellátás és tanitásra, — megjegyzendö fizetés nélkül. Ez 1860-ban történt s boldogult Pál öcsém 1865-ig élvezte e jótéteményt midön öt a fennebbi évben a kérlelhetlen halál elragadta. E páratlan önzetlen jótéteményét egyedül a magas Ég áldja meg akkor, midön én csak gyenge szavakban fejezhetem ki azon hálát melyel iránta tartozom.

Azon idö alatt mig Pál öcsém a fennevezet tanintézetben Tekintetes Paulay Károly úrnál lakott, számtalanszor jártam én is az intézetbe, s ismertem az intézetben müködö segédeket, s a benlevö tanonczokat, volt alkalmam öcsémtöl is számtalanszor hallani, hogy egyedül ö részesül a fizetés nélküli tartás kegyében. Egy idejüleg boldogult öcsémmel volt bizonyos Kelmenfy Lajos tanoncz is az intézetben, ki 1863-ban elhagyván azt édes anyja, Kelmenfy asszonyság és Tekintetes Paulay Károly ur között pénzbeli követelés miatt per támadt. Ezen per folyama alatt boldogult öcsém Kelmenfyné Asszonyság által mint tanú, Magyari Kálmán, Rosztocky Antal, Denk Lajos tantársaival törvény elé idéztetett és feleskedtetett és kihallgattatott azon tett vallomására hogy Tekintetes Paulay Károly úr intézetében egyedül ö élelmeztetik és tanittatik fizetés nélkül. Ezen tett vallomása a periratokhoz csatoltatott. Ezeket tudom öcsémtöl. Szolgáljon ezen néhány sorom boldogult Pál öcsém nyilatkozata helyett, ha netalán az ö tett vallomása a periratokból hiányoznék.

Ezeket lelkiösmerete szerint irta Pesten 1867. évi Julius 18-án.

Varga Gyula,
jogtudor
lakik Pesten Dorottya utcza 4. szám, 2. emelet.

8

Méltóságos fölszentelt Püspök úr,
Kegyes Uram!

Kellmenffyné szül. Csekeö Paulina
asszony ellen hamis eskü
iránt folytatott ügyem
tényálladékát mély tisz-
telettel idezárva, azt kegyes
figyelmébe venni esedezem.
Maradván alázattal
Pesten 1868. August. 20.

hü szolgája.

Paulay Károly
nyug. k. kincs. tiszt
és nevelő.

SACRATISSIMA CAESAREO REGIA APOSTOLICA MAJESTAS!

In suprema Ecclesiae Hungaricae procuratione per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam, et augustam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam, ut orthodoxae fidei assertores, sic etiam ecclesiasticae disciplinae custodes et vindices constituti, nos Episcopi Hungariae continua sollicitudine tenemur, ne vel fidei catholicae puritas, vel disciplinae ecclesiasticae vigor in hocce regno detrimenti quid patiatur. Hanc nostram curam et sollicitudinem, praeter impositi divinitus nobis muneris rationem singulariter provocat tenera Sacratissimae Majestatis Vestrae in Deum pietas, Ejusdemque omni encomio illustrius titulo apostolatus gloriandi, atque ideo avitam Majorum Suorum, divorum Hungariae Regum religionem etiam et pietatem imitandi studium. Laudabilis hujus zeli ac pietatis sub brevi licet sed glorioso Sacratissimae Majestatis Vestrae regimine tot jam et tanta accepimus pignora, ut nullatenus dubitare nobis liceat, in Majestate Vestra semper, dum adjuncta id postulaverint, sicut sacro sanctae fidei, ita ecclesiasticae etiam disciplinae nos defensorem nacturos.

Hac firma spe et inconcussa fiducia animamur nunc quoque, dum ad augustum Majestatis Vestrae Sacratissimae Thronum, e conferentiis nostris, Budae diebus 7-a, 8-a et 9-a mensis Junii anni curr. asservatis de genu accedimus, ut filiali cum fiducia et apostolica libertate *justissima gravamina nostra e recentius inflictis et infligi continuatis Ecclesiae catholicae in Hungaria vulneribus nata,* candide non minus ac profunda cum submissione proponamus.

Ingenti scilicet cum animi dolore advertimus, *vivum religionis sensum* firmissimum regnorum fundamentum, de die in diem magis evanescere, ejusque locum *indifferentismum circa fidem,* hincque, inprimis inde ab ultimo decennio secutas *apostasias* a religione catholica certatim occupare. Lumine fidei in plerisque exstincto, ipsa quoque morum honestas quantopere periclitetur, pronum est intelligere. Hinc videre saepe est, quod sanctissima religionis vincula, jurisjurandi et voti, ubi haec passionibus infrunitis adversantur, sacrilegis manibus disrumpantur; nihil novi est, ut fides conjugalis, maxima, quae dari potest, solennitate data firmataque, iniquis desideriis ita svadentibus, perfide violetur. Sic compages illae, quibus cives ad invicem religari oportet, continuo magis solvuntur; ordo legitimus et debita subordinatio pedetentim exulat, atque sicut singulorum, ita totius etiam Reipublicae salus aperto discrimini objicitur. Leges ipsae civiles, quarum finis esset, licentiam humanam cohibere, actionesque civium externas ita dirigere, ut religiositati et moralitati continuo magis consonent, ab aliquo tempore quasi eo destinatae esse videntur, ut licentiae potius, quam honestati morum patrocinentur.

Nihil quidem eorum intermittimus, quae in sphaera activitatis nostrae ad sananda temporis nostri mala conducere censentur; cum nihilominus mala haec jam firmiores egerint radices, quam ut lentum in bono progressum exspectare consultum sit: Sacratissimae quoque Majestatis Vestrae potentissimum interventum demisse implorandum esse duximus, ut Ecclesiae et Civitatis viribus unitis, malo citius ac certius medicina paretur.

Quod justissimam conquerendi materiam nobis praebet, est:

I. Infaustissimus in Comitiis hungaricis *anni* 1844. (non obstante contradictione Cleri) latus *articulus 3-ius religionarius,* qui tribuit fere *illimitatam libertatem transeundi a religione catholica ad quamcunque aliam confessionem.* Item *anni* 1848. Art. 20 § 2-o omnibus in regno lege receptis religionibus *perfecta aequalitas et reciprocitas adtribuitur.* — Praesidio harum prorsus arbitrarie observatarum, et in favorem sui explicitarum legum non raro fit, ut Catholici, diversis passionibus agitati, jam amplius nec facta coram concernente Parocho, ad exigentiam legis duplici insinuatione, ab aliarum confessionum ministris, postremo memoratam legem reciprocitatis perperam in suum, omnia sibi licita esse existimantem sensum detorquentibus, coetui eorum, cum aperto expressae legis contemtu aggregentur. Ita, ut e multis casibus unum memoremus: Georgius Bauhofer, Augustanae Confessioni addictorum verbi divini minister Budensis, ob illegalem Joannis Kuppis, Archi-Dioecesis Strigoniensis Presbyteri, cum Emma Dorfinger, catholica, quin haec semet fine transitus coram suo Parocho insinuasset, in coetum Augustanae Confessionis recepta, non obstante etiam e parte antelati presbyteri subversante S. Ordinis impedimento, factam copulationem per C. R. Consilium Locumtenentiale in quaestionem vocatus, non absque palmari insolentia reposuit: „se legem, quae sibi id facere vetaret, lato in Comitiis anni 1848. Art. 20-i § 2-o haud amplius noscere.“ Et revera, quod scripsit taliter, facto prosequitur demonstrare, dum quemvis catholicum, ad se venientem (allectum) sectae suae omni intermissa formalitate adgregat.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Jam si talia licite et impune dici ac fieri permittantur, mirari non subit, si cives Christum et Belial, errorem et veritatem aequiparent, palamque profiteantur: perinde esse, quam quisque religionem teneat, dummodo mores suos regulis honestatis conformet. Ex inde atheismus, perniciosissima Reipublicae pestis prono fluit alveo; dum enim omnes religiones aequiparant cives, eoipso singulam religionem ceu commentum ingenii humani, ad continendum in officio vulgus effictum considerant, proinde omni religioni in animo suo renunciant. Quo jam deventurae sunt res nostrae, si haec pestis latius grassata, ipsamque adeo plebem pervagata fuerit?!

Unde jam palam fit, ipsius quoque Civitatis plurimum interesse, ut defectiones a fide catholica omni meliore modo impediantur; et si non antiquarum legum, saltem dispositio Articuli 3-ii anni 1844, fundamento cujus deficere volens praevie *coram parocho suo*, et non coram quocunque presbytero, semet binis vicibus insinuare obligatur, in pleno vigore conservetur.

II. *Connubia* partium *a religione catholica deficientium*, quae, utpote origine catholica, indubitato jure ad forum Ecclesiae catholicae pertinere deberent, post consummatum transitum ad jurisdictionem acatholicam, respective civilem referuntur. Hinc fit, ut lex, que debebat esse libertas pro conscientiis, evaserit emancipatio carnis, cui conscientia cum peccaminosa levitate immolatur, et quae, nisi mature remedium paretur, omnes successive nervos familiarum, imo ipsius Status incidet, et ordinem moralitatis, ab auctore Deo constitutum, et nunquam impune violatum, evertet.

Enimvero malum ex transitus libertate in hac extensione sumta et applicita proveniens, universam oeconomiam legislationis matrimonialis catholicae eludit, imo ipsam rem familiarem, ac consequenter Status quoque, cujus illa basis est, pedetentim dissolvit. — Quod enim quis foedus scit esse necessarium, indissolubile, aeternum: ei semet tota cogitandi, sentiendi et agendi ratione, ut tali accomodare studet; at ubi possibilitas semet ab inviso foedere quacunque demum modalitate liberandi phantasiae praeluserit: jam concupiscentia caput levat, et conjugalem castitatem facillime in tentationem abducit.

Et revera, inspicienti casus transituum, qui a religione catholica ad protestantismum in Hungaria fiunt, luce meridiana clarius patebit, tales vi convictionis internae nequaquam determinari, sed apostatas esse ut plurimum conjuges, qui novas juxta instinctum carnis nuptias expetunt, et ut his potiantur, et antiquis solvantur, religionem velut vestem mutare non exhorrent.

Exemplum malesani hujus furoris, primum proh dolor! a classibus Societatis altioribus venit. Si non primi, inter primos fere fuere Com. Casimirus Batthyányi et B. Nicolaus Jósika; quod sicut in omni alia, ita imprimis in re libidinis, libertati favente, instar scintillae electricae egit in massam civium, ut passim in urbibus luxu emollitam, moribus laxiorem, conquirendis undique deliciis sensualibus toto animo intentam. E relationibus pastorum animarum in majoribus imprimis civitatatibus intelligimus, continuo, et quidem maxima ex parte conjugatos, religioni catholicae, ut in protestantismo etiam cum matrimonio suo hoc ipsum facere possint, nuncium mittere; verendumque esse, ne libidinosa licentia, mutuis exemplis excitata, et, cum ex parte Status nullatenus impediatur, etiam pro moraliter licita, vel saltem indifferente habita, sensim in torrentem excrescat, cui serius pro utriusque Reipublicae ruina occurri amplius vix poterit.

Sane, matrimonia fidelium esse Sacramenta, rationemque contractus a ratione Sacramenti separari non posse, universalis est apud Catholicos doctrina; quam recentissime *Sanctissimus Pater Pius IX.*, Pontifex Maximus, in Consistorio anni curr. 27-a Septembris habito, in ea allocutione, qua afflictum Ecclesiae in republica Neogranatensi statum orbi catholico detexit, sequentibus expressit: „Nemo ex Catholicis ignorat, matrimonium esse vere et proprie unum e septem novae legis Sacramentis, et propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit Sacramentum; atque idcirco quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris praeter Sacramentum conjunctionem, nihil aliud esse, nisi exitialem concubinatum, ab Ecclesia tantopere damnatum; ac proinde a conjugali foedere Sacramentum separari nunquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea decernere, quae ad idem matrimonium quovis modo possunt pertinere.“

Hanc potestatem Ecclesiae, qua in matrimonia fidelium, ceu etiam Sacramenta, jure divino positivo pollet, minime impedit apostasia partium matrimonio junctarum; Sacramentum enim, non obstante transitu, Sacramentum manet, de cujus valore judicare unice et exclusive juris est Ecclesiae catholicae; alioquin fraus et dolus, juxta commune juris axioma, nemini patrocinantur; fraudem vero et manifestum dolum committunt, qui, ut contracti semel vinculi sacramentalis indissolubilitatem eludant, a religione catholica ad protestantismum, non ex motivo alteratae convictionis, sed acquirendae alterius conjugis, confugiunt. — Ecclesia porro catholica nunquam elargitur, neque elargiri potest consensum in matrimonium, nisi sub conditione contrahendi indissolubile vinculum, et agnoscendi legitimam Ecclesiae quoad hoc vinculum, in omnibus emergentibus casibus judiciariam auctoritatem; singulus igitur, qui in Ecclesia catholica contrahit matrimonium, una se obligat, quod eandem Ecclesiam etiam ratione matrimonii sui pro judice habere velit. Qua obligatione quidem nec per apostasiam solvitur; alioquin ad implementum promissi jure naturali obligatur, et ut ad illud implendum etiam civiliter cogatur, nihil congruentius est: postquam ad id catholicus manens coactus fuisset; esseteque omnino triste, ut infidelis idmodi favoribus civilibus gaudeat, quibus perseverans fidelis non potitur. Ita sane, qui juxta leges Ecclesiae catholicae contraxit matrimonium, eum secundum easdem judicari oportet, etiamsi cum tempore, protestans factus, quoad futura semet jurisdictioni hujus Ecclesiae subtraxisset.

Secus enim haud raro eveniet, quod recenter in Archi-Dioecesi Agriensi cum conjugibus Felice Almási-N. Gosztonyi accidit, qui mediante apostasia dissilierunt et divortiati sunt, viro aliud matrimonium ineunte, muliere vero facti poenitudine tacta, et ad sinum Ecclesiae reversa. Ita B. Simonyi de Vitézvár, e Dioecesi Csanadinensi, in catholica religione permanens, cum maritata, ast deficiente et divortiata muliere Vratislaviae copulatus est. Non secus, ut de pluribus aliis sileamus, conjuges in Archi-Dioecesi Strigoniensi Ordódy-Kontz, postquam illis matrimonii sui invaliditatem coram Consistorio evincere non successisset: ambo defecerunt, ut novas nuptias celebrare possint; mulier dicitur non multo post poenitens ad sinum Ecclesiae rediisse. Quanta ex hinc in familiis confusio, quanta strages pro prolibus innocentibus tam legitime quam illegitime generatis, quantum periculum animarum! Profecto talis legum Ecclesiae contemtus ab ipsa Civitate haud potest impunis relinqui, quia teste experientia constat, eos qui legem Ecclesiae conculcant, ad convellendas etiam civiles leges paratos esse.

Dignetur itaque, obsecramus Majestatem Vestram Sacratissimam, clementer decernere *ut matrimonia omnia, quae a Catholicis contrahuntur*, fuerint illa seu pura seu mixta, celebrata cum vel sine benedictione ecclesiastica, ratione vinculi et separationis quoad thorum et mensam, *ad forum catholicum* ordinarium, respective dioecesanum *pertineant etiam tunc, si conjugum una vel utraque pars apostatasset*. Cum complice vero catholico, etiamsi apostataverit, matrimonium parti protestanticae inire, per insertam sententiae divortiali clausulam plene prohibeatur; proles demum e manifesto adulterio, idest, vivente neque legitime divortiato alterutro conjuge susceptae, pro illegitimis, neque per subsequum matrimonium legitimari queuntibus declarentur.

Haec eo fidentius sperat devotissimus Sacratissimae Majestati Vestrae Episcopatus Hungariae semet impetraturum, siquidem decreto tali, quin ulla praeexistens lex religionaria laedatur, dogma catholicum de contractu matrimoniali a Sacramento inseparabili salvabitur, causa frequentiorum a fide catholica defectionum, gravissime seducens tolletur, moralitati disciplinaeque domesticae prospicietur, seductionibus et libidini froena ponentur, confusioni in familiis obviabitur, jam jam nutanti sanctitati vitae conjugalis novum aestimium procurabitur, ac denique ex bene custodita fide conjugali, etiam publica tam erga Imperantem, quam etiam illa subditorum erga se invicem fidelitas incrementum captura sit.

III. Religionis sensum nihil magis infirmat, praefocatque, quam *mixta matrimonia*, si praesertim, prout his diebus fieri vehementer dolemus, crebrescant. Tristissima haec mixtorum connubiorum consectaria primo quidem in singulis familiis, deinde vero in ipsa civitate conspicua evadunt. Dum nimirum conjuges in re gravissima et sacerrima, religione scilicet dissentiunt, ita, ut quod alter summa veneratione colit et frequentat, alteri indifferens, obvium, ridiculum, superstitiosum, vel omnino idololatria videatur: profecto aliud non restat, quam ut alter alterum ad suas partes pertrahat, vel ut ambo circa religionem indifferentes fiant. Quam pronum porro, ut quod in educandis prolibus una pars conjugum aedificat, ab altera, si non directe, saltem indirecte destruatur, atque ejusmodi proles arbitrentur, parum referre, quam religionem quisque teneat.

Idem *indifferentismus* circa religionem e mixtis connubiis in reliquos etiam cives sensim dimanat, imo vehementer augetur per dispositionem *Articuli* 3-ii 1844., vigore cujus matrimonia mixta etiam per verbi divini ministros conciliata, pro validis enunciantur; pacto enim hoc non tantum Art. 26. anni 1790|1. ut quippe matrimonia mixta semper coram catholico parocho ineantur, plene evilescit; sed etiam non raro fit, ut sponsa catholica passiva parochi catholici assistentia minus contenta, potius per verbi divini ministrum in oratorio copulari praeeligat; imo nec in eo desunt exempla, ut sponsus quoque catholicus (licet in hoc casu copulatio cum benedictione per parochum catholicum peragatur, adeoque nulla adsit ratio, ex qua sponsi ad verbi divini ministrum fine copulationis convolent) in gatiam sponsae acatholicae, non obstante etiam eo, quod ad exigentiam praelaudati Art. 26-i omnes proles in catholica religione educandae veniant, ministrum protestanticum fine copulationis adeat; verbi divini ministri vero, legem aequalitatis de anno 1848. in suum sensum detorquendo, mixto matrimonio, etiam dum sponsus catholicus est, in obversum legis assistere haud vereantur. Ita in specie praeter alios minister Nagy-Korpadiensis, consentiente Seniore Csokonyaensi, catholicum parochianum Kutasiensem, in Dioecesi Veszprimiensi, cum acatholica sine dimissionalibus copulavit. — Imo leges in causa religionis editas interpretandi jus sibi arrogando, anni 1848. § 2-um in manifestum Art. 26-ti 1790|1. praejudicium eo detorquent: quasi omnes proles, ab acatholico patre progenitae, religionem patris sequi possent, quemadmodum, dum pater catholicus est, utriusque sexus proles in catholica religione praecitato Art. 26-to 1790|1. educandae disponuntur; ita e. g. *catholicus* juvenis Palacznakiensis in Dioecesi Veszprimiensi, ad initum in obversum praecitatae legis cum acatholica consorte sua contractum provocans, nullo modo amoveri potest a perverso, filiam suam in acatholica religione educandi consilio; ita etiam alter ejusdem parochiae *catholicus* juvenis cum sponsa sua acatholica in eo convenit, ut nasciturae proles pro ratione sexus sequantur religionem parentum, atque die 7-a Januarii anni curr. coram ministro acatholico matrimonium contraxerunt. Quis non videat arbitraria hujusmodi interpretatione saluberrimas etiam leges scopo suo frustrari, gravissimisque transgressionibus portam aperiri!

Sed de mente etiam Summi Pontificis Gregorii XVI. Brevi apostolico ad Episcopos Hungariae cum instructione ddo 30-ae Aprilis 1841. expressa, verbi divini ministri tantum *in extremo necessitatis casu valide* mixtis connubiis assistunt, qui solum tunc adesse supponi potest, dum sponsus aca-

tholicus, sufficientem de catholica omnium utriusque sexus prolium educatione cautionem praestare renuit, sponsa vero catholica parochi sui passiva assistentia non contentatur; tunc autem nulla plane subversatur necessitas, dum sponsus est catholicus, cum tunc ex lege omnes proles catholice veniant educandae, et parochus catholicus ritu praescripto assistat matrimonio.

Quia porro per arbitrariam sponsorum mixtae religionis seu coram catholico parocho, seu coram ministro protestantico factam copulationem persvasio partis catholicae de veritate fidei suae plurimum debilitatur, indifferentismo amplissimum fomentum praebetur, imo catholica pars manifesto apostasiae periculo exponitur: ex eo Majestatem Vestram Sacratissimam demississime obsecramus, ut interea etiam, donec S. Sedes Apostolica de subversantibus fidei periculis melius informata, sua quoque ex parte congruam malo adtulerit medelam, articulum 26-tum 1791. cum quoad mixta connubia, tum etiam relate ad oriundas ex illis proles, clementissime pristino vigori suo restituere, atque ministris acatholicis eousque etiam, nisi illis mixtis matrimoniis assistendi facultatem clementer tribuere, in quibus sponsus protestans non admittit omnium prolium catholicam educationem, sponsa autem catholica passiva parochi sui assistentia non contentatur; sequaciter omnia matrimonia per viros catholicos coram verbi divini ministris protestanticis illegaliter et incompetenter inita, pro nullis et irritis declarare, pro futuro vero eosdem verbi divini ministros a similibus illegalibus attentatis districtim prohibere benigne dignetur.

Diffiteri quidem non possumus, saepe memoratum etiam Art. 26-tum 1790|1. ejus esse indolis, ut conscientiae nostrae gravissimam vim inferat, cum eodem declaretur masculas proles e patre acatholico, matre vero catholica progenitas, illius religionem *sequi posse*, id est, e sangvine catholico non catholicos nasci posse. — Confidimus tamen in clementia Sacratissimae Majestatis Vestrae, ejusmodi altissimam dispositionem humillimis nostris precibus nos exoraturos, ut oriunda exinde anxietas nostra, si non ex toto tollatur, mitigetur saltem ex parte, donec jubente Domino tempestas praesentis temporis sedata fuerit.

IV. *Parentes in mixto matrimonio viventes*, jam pestifera indifferentismi labe infecti, etiam illas *proles* suas, quas vigore legis in religione catholica educare tenentur, *promiscue per verbi divini ministros baptisari faciunt*, hocque pacto easdem vix primam lucem conspicientes, ad apostasiam disponunt. Ad evitandas igitur tristes sequelas, moxque in principio suffocandum malum: Sacratissimam Majestatem Vestram pari demissione exoramus, ut benigno-gratiosum Intimatum de 29-a Augusti 1785. Nro 23,217. — item §. 15. Art. 26. 1790|1. fundamento cujus prolibus, quae catholice educari debent, baptismus per parochum catholicum administrandus disponitur, pro strictissima observantia clementer republicandum disponere dignetur.

V. Inter cives diversae religionis pax et tranquillitas tunc solum potest obtineri, si hi jura sua mutuo respectent, praesertim autem in merito religionis ab omnibus abstineant, quibus conscientiam concivium suorum graviter sauciarent, eosdem nefario modo scandalisarent, prout id in *transitu et copulatione praesertim apostatarum Sacerdotum et Religiosorum* semper obtinet, ubi ratio quoque sigilli sacramentalis adtentionem legislatoris mirum in modum provocat.

Quid enim ab ejusmodi hominibus, qui suam in re sacerrima, qualis est religio, persvasionem venalem habent, exspectare possit respublica, jam dudum edixit *Carolus M.* Romanorum Imperator inquiens: „nulla nobis ratione persvadere possumus eos, qui Deo fidem non servant, nobis fideliores fore.“

Quid igitur sentiendum de Sacerdotibus et Religiosis, qui fidem, sacrum Ordinem, nec non solennia religiosa vota temere conculcant? suapte intelligitur.

Igitur ad sensum religionis ac moralitatis, basim quippe omnis societatis humanae conservandum, nec non disciplinam manutenendam summe necessarium foret, ut Art. 3-ium *anni* 1844 *de transitu sonantem, solum ad laicorum defectionem* adplicabilem esse, Majestas Vestra Sacratissima enunciare dignetur. Nec enim mens fuit Comitiorum anni 1844 circa apostasiam Sacerdotum et Religiosorum aliquid decernere, quaestionis siquidem hujus in actis comitialibus nulla plane mentio occurrit; sed agebatur de tollenda 6. hebdomadarum institutione, per eos perprius subeunda, qui apostatare a fide catholica intendebant; non ergo novi aliquid dicta Comitia determinandi, sed tantum praeexistentem legalem usum mutandi, Art. 26. ampliandi provinciam habebant, quod ex *Rubro* Articuli hujus sic expresso: *Articulus* **26 1791**. *sequentibus ampliatur, et respective modificatur*, evidens est. — Si nihilominus tamen modo dictam legem ad Sacerdotes et Religiosos ultro quoque extendendam satius esse censeretur, saltem in eo Majestatem Vestram Sacratissimam majorem in modum obtestamur: quatenus Altissima Sua auctoritate clementissime decernere dignaretur, ut sicut laici vi legis coram immediato suo *spirituali superiore*, quippe parocho, semet insinuare tenentur, ita Sacerdotes quoque et Religiosi, apostatare volentes, coram immediatis suis spiritualibus superioribus, Episcopis quippe, vel Abbatibus, Praepositis aut Provincialibus semet sistere obligentur.

VI. Gravissimae culpae reatum contrahunt ministri acatholici, quod *matrimonialiter copulent Sacerdotes et Religiosos*, a catholica religione ad protestantismum deficientes, licet hi Ordinis sacri et respective solennis religiosae professionis impedimento dirimente, ab ipsa quoque civitate pro tali agnito, a matrimonio arceantur. Cum igitur nulla ratione supponi possit, legem civilem *solennia vota*, de quibus sola Ecclesia judicat, rescindere, aut *Ordinis impedimentum* sufferre voluisse; sive potuisse talem verbis indere sensum, ut haec ex illis factitia applicatione consequantur, ipsique perjurio per legem ipsam via aperiatur: idcirco justitiae studio Sacratissimae Majestatis Vestrae freti, Ejusdem altissimam gratiam iterum iterumque in humilitate

BIBLIOTHEC E.M. STROCC

exoramus, ut legem declaratoriam edendam benigne disponere dignetur, vi cujus Clericis sive ecclesiasticis sive religiosis, deficientibus matrimoniorum contractio vetita sit, contracta vero per illos pro nullis et irritis declarentur; quod a Majestate Vestra Sacratissima eo fidentius exorare sustinemus, quia idmodi altissima resolutio quoad ditiones germanicas Monarchiae jam emanaverit; quodque Majestati Vestrae Sacratissimae perspectum esse teneamus, Eandem ceu Regem Apostolicum, a Deo, quod olim Constantinus Magnus Imperator gloriabundus de se profitebatur, *extra Ecclesiam constitutum esse Episcopum;* proinde sicut Episcopis spiritualem, ita Majestati Vestrae Sacratissimae materialem arripiendum esse gladium, quo tam nefanda apostasiae et connubii clericalis scandala a corpore Christi, quod est Ecclesia, rescindantur.

VII. Sed et in eo Ecclesia Catholica magnam patitur injuriam, quod *juvenes catholici ante completum* **18**-*um aetatis annum, per protestanticarum Confessionum ministros promiscue in coetum eorum recipiantur*, et ad participationem coenae Domini admittantur; quod plus, parentes proles suas, e mixto matrimonio progenitas, in obversum Art. 16. anni 1790|1 arbitrarie in alia, quam vi legis obligarentur, confessione educare, prorsus nihili pendunt. Sic in specie Ladislai olim Kürthy, *Aug. Confessionis Compossessoris* Szelezsényensis in Comitatu Barsiensi vidua, catholica Susanna nata Salgay, e praedicto marito susceptas tres filias suas, non obstantibus paterna, imo etiam officiosa, commonitionibus, in obversum legis de anno 1790|1 in protestantica religione educare pergit; imo licet praecitata lege religionaria nisi id constituatur, quod proles masculae e patre acatholico, matre vero catholica progenitae, religionem patris *sequi possint, non* autem *debeant:* nihilominus tamen res jam eo devenerunt, ut per sedem judiciariam Sátorallya-Ujhelyensem, sub 2-a Augusti anni curr. Nr. $^{2153}/_{3795}$ vidua Helv. Confessioni addicti Stephani olim Dobos, nata *Sophia Veres catholica*, ad proles masculas e modofato marito susceptas, in religione patris protestantica educandas, judicialiter inviata exstiterit.

Ne igitur his et similibus abusibus nova de tempore in tempus religioni catholicae infligantur vulnera, indifferentismusque circa religionem in dies latius serpat: praesentibus Episcopatus Hungariae Majestatem Vestram Sacratissimam enixissimis orat precibus, ut altissimas ordinationes, signanter Intimata medio Excelsi Consilii olim R. L. H. ddo. 7-ae Junii 1796 et ddo. 17-ae Februarii Anni 1783 item ddo. 5-ae Octobris 1819 numeris 12,126$^{118}/_{1821}$ et 25,587 emanata, quibus proles ad exigentiam legis in catholica religione educandae, ante 18-um aetatis annum aliis confessionibus adscribi vetantur; nec non Intimatum ddo. 14-ae Septembris 1792 Nr. 20,237 vi cujus a parentibus, proles in lege praescripta religione educare renitentibus eaedem avellendae, expensisque intertentionalibus per eosdem provideri disponuntur: republicanda clementer disponere, ac denique jurisdictiones a cogendis catholicis partibus ad proles suas, e mixto matrimonio susceptas, in alia religione educandas, benignissime inhibere dignetur.

VIII. Saepe evenit et ille casus, ut parochus catholicus sponsum neque ipse copulare, neque ad alium parochum dimissionem, vel ad ministrum testimonium peractae trinae promulgationis dare possit, quia e. g. sponsus obligationibus erga personam a se defloratam, sibi jure divino ac humano impositis necdum satisfecit. In his adjunctis *sponsus vadit ad ministrum* alterutrius Confessionis, *et sine dimissione* etiam, prout puncto III. adlata exempla perhibent, facili negotio *impetrat copulationem.* Non est opus fusius demonstrare, quo res nostrae devolventur, si ita jurisdictionum jura concultata fuerint! — Orare suppliciter sustinemus Majestatem Vestram Sacratissimam, ut verbi divini ministri a copulando catholico seu viro seu muliere, sine dimissione concernentis parochi catholici, inhibeantur.

IX. Praesto sunt clementissimae Resolutiones Caesareo-Regiae, quarum vigore extranei in regno isto sub certis duntaxat conditionibus ad matrimonia ineunda admitti possunt. Nos Catholici in his etiam mandatis supremam terrae Principis voluntatem debite veneramur, promptamque Eidem obedientiam praestamus, memores semper, non esse potestatem nisi a Deo. *Ministri* e contra acatholici hujusmodi *extraneos, etiam necessariis testimoniis destitutos,* incunctanter *copulant;* hocque suo facto Catholicos etiam exteros ad suum forum alliciunt, ne dicamus, pertrahunt. Dignetur itaque Majestas Vestra Sacratissima ministris acatholicis sub gravi poena clementissime prohibere: ne extraneos, sive aliarum provinciarum cives, absque necessariis conditionibus, altissima ordinatione praescriptis, copulare unquam praesumant. Non absimiliter

X. Eodem modo res se habet cum illa altissima ddo. 21-ae Januarii anni curr. Nr. 514 per Caesareo-Regium Officium Locumtenentiae republicata ordinatione etiam, vi cujus *juvenes immaturi* ad exigentiam Intimatorum Consilii olim R. L. H. ddo. 16-ae Junii 1812 Nr. 14653 et 22-ae Augusti 1815 Nr. 23,254 ad ineundum matrimonium admitti vetantur. Parochi catholici altissimae huic dispositioni promptissime morem gerunt; ministri autem protestantici hanc quoque arbitrarie transgrediuntur: unde fit, ut apud plebem gravis contra parochos invidia confletur, quasi nempe hi pro suo duntaxat arbitrio, non vero in humillimum altiorum mandatorum obsequium, nimis juvenes a matrimonio arcerent.

Itaque in eo etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam ima cum submissione imploramus, ut ministris acatholicis benigne demandare dignetur, ne juvenes immaturos ad matrimonium admittere audeant. Similes enim dispositiones omni vi destitui oportebit, si a parte civium impune violari possint.

XI. Aeque *gravia* sunt illa quoque *mala*, quae fideles *graeci ritus uniti a non unitis perferre coguntur;* hi namque illos jam illiciis, jam metu, jam fraude et dolo ad suam religionem pertrahere nituntur. Seductio hujuscemodi facilis redditur ex eo:

1-o Quod ipsi Sacerdotes schismatici, cum manifesta utique sensus religiosi et conscientiae laesione, religionem sacrae Unionis spurcatam et nullam esse palam cavillentur.

2-o Quod Sacerdotes uniti graviorum excessuum rei, ad declinandam, quam promeruerant a suo superiore graeco-catholico poenam, a sacra Unione deficiant, suosque fideles secum ad schisma pertrahant.

3-io Quod ab Episcopis non unitis rudes et inculti etiam sacerdotio initientur, indeque saepe eveniat, ut candidato communitatis alicujus, ob defectum scientiae ab Episcopo Graeco-Catholico ad ordines sacros admitti nequeunte, fideles una cum candidato ad schismaticos deficiant.

4-o Quod parte alicujus neo-conversae graeco-catholicae communitatis ad schisma relabente, *templa, parochiales aedes et scholae*, agri item ad parochos et cantores pertinentes, prout aliae realitates *graeci ritus unitis mox adimantur, schismaticisque adtribuantur*; et multa alia, quae in humillimis Episcoporum graeco-catholicorum Magno-Varadinensis ddto 1-ae Septembris anni curr. et Fogarasensis pariter anno curr. Majestati Vestrae Sacratissimae venerabunde exaratis recursibus uberius expressa habentur.

Quod autem ad Graeco-Catholicos, in specie *Valachos* attinet: „palam est omnibus (sunt verba magnae memoriae Augustissimae Mariae Theresiae Reginae Hungariae) „quanta amoris, favoris ac clementiae argumenta tum sanctissimi quondam Imperatores et Reges piissimae memoriae, Dominus Avus, Patruus et Genitor noster, tum concomitanter Nos in dictam valachicam gentem declaraverimus, beneficiisque non temnendis illam cumulaverimus.“ — In specie modo laudata Imperatrix et Regina maximo apud Summum Pontificem Pium VI. egit studio, ut hic duos institueret graeco-catholicos Episcopatus, *Magno Varadinensem* scilicet et *Crisiensem*. Pietatem hanc magnae abaviae Suae Majestas Vestra Sacratissima per id gloriose aemulata est, quod duos pro Valachis catholicis, quippe *Lugosiensem et Szamos-ujvariensem* Episcopatus erigendos, et Episcopatus Fogarasensis in Metropolim sublimationem apostolica Sua voce jam declarare dignata fuerit. Caeterum, quia benigna divorum Sacratissimae Majestatis Vestrae progenitorum, dum haec et similia agerent, mens utique non alia fuit, quam ut Graeci schismatici ad unionem cum S. Sede Apostolica adducti, augusto quoque Sacratissimae Majestatis Vestrae throno arctius adhaererent; neque illuc amplius respicerent, quo identitate ritus sui, ac variis etiam spebus attrahebantur; ea propter nos, qui pro intemerata nostra in Sacratissimam Majestatem Vestram fidelitate, augusto Ejusdem throno aevo perennionem cordintime precamur firmitatem, non possumus Eandem Sacratissimam Majestatem Vestram impensissime una ac humillime non exorare, ut justissimas Episcoporum graeco-catholicorum querelas benignissime exaudire, eaque ordinare clementer dignetur, quibus et catholicae religioni, et per hanc augusto etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae throno quam optime consulatur. Denique

XII. Non sine amaritudine detegere necessitamur Sacratissimae Majestati Vestrae etiam illam in dies magis invalescentem consvetudinem, quod *juvenes catholici aliarum confessionum Scholas Gymnasiales libere adeant*, imo *in privatis* etiam *acatholicorum institutis* convictualiter *educentur*, et ibi educati formatique, ad deponenda *maturitatis examina* admittantur. Pacto hoc profecto fiet, ut indifferentismus, statui quoque longe perniciosissimus, sensim in juventutis catholicae pectore vix unquam evellendas agat radices.

Ad avertendam igitur maximam, quae exhinc catholicae juventutis educationi catholicae, sequaciter ipsi Ecclesiae et religioni catholicae imminet calamitatem: Majestatem Vestram homagiali cum submissione exoramus, ut catholicam juventutem universim ab aditu scholarum non catholicarum, in non catholicis privatis institutis vero studia facientes, ab admissione ad maturitatis examina clementissime inhibere dignetur. Jurium enim civilium aequanimem dispensationem vix quisquam cordatus ita intelligendam asseret, ut juventus catholica, quocunque discrimine ac praejudicio religionis suae, ad scholas ac instituta acatholicorum se effundere possit; aut vero, quod ex pietate et religiosa morum probitate christiano-catholica, minus utilitatis, minus praesidii in Statum redundet, quam ex illustratis neotericorum, aut aliter sentientium collegiis? !

Et haec sunt, quae Ecclesiam hungaricam in dies magis affligunt, justissima gravamina; quorum cuncta et singula, praeter jam adlata pluribus adhuc, si necessum fuerit, e variis regni partibus adferendis exemplis luculentissime comprobari poterunt.

Unicum Augustissime Caesar et Rex! quod *stabile et firmum* dici possit, *reipublicae fundamentum, est vivus religionis catholicae sensus*, qui si omnium civium mentes penetret pervadatque, gladii in vomeres et lanceae in falces secure conflari poterunt, quia, qui Deum timent, illi regem etiam honorificant, redduntque cui tributum, tributum, cui vectigal debent, vectigal, et quidem non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; proinde tunc etiam, dum vindicem Principis gladium effugere possent! Huic religionis sensui, in civibus fovendo et nutriendo, splendidissima, quae augustissimi Sacratissimae Majestatis Vestrae Progenitores omni tempore dederunt exempla, prouti etiam infucata Majestatis Vestrae Sacratissimae pietas speculi instar deserviunt; et ideo sicut illorum piis manibus impensissimum cultum, ita Sacratissimae Majestati Vestrae maximas nomine Ecclesiae Catholicae referimus gratias! !

In tanto igitur, tamque gravi animarum et utriusque reipublicae discrimine, ne propter neglectum pastoralis nostri officii aliquando a Divino Pastore justo judicio condemnemur; sed et maledictionem posteritatis a cineribus nostris aversuri: sustinemus Majestatem Vestram non solum qua regem apostolicum, sed et ut publicae moralitatis, in regnis glorioso sceptro Suo divinitus subjectis, naturalem vindicem, ardentissima sanctae Matris Ecclesiae voce enixissime interpellare: dignetur ecclesiasticam potestatem, malo remediis moralibus obviare adnisam, gladio etiam materiali succollare, et preces nostras, in causa religionis et Ecclesiae, imo Civitatis etiam ad augustum Ejusdem thronum de genu directas, clementer suscipere, vulneribusque Ecclesiae hungaricae, cui indigni praesumus, per opportunas altissimas ordinationes medelam adferre.

DEUS autem Optimus Maximus, gratia sua illuminante et roborante praeeat Majestati Vestrae Sacratissimae, ut quod aeternis ejusdem legibus conveniens, animarum saluti, et utrique reipublicae proficuum noverit, id quidem forti animo exequi; contraria vero eadem virtutis alacritate rescindere et eradicare, firmiterque persvasum tenere dignetur, iisdem legibus crescere populorum temporalem prosperitatem, quibus acquiritur aeterna, neque, ut S. Augustinus dicit, posse aliunde beatam fieri Civitatem, et aliunde hominem.

Actum in Conferentiis privatis Episcopatus Hungariae, Budae 7-ma et sequentibus Mensis Junii diebus anni 1852., sub praesidio Principis Primatis et Archi Episcopi Strigoniensis, Joannis Bapt. Scitovszky, praesentibus: Adalberto Bartakovics Agriensi, et Josepho Kunszt Colocensi, Archi-Episcopis; item Basilio Popovics Gr. Catholico Munkácsensi, Basilio Erdélyi Gr. Catholico Magno-Varadinensi, Antonio Karner Jaurinensi, Joanne Ranolder Veszprimiensi, Stephano Kollarcsik Rosnaviensi, Francisco Szaniszló latini ritus Magno-Varadinensi, Stephano Moyses Neosoliensi, Augustino Roskoványi Vaciensi, Emerico Farkas Alba-Regalensi Episcopis; Ignatio Fábry praeconisato Cassoviensi Episcopo, Ludovico Haynald b. nominato Episcopi Transsilvaniensis Coadjutore; denique Michaele Rimely, Archi-Abbate montis Pannoniae, asservatis.

Quorum nomine homagiali cum submissione subscribit, Strigonii die 1-ma Novembris 1852., Sacratissimae Caesar. Reg. Majestatis vestrae perpetuo fidelis subditus et capellanus, Joannes Scitovszky Archi-Episcopus Strigoniensis et Regni Primas.

Nro 4234.

10

SACRATISSIMA CAESAREO REGIA APOSTOLICA MAJESTAS!

In suprema Ecclesiae Hungaricae procuratione per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam, et augustam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam, ut orthodoxae fidei assertores, sic etiam ecclesiasticae disciplinae custodes et vindices constituti, nos Episcopi Hungariae continua sollicitudine tenemur, ne vel fidei catholicae puritas, vel disciplinae ecclesiasticae vigor in hocce regno detrimenti quid patiatur. Hanc nostram curam et sollicitudinem, praeter impositi divinitus nobis muneris rationem singulariter provocat tenera Sacratissimae Majestatis Vestrae in Deum pietas, Ejusdemque omni encomio illustrius titulo apostolatus gloriandi, atque ideo avitam Majorum Suorum, divorum Hungariae Regum religionem etiam et pietatem imitandi studium. Laudabilis hujus zeli ac pietatis sub brevi licet sed glorioso Sacratissimae Majestatis Vestrae regimine tot jam et tanta accepimus pignora, ut nullatenus dubitare nobis liceat, in Majestate Vestra semper, dum adjuncta id postulaverint, sicut sacro sanctae fidei, ita ecclesiasticae etiam disciplinae nos defensorem nacturos.

Hac firma spe et inconcussa fiducia animamur nunc quoque, dum ad augustum Majestatis Vestrae Sacratissimae Thronum, e conferentiis nostris, Budae diebus 7-a, 8-a et 9-a mensis Junii anni curr. asservatis de genu accedimus, ut filiali cum fiducia et apostolica libertate *justissima gravamina nostra e recentius inflictis et infligi continuatis Ecclesiae catholicae in Hungaria vulneribus nata,* candide non minus ac profunda cum submissione proponamus.

Ingenti scilicet cum animi dolore advertimus, *vivum religionis sensum* firmissimum regnorum fundamentum, de die in diem magis evanescere, ejusque locum *indifferentismum circa fidem,* hincque, inprimis inde ab ultimo decennio secutas *apostasiasa* religione catholica certatim occupare. Lumine fidei in plerisque exstincto, ipsa quoque morum honestas quantopere periclitetur, pronum est intelligere. Hinc videre saepe est, quod sanctissima religionis vincula, jurisjurandi et voti, ubi haec passionibus infrunitis adversantur, sacrilegis manibus disrumpantur; nihil novi est, ut fides conjugalis, maxima, quae dari potest, solennitate data firmataque, iniquis desideriis ita svadentibus, perfide violetur. Sic compages illae, quibus cives ad invicem religari oportet, continuo magis solvuntur; ordo legitimus et debita subordinatio pedetentim exulat, atque sicut singulorum, ita totius etiam Reipublicae salus aperto discrimini objicitur. Leges ipsae civiles, quarum finis esset, licentiam humanam cohibere, actionesque civium externas ita dirigere, ut religiositati et moralitati continuo magis consonent, ab aliquo tempore quasi eo destinatae esse videntur, ut licentiae potius, quam honestati morum patrocinentur.

Nihil quidem eorum intermittimus, quae in sphaera activitatis nostrae ad sananda temporis nostri mala conducere censentur; cum nihilominus mala haec jam firmiores egerint radices, quam ut lentum in bono progressum exspectare consultum sit: Sacratissimae quoque Majestatis Vestrae potentissimum interventum demisse implorandum esse duximus, ut Ecclesiae et Civitatis viribus unitis, malo citius ac certius medicina paretur.

Quod justissimam conquerendi materiam nobis praebet, est:

I. Infaustissimus in Comitiis hungaricis *anni* 1844. (non obstante contradictione Cleri) latus *articulus* 3-*ius religionarius,* qui tribuit fere *illimitatam libertatem transeundi a religione catholica ad quamcunque aliam confessionem.* Item *anni* 1848. Art. 20 § 2-o omnibus in regno lege receptis religionibus *perfecta aequalitas et reciprocitas adtribuitur.* — Praesidio harum prorsus arbitrarie observatarum, et in favorem sui explicitarum legum non raro fit, ut Catholici, diversis passionibus agitati, jam amplius nec facta coram concernente Parocho, ad exigentiam legis duplici insinuatione, ab aliarum confessionum ministris, postremo memoratam legem reciprocitatis perperam in suum, omnia sibi licita esse existimantem sensum detorquentibus, coetui eorum, cum aperto expressae legis contemtu aggregentur. Ita, ut e multis casibus unum memoremus: Georgius Bauhofer, Augustanae Confessioni addictorum verbi divini minister Budensis, ob illegalem Joannis Kuppis, Archi-Dioecesis Strigoniensis Presbyteri, cum Emma Dorfinger, catholica, quin haec semet fine transitus coram suo Parocho insinuasset, in coetum Augustanae Confessionis recepta, non obstante etiam e parte antelati presbyteri subversante S. Ordinis impedimento, factam copulationem per C. R. Consilium Locumtenentiale in quaestionem vocatus, non absque palmari insolentia reposuit: „se legem, quae sibi id facere vetaret, lato in Comitiis anni 1848. Art. 20-i § 2-o haud amplius noscere.“ Et revera, quod scripsit taliter, facto prosequitur demonstrare, dum quemvis catholicum, ad se venientem (allectum) sectae suae omni intermissa formalitate adgregat.

Jam si talia licite et impune dici ac fieri permittantur, mirari non subit, si cives Christum et Belial, errorem et veritatem aequiparent, palamque profiteantur: perinde esse, quam quisque religionem teneat, dummodo mores suos regulis honestatis conformet. Ex inde atheismus, perniciosissima Reipublicae pestis prono fluit alveo; dum enim omnes religiones aequiparant cives, eoipso singulam religionem ceu commentum ingenii humani, ad continendum in officio vulgus effictum considerant, proinde omni religioni in animo suo renunciant. Quo jam deventurae sunt res nostrae, si haec pestis latius grassata, ipsamque adeo plebem pervagata fuerit?!

Unde jam palam fit, ipsius quoque Civitatis plurimum interesse, ut defectiones a fide catholica omni meliore modo impediantur; et si non antiquarum legum, saltem dispositio Articuli 3-ii anni 1844, fundamento cujus deficere volens praevie *coram parocho suo*, et non coram quocunque presbytero, semet binis vicibus insinuare obligatur, in pleno vigore conservetur.

II. *Connubia* partium *a religione catholica deficientium*, quae, utpote origine catholica, indubitato jure ad forum Ecclesiae catholicae pertinere deberent, post consummatum transitum ad jurisdictionem acatholicam, respective civilem referuntur. Hinc fit, ut lex, que debebat esse libertas pro conscientiis, evaserit emancipatio carnis, cui conscientia cum peccaminosa levitate immolatur, et quae, nisi mature remedium paretur, omnes successive nervos familiarum, imo ipsius Status incidet, et ordinem moralitatis, ab auctore Deo constitutum, et nunquam impune violatum, evertet.

Enimvero malum ex transitus libertate in hac extensione sumta et applicita proveniens, universam oeconomiam legislationis matrimonialis catholicae eludit, imo ipsam rem familiarem, ac consequenter Status quoque, cujus illa basis est, pedetentim dissolvit. — Quod enim quis foedus scit esse necessarium, indissolubile, aeternum: ei semet tota cogitandi, sentiendi et agendi ratione, ut tali accomodare studet; at ubi possibilitas semet ab inviso foedere quacunque demum modalitate liberandi phantasiae praeluserit: jam concupiscentia caput levat, et conjugalem castitatem facillime in tentationem abducit.

Et revera, inspicienti casus transituum, qui a religione catholica ad protestantismum in Hungaria fiunt, luce meridiana clarius patebit, tales vi convictionis internae nequaquam determinari, sed apostatas esse ut plurimum conjuges, qui novas juxta instinctum carnis nuptias expetunt, et ut his potiantur, et antiquis solvantur, religionem velut vestem mutare non exhorrent.

Exemplum malesani hujus furoris, primum proh dolor! a classibus Societatis altioribus venit. Si non primi, inter primos fere fuere Com. Casimirus Batthyányi et B. Nicolaus Jósika; quod sicut in omni alia, ita imprimis in re libidinis, libertati favente, instar scintillae electricae egit in massam civium, ut passim in urbibus luxu emollitam, moribus laxiorem, conquirendis undique deliciis sensualibus toto animo intentam. E relationibus pastorum animarum in majoribus imprimis civitatatibus intelligimus, continuo, et quidem maxima ex parte conjugatos, religioni catholicae, ut in protestantismo etiam cum matrimonio suo hoc ipsum facere possint, nuncium mittere; verendumque esse, ne libidinosa licentia, mutuis exemplis excitata, et, cum ex parte Status nullatenus impediatur, etiam pro moraliter licita, vel saltem indifferente habita, sensim in torrentem excrescat, cui serius pro utriusque Reipublicae ruina occurri amplius vix poterit.

Sane, matrimonia fidelium esse Sacramenta, rationemque contractus a ratione Sacramenti separari non posse, universalis est apud Catholicos doctrina; quam recentissime *Sanctissimus Pater Pius IX.*, Pontifex Maximus, in Consistorio anni curr. 27-a Septembris habito, in ea allocutione, qua afflictum Ecclesiae in republica Neogranatensi statum orbi catholico detexit, sequentibus expressit: „Nemo ex Catholicis ignorat, matrimonium esse vere et proprie unum e septem novae legis Sacramentis, et propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit Sacramentum; atque idcirco quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris praeter Sacramentum conjunctionem, nihil aliud esse, nisi exitialem concubinatum, ab Ecclesia tantopere damnatum; ac proinde a conjugali foedere Sacramentum separari nunquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea decernere, quae ad idem matrimonium quovis modo possunt pertinere.“

Hanc potestatem Ecclesiae, qua in matrimonia fidelium, ceu etiam Sacramenta, jure divino positivo pollet, minime impedit apostasia partium matrimonio junctarum; Sacramentum enim, non obstante transitu, Sacramentum manet, de cujus valore judicare unice et exclusive juris est Ecclesiae catholicae; alioquin fraus et dolus, juxta commune juris axioma, nemini patrocinantur; fraudem vero et manifestum dolum committunt, qui, ut contracti semel vinculi sacramentalis indissolubilitatem eludant, a religione catholica ad protestantismum, non ex motivo alteratae convictionis, sed acquirendae alterius conjugis, confugiunt. — Ecclesia porro catholica nunquam elargitur, neque elargiri potest consensum in matrimonium, nisi sub conditione contrahendi indissolubile vinculum, et agnoscendi legitimam Ecclesiae quoad hoc vinculum, in omnibus emergentibus casibus judiciariam auctoritatem; singulus igitur, qui in Ecclesia catholica contrahit matrimonium, una se obligat, quod eandem Ecclesiam etiam ratione matrimonii sui pro judice habere velit. Qua obligatione quidem nec per apostasiam solvitur; alioquin ad implementum promissi jure naturali obligatur, et ut ad illud implendum etiam civiliter cogatur, nihil congruentius est: postquam ad id catholicus manens coactus fuisset; essetque omnino triste, ut infidelis idmodi favoribus civilibus gaudeat, quibus perseverans fidelis non potitur. Ita sane, qui juxta leges Ecclesiae catholicae contraxit matrimonium, eum secundum easdem judicari oportet, etiamsi cum tempore, protestans factus, quoad futura semet jurisdictioni hujus Ecclesiae subtraxisset.

Secus enim haud raro eveniet, quod recenter in Archi-Dioecesi Agriensi cum conjugibus Felice Almási-N. Gosztonyi accidit, qui mediante apostasia dissilierunt et divortiati sunt, viro aliud matrimonium ineunte, muliere vero facti poenitudine tacta, et ad sinum Ecclesiae reversa. Ita B. Simonyi de Vitézvár, e Dioecesi Csanadinensi, in catholica religione permanens, cum maritata, ast deficiente et divortiata muliere Vratislaviae copulatus est. Non secus, ut de pluribus aliis sileamus, conjuges in Archi-Dioecesi Strigoniensi Ordódy-Kontz, postquam illis matrimonii sui invaliditatem coram Consistorio evincere non successisset: ambo defecerunt, ut novas nuptias celebrare possint; mulier dicitur non multo post poenitens ad sinum Ecclesiae rediisse. Quanta ex hinc in familiis confusio, quanta strages pro prolibus innocentibus tam legitime quam illegitime generatis, quantum periculum animarum! Profecto talis legum Ecclesiae contemtus ab ipsa Civitate haud potest impunis relinqui, quia teste experientia constat, eos qui legem Ecclesiae conculcant, ad convellendas etiam civiles leges paratos esse.

Dignetur itaque, obsecramus Majestatem Vestram Sacratissimam, clementer decernere *ut matrimonia omnia, quae a Catholicis contrahuntur*, fuerint illa seu pura seu mixta, celebrata cum vel sine benedictione ecclesiastica, ratione vinculi et separationis quoad thorum et mensam, *ad forum catholicum* ordinarium, respective dioecesanum *pertineant etiam tunc, si conjugum una vel utraque pars apostatasset.* Cum complice vero catholico, etiamsi apostataverit, matrimonium parti protestanticae inire, per insertam sententiae divortiali clausulam plene prohibeatur; proles demum e manifesto adulterio, idest, vivente neque legitime divortiato alterutro conjuge susceptae, pro illegitimis, neque per subsequum matrimonium legitimari queuntibus declarentur.

Haec eo fidentius sperat devotissimus Sacratissimae Majestati Vestrae Episcopatus Hungariae semet impetraturum, siquidem decreto tali, quin ulla praeexistens lex religionaria laedatur, dogma catholicum de contractu matrimoniali a Sacramento inseparabili salvabitur, causa frequentiorum a fide catholica defectionum, gravissime seducens tolletur, moralitati disciplinaeque domesticae prospicietur, seductionibus et libidini froena ponentur, confusioni in familiis obviabitur, jam jam nutanti sanctitati vitae conjugalis novum aestimium procurabitur, ac denique ex bene custodita fide conjugali, etiam publica tam erga Imperantem, quam etiam illa subditorum erga se invicem fidelitas incrementum captura sit.

III. Religionis sensum nihil magis infirmat, praefocatque, quam *mixta matrimonia*, si praesertim, prout his diebus fieri vehementer dolemus, crebrescant. Tristissima haec mixtorum connubiorum consectaria primo quidem in singulis familiis, deinde vero in ipsa civitate conspicua evadunt. Dum nimirum conjuges in re gravissima et sacerrima, religione scilicet dissentiunt, ita, ut quod alter summa veneratione colit et frequentat, alteri indifferens, obvium, ridiculum, superstitiosum, vel omnino idololatria videatur: profecto aliud non restat, quam ut alter alterum ad suas partes pertrahat, vel ut ambo circa religionem indifferentes fiant. Quam pronum porro, ut quod in educandis prolibus una pars conjugum aedificat, ab altera, si non directe, saltem indirecte destruatur, atque ejusmodi proles arbitrentur, parum referre, quam religionem quisque teneat.

Idem *indifferentismus* circa religionem e mixtis connubiis in reliquos etiam cives sensim dimanat, imo vehementer augetur per dispositionem *Articuli* 3-ii 1844., vigore cujus matrimonia mixta etiam per verbi divini ministros conciliata, pro validis enunciantur; pacto enim hoc non tantum Art. 26. anni 1790|1. ut quippe matrimonia mixta semper coram catholico parocho ineantur, plene evilescit; sed etiam non raro fit, ut sponsa catholica passiva parochi catholici assistentia minus contenta, potius per verbi divini ministrum in oratorio copulari praeeligat; imo nec in eo desunt exempla, ut sponsus quoque catholicus (licet in hoc casu copulatio cum benedictione per parochum catholicum peragatur, adeoque nulla adsit ratio, ex qua sponsi ad verbi divini ministrum fine copulationis convolent) in gatiam sponsae acatholicae, non obstante etiam eo, quod ad exigentiam praelaudati Art. 26-i omnes proles in catholica religione educandae veniant, ministrum protestanticum fine copulationis adeat; verbi divini ministri vero, legem aequalitatis de anno 1848. in suum sensum detorquendo, mixto matrimonio, etiam dum sponsus catholicus est, in obversum legis assistere haud vereantur. Ita in specie praeter alios minister Nagy-Korpadiensis, consentiente Seniore Csokonyaensi, catholicum parochianum Kutasiensem, in Dioecesi Veszprimiensi, cum acatholica sine dimissionalibus copulavit. — Imo leges in causa religionis editas interpretandi jus sibi arrogando, anni 1848. § 2-um in manifestum Art. 26-ti 1790|1. praejudicium eo detorquent: quasi omnes proles, ab acatholico patre progenitae, religionem patris sequi possent, quemadmodum, dum pater catholicus est, utriusque sexus proles in catholica religione praecitato Art. 26-to 1790|1. educandae disponuntur; ita e. g. *catholicus* juvenis Palacznakiensis in Dioecesi Veszprimiensi, ad initum in obversum praecitatae legis cum acatholica consorte sua contractum provocans, nullo modo amoveri potest a perverso, filiam suam in acatholica religione educandi consilio; ita etiam alter ejusdem parochiae *catholicus* juvenis cum sponsa sua acatholica in eo convenit, ut nasciturae proles pro ratione sexus sequantur religionem parentum, atque die 7-a Januarii anni curr. coram ministro acatholico matrimonium contraxerunt. Quis non videat arbitraria hujusmodi interpretatione saluberrimas etiam leges scopo suo frustrari, gravissimisque transgressionibus portam aperiri!

Sed de mente etiam Summi Pontificis Gregorii XVI. Brevi apostolico ad Episcopos Hungariae cum instructione ddo 30-ae Aprilis 1841. expressa, verbi divini ministri tantum *in extremo necessitatis casu valide* mixtis connubiis assistunt, qui solum tunc adesse supponi potest, dum sponsus aca-

tholicus, sufficientem de catholica omnium utriusque sexus prolium educatione cautionem praestare renuit, sponsa vero catholica parochi sui passiva assistentia non contentatur; tunc autem nulla plane subversatur necessitas, dum sponsus est catholicus, cum tunc ex lege omnes proles catholice veniant educandae, et parochus catholicus ritu praescripto assistat matrimonio.

Quia porro per arbitrariam sponsorum mixtae religionis seu coram catholico parocho, seu coram ministro protestantico factam copulationem persvasio partis catholicae de veritate fidei suae plurimum debilitatur, indifferentismo amplissimum fomentum praebetur, imo catholica pars manifesto apostasiae periculo exponitur: ex eo Majestatem Vestram Sacratissimam demississime obsecramus, ut interea etiam, donec S. Sedes Apostolica de subversantibus fidei periculis melius informata, sua quoque ex parte congruam malo adtulerit medelam, articulum 26-tum 1791. cum quoad mixta connubia, tum etiam relate ad oriundas ex illis proles, clementissime pristino vigori suo restituere, atque ministris acatholicis eousque etiam, nisi illis mixtis matrimoniis assistendi facultatem clementer tribuere, in quibus sponsus protestans non admittit omnium prolium catholicam educationem, sponsa autem catholica passiva parochi sui assistentia non contentatur; sequaciter omnia matrimonia per viros catholicos coram verbi divini ministris protestanticis illegaliter et incompetenter inita, pro nullis et irritis declarare, pro futuro vero eosdem verbi divini ministros a similibus illegalibus attentatis districtim prohibere benigne dignetur.

Diffiteri quidem non possumus, saepe memoratum etiam Art. 26-tum 1790|1. ejus esse indolis, ut conscientiae nostrae gravissimam vim inferat, cum eodem declaretur masculas proles e patre acatholico, matre vero catholica progenitas, illius religionem *sequi posse*, id est, e sangvine catholico non catholicos nasci posse. — Confidimus tamen in clementia Sacratissimae Majestatis Vestrae, ejusmodi altissimam dispositionem humillimis nostris precibus nos exoraturos, ut oriunda exinde anxietas nostra, si non ex toto tollatur, mitigetur saltem ex parte, donec jubente Domino tempestas praesentis temporis sedata fuerit.

IV. *Parentes in mixto matrimonio viventes*, jam pestifera indifferentismi labe infecti, etiam illas *proles* suas, quas vigore legis in religione catholica educare tenentur, *promiscue per verbi divini ministros baptisari faciunt*, hocque pacto easdem vix primam lucem conspicientes, ad apostasiam disponunt. Ad evitandas igitur tristes sequelas, moxque in principio suffocandum malum: Sacratissimam Majestatem Vestram pari demissione exoramus, ut benigno-gratiosum Intimatum de 29-a Augusti 1785. Nro 23,217. — item §. 15. Art. 26. 1790|1. fundamento cujus prolibus, quae catholice educari debent, baptismus per parochum catholicum administrandus disponitur, pro strictissima observantia clementer republicandum disponere dignetur.

V. Inter cives diversae religionis pax et tranquillitas tunc solum potest obtineri, si hi jura sua mutuo respectent, praesertim autem in merito religionis ab omnibus abstineant, quibus conscientiam concivium suorum graviter sauciarent, eosdem nefario modo scandalisarent, prout id in *transitu et copulatione praesertim apostatarum Sacerdotum et Religiosorum* semper obtinet, ubi ratio quoque sigilli sacramentalis adtentionem legislatoris mirum in modum provocat.

Quid enim ab ejusmodi hominibus, qui suam in re sacerrima, qualis est religio, persvasionem venalem habent, exspectare possit respublica, jam dudum edixit *Carolus M.* Romanorum Imperator inquiens: „nulla nobis ratione persvadere possumus eos, qui Deo fidem non servant, nobis fideliores fore.“

Quid igitur sentiendum de Sacerdotibus et Religiosis, qui fidem, sacrum Ordinem, nec non solennia religiosa vota temere conculcant? suapte intelligitur.

Igitur ad sensum religionis ac moralitatis, basim quippe omnis societatis humanae conservandum, nec non disciplinam manutenendam summe necessarium foret, ut Art. 3-ium *anni* 1844 *de transitu sonantem, solum ad laicorum defectionem* adplicabilem esse, Majestas Vestra Sacratissima enunciare dignetur. Nec enim mens fuit Comitiorum anni 1844 circa apostasiam Sacerdotum et Religiosorum aliquid decernere, quaestionis siquidem hujus in actis comitialibus nulla plane mentio occurrit; sed agebatur de tollenda 6. hebdomadarum institutione, per eos perprius subeunda, qui apostatare a fide catholica intendebant; non ergo novi aliquid dicta Comitia determinandi, sed tantum praeexistentem legalem usum mutandi, Art. 26. ampliandi provinciam habebant, quod ex *Rubro* Articuli hujus sic expresso: *Articulus* **26 1791**. *sequentibus ampliatur, et respective modificatur*, evidens est.— Si nihilominus tamen modo dictam legem ad Sacerdotes et Religiosos ultro quoque extendendam satius esse censeretur, saltem in eo Majestatem Vestram Sacratissimam majorem in modum obtestamur: quatenus Altissima Sua auctoritate clementissime decernere dignaretur, ut sicut laici vi legis coram immediato suo *spirituali superiore*, quippe parocho, semet insinuare tenentur, ita Sacerdotes quoque et Religiosi, apostatare volentes, coram immediatis suis spiritualibus superioribus, Episcopis quippe, vel Abbatibus, Praepositis aut Provincialibus semet sistere obligentur.

VI. Gravissimae culpae reatum contrahunt ministri acatholici, quod *matrimonialiter copulent Sacerdotes et Religiosos*, a catholica religione ad protestantismum deficientes, licet hi Ordinis sacri et respective solennis religiosae professionis impedimento dirimente, ab ipsa quoque civitate pro tali agnito, a matrimonio arceantur. Cum igitur nulla ratione supponi possit, legem civilem *solennia vota*, de quibus sola Ecclesia judicat, rescindere, aut *Ordinis impedimentum* sufferre voluisse; sive potuisse talem verbis indere sensum, ut haec ex illis factitia applicatione consequantur, ipsique perjurio per legem ipsam via aperiatur: idcirco justitiae studio Sacratissimae Majestatis Vestrae freti, Ejusdem altissimam gratiam iterum iterumque in humilitate

BIBLIOTHECA E.M. SCHOLARIS

exoramus, ut legem declaratoriam edendam benigne disponere dignetur, vi cujus Clericis sive ecclesiasticis sive religiosis, deficientibus matrimoniorum contractio vetita sit, contracta vero per illos pro nullis et irritis declarentur; quod a Majestate Vestra Sacratissima eo fidentius exorare sustinemus, quia idmodi altissima resolutio quoad ditiones germanicas Monarchiae jam emanaverit; quodque Majestati Vestrae Sacratissimae perspectum esse teneamus, Eandem ceu Regem Apostolicum, a Deo, quod olim Constantinus Magnus Imperator gloriabundus de se profitebatur, *extra Ecclesiam constitutum esse Episcopum;* proinde sicut Episcopis spiritualem, ita Majestati Vestrae Sacratissimae materialem arripiendum esse gladium, quo tam nefanda apostasiae et connubii clericalis scandala a corpore Christi, quod est Ecclesia, rescindantur.

VII. Sed et in eo Ecclesia Catholica magnam patitur injuriam, quod *juvenes catholici ante completum* **18**-*um aetatis annum, per protestanticarum Confessionum ministros promiscue in coetum eorum recipiantur*, et ad participationem coenae Domini admittantur; quod plus, parentes proles suas, e mixto matrimonio progenitas, in obversum Art. 16. anni 1790|1 arbitrarie in alia, quam vi legis obligarentur, confessione educare, prorsus nihili pendunt. Sic in specie Ladislai olim Kürthy, *Aug. Confessionis Compossessoris* Szelezsényensis in Comitatu Barsiensi vidua, catholica Susanna nata Salgay, e praedicto marito susceptas tres filias suas, non obstantibus paterna, imo etiam officiosa, commonitionibus, in obversum legis de anno 1790|1 in protestantica religione educare pergit; imo licet praecitata lege religionaria nisi id constituatur, quod proles masculae e patre acatholico, matre vero catholica progenitae, religionem patris *sequi possint, non* autem *debeant:* nihilominus tamen res jam eo devenerunt, ut per sedem judiciariam Sátorallya-Ujhelyensem, sub 2-a Augusti anni curr. Nr. $^{2153}/_{3795}$ vidua Helv. Confessioni addicti Stephani olim Dobos, nata *Sophia Veres catholica*, ad proles masculas e modofato marito susceptas, in religione patris protestantica educandas, judicialiter inviata exstiterit.

Ne igitur his et similibus abusibus nova de tempore in tempus religioni catholicae infligantur vulnera, indifferentismusque circa religionem in dies latius serpat: praesentibus Episcopatus Hungariae Majestatem Vestram Sacratissimam enixissimis orat precibus, ut altissimas ordinationes, signanter Intimata medio Excelsi Consilii olim R. L. H. ddo. 7-ae Junii 1796 et ddo. 17-ae Februarii Anni 1783 item ddo. 5-ae Octobris 1819 numeris 12,126$^{118}/_{1821}$ et 25,587 emanata, quibus proles ad exigentiam legis in catholica religione educandae, ante 18-um aetatis annum aliis confessionibus adscribi vetantur; nec non Intimatum ddo. 14-ae Septembris 1792 Nr. 20,237 vi cujus a parentibus, proles in lege praescripta religione educare renitentibus eaedem avellendae, expensisque intertentionalibus per eosdem provideri disponuntur: republicanda clementer disponere, ac denique jurisdictiones a cogendis catholicis partibus ad proles suas, e mixto matrimonio susceptas, in alia religione educandas, benignissime inhibere dignetur.

VIII. Saepe evenit et ille casus, ut parochus catholicus sponsum neque ipse copulare, neque ad alium parochum dimissionem, vel ad ministrum testimonium peractae trinae promulgationis dare possit, quia e. g. sponsus obligationibus erga personam a se defloratam, sibi jure divino ac humano impositis necdum satisfecit. In his adjunctis *sponsus vadit ad ministrum* alterutrius Confessionis, *et sine dimissione* etiam, prout puncto III. adlata exempla perhibent, facili negotio *impetrat copulationem*. Non est opus fusius demonstrare, quo res nostrae devolventur, si ita jurisdictionum jura concultata fuerint! — Orare suppliciter sustinemus Majestatem Vestram Sacratissimam, ut verbi divini ministri a copulando catholico seu viro seu muliere, sine dimissione concernentis parochi catholici, inhibeantur.

IX. Praesto sunt clementissimae Resolutiones Caesareo-Regiae, quarum vigore extranei in regno isto sub certis duntaxat conditionibus ad matrimonia ineunda admitti possunt. Nos Catholici in his etiam mandatis supremam terrae Principis voluntatem debite veneramur, promptamque Eidem obedientiam praestamus, memores semper, non esse potestatem nisi a Deo. *Ministri* e contra acatholici hujusmodi *extraneos, etiam necessariis testimoniis destitutos*, incunctanter *copulant;* hocque suo facto Catholicos etiam exteros ad suum forum alliciunt, ne dicamus, pertrahunt. Dignetur itaque Majestas Vestra Sacratissima ministris acatholicis sub gravi poena clementissime prohibere: ne extraneos, sive aliarum provinciarum cives, absque necessariis conditionibus, altissima ordinatione praescriptis, copulare unquam praesumant. Non absimiliter

X. Eodem modo res se habet cum illa altissima ddo. 21-ae Januarii anni curr. Nr. 514 per Caesareo-Regium Officium Locumtenentiae republicata ordinatione etiam, vi cujus *juvenes immaturi* ad exigentiam Intimatorum Consilii olim R. L. H. ddo. 16-ae Junii 1812 Nr. 14653 et 22-ae Augusti 1815 Nr. 23,254 ad ineundum matrimonium admitti vetantur. Parochi catholici altissimae huic dispositioni promptissime morem gerunt; ministri autem protestantici hanc quoque arbitrarie transgrediuntur: unde fit, ut apud plebem gravis contra parochos invidia confletur, quasi nempe hi pro suo duntaxat arbitrio, non vero in humillimum altiorum mandatorum obsequium, nimis juvenes a matrimonio arcerent.

Itaque in eo etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam ima cum submissione imploramus, ut ministris acatholicis benigne demandare dignetur, ne juvenes immaturos ad matrimonium admittere audeant. Similes enim dispositiones omni vi destitui oportebit, si a parte civium impune violari possint.

XI. Aeque *gravia* sunt illa quoque *mala*, quae fideles *graeci ritus uniti a non unitis perferre coguntur;* hi namque illos jam illiciis, jam metu, jam fraude et dolo ad suam religionem pertrahere nituntur. Seductio hujuscemodi facilis redditur ex eo:

1-o Quod ipsi Sacerdotes schismatici, cum manifesta utique sensus religiosi et conscientiae laesione, religionem sacrae Unionis spurcatam et nullam esse palam cavillentur.

2-o Quod Sacerdotes uniti graviorum excessuum rei, ad declinandam, quam promeruerant a suo superiore graeco-catholico poenam, a sacra Unione deficiant, suosque fideles secum ad schisma pertrahant.

3-io Quod ab Episcopis non unitis rudes et inculti etiam sacerdotio initientur, indeque saepe eveniat, ut candidato communitatis alicujus, ob defectum scientiae ab Episcopo Graeco-Catholico ad ordines sacros admitti nequeunte, fideles una cum candidato ad schismaticos deficiant.

4-o Quod parte alicujus neo-conversae graeco-catholicae communitatis ad schisma relabente, *templa, parochiales aedes et scholae,* agri item ad parochos et cantores pertinentes, prout aliae realitates *graeci ritus unitis mox adimantur, schismaticisque adtribuantur*; et multa alia, quae in humillimis Episcoporum graeco-catholicorum Magno-Varadinensis ddto 1-ae Septembris anni curr. et Fogarasensis pariter anno curr. Majestati Vestrae Sacratissimae venerabunde exaratis recursibus uberius expressa habentur.

Quod autem ad Graeco-Catholicos, in specie *Valachos* attinet: „palam est omnibus (sunt verba magnae memoriae Augustissimae Mariae Theresiae Reginae Hungariae) „quanta amoris, favoris ac clementiae argumenta tum sanctissimi quondam Imperatores et Reges piissimae memoriae, Dominus Avus, Patruus et Genitor noster, tum concomitanter Nos in dictam valachicam gentem declaraverimus, beneficiisque non temnendis illam cumulaverimus." — In specie modo laudata Imperatrix et Regina maximo apud Summum Pontificem Pium VI. egit studio, ut hic duos institueret graeco-catholicos Episcopatus, *Magno Varadinensem* scilicet et *Crisiensem*. Pietatem hanc magnae abaviae Suae Majestas Vestra Sacratissima per id gloriose aemulata est, quod duos pro Valachis catholicis, quippe *Lugosiensem et Szamos-ujvariensem* Episcopatus erigendos, et Episcopatus Fogarasensis in Metropolim sublimationem apostolica Sua voce jam declarare dignata fuerit. Caeterum, quia benigna divorum Sacratissimae Majestatis Vestrae progenitorum, dum haec et similia agerent, mens utique non alia fuit, quam ut Graeci schismatici ad unionem cum S. Sede Apostolica adducti, augusto quoque Sacratissimae Majestatis Vestrae throno arctius adhaererent; neque illuc amplius respicerent, quo identitate ritus sui, ac variis etiam spebus attrahebantur; ea propter nos, qui pro intemerata nostra in Sacratissimam Majestatem Vestram fidelitate, augusto Ejusdem throno aevo perennionem cordintime precamur firmitatem, non possumus Eandem Sacratissimam Majestatem Vestram impensissime una ac humillime non exorare, ut justissimas Episcoporum graeco-catholicorum querelas benignissime exaudire, eaque ordinare clementer dignetur, quibus et catholicae religioni, et per hanc augusto etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae throno quam optime consulatur. Denique

XII. Non sine amaritudine detegere necessitamur Sacratissimae Majestati Vestrae etiam illam in dies magis invalescentem consvetudinem, quod *juvenes catholici aliarum confessionum Scholas Gymnasiales libere adeant*, imo *in privatis* etiam *acatholicorum institutis* convictualiter *educentur*, et ibi educati formatique, ad deponenda *maturitatis examina* admittantur. Pacto hoc profecto fiet, ut indifferentismus, statui quoque longe perniciosissimus, sensim in juventutis catholicae pectore vix unquam evellendas agat radices.

Ad avertendam igitur maximam, quae exhinc catholicae juventutis educationi catholicae, sequaciter ipsi Ecclesiae et religioni catholicae imminet calamitatem: Majestatem Vestram homagiali cum submissione exoramus, ut catholicam juventutem universim ab aditu scholarum non catholicarum, in non catholicis privatis institutis vero studia facientes, ab admissione ad maturitatis examina clementissime inhibere dignetur. Jurium enim civilium aequanimem dispensationem vix quisquam cordatus ita intelligendam asseret, ut juventus catholica, quocunque discrimine ac praejudicio religionis suae, ad scholas ac instituta acatholicorum se effundere possit; aut vero, quod ex pietate et religiosa morum probitate christiano-catholica, minus utilitatis, minus praesidii in Statum redundet, quam ex illustratis neotericorum, aut aliter sentientium collegiis? !

Et haec sunt, quae Ecclesiam hungaricam in dies magis affligunt, justissima gravamina; quorum cuncta et singula, praeter jam adlata pluribus adhuc, si necessum fuerit, e variis regni partibus adferendis exemplis luculentissime comprobari poterunt.

Unicum Augustissime Caesar et Rex! quod *stabile et firmum* dici possit, *reipublicae fundamentum, est vivus religionis catholicae sensus*, qui si omnium civium mentes penetret pervadatque, gladii in vomeres et lanceae in falces secure conflari poterunt, quia, qui Deum timent, illi regem etiam honorificant, redduntque cui tributum, tributum, cui vectigal debent, vectigal, et quidem non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; proinde tunc etiam, dum vindicem Principis gladium effugere possent! Huic religionis sensui, in civibus fovendo et nutriendo, splendidissima, quae augustissimi Sacratissimae Majestatis Vestrae Progenitores omni tempore dederunt exempla, prouti etiam infucata Majestatis Vestrae Sacratissimae pietas speculi instar deserviunt; et ideo sicut illorum piis manibus impensissimum cultum, ita Sacratissimae Majestati Vestrae maximas nomine Ecclesiae Catholicae referimus gratias! !

In tanto igitur, tamque gravi animarum et utriusque reipublicae discrimine, ne propter neglectum pastoralis nostri officii aliquando a Divino Pastore justo judicio condemnemur; sed et maledictionem posteritatis a cineribus nostris aversuri: sustinemus Majestatem Vestram non solum qua regem apostolicum, sed et ut publi-

cae moralitatis, in regnis glorioso sceptro Suo divinitus subjectis, naturalem vindicem, ardentissima sanctae Matris Ecclesiae voce enixissime interpellare: dignetur ecclesiasticam potestatem, malo remediis moralibus obviare adnisam, gladio etiam materiali succollare, et preces nostras, in causa religionis et Ecclesiae, imo Civitatis etiam ad augustum Ejusdem thronum de genu directas, clementer suscipere, vulneribusque Ecclesiae hungaricae, cui indigni praesumus, per opportunas altissimas ordinationes medelam adferre.

DEUS autem Optimus Maximus, gratia sua illuminante et roborante praeeat Majestati Vestrae Sacratissimae, ut quod aeternis ejusdem legibus conveniens, animarum saluti, et utrique reipublicae proficuum noverit, id quidem forti animo exequi; contraria vero eadem virtutis alacritate rescindere et eradicare, firmiterque persvasum tenere dignetur, iisdem legibus crescere populorum temporalem prosperitatem, quibus acquiritur aeterna, neque, ut S. Augustinus dicit, posse aliunde beatam fieri Civitatem, et aliunde hominem.

Actum in Conferentiis privatis Episcopatus Hungariae, Budae 7-ma et sequentibus Mensis Junii diebus anni 1852., sub praesidio Principis Primatis et Archi Episcopi Strigoniensis, Joannis Bapt. Scitovszky, praesentibus: Adalberto Bartakovics Agriensi, et Josepho Kunszt Colocensi, Archi-Episcopis; item Basilio Popovics Gr.Catholico Munkácsensi, Basilio Erdélyi Gr.Catholico Magno-Varadinensi, Antonio Karner Jaurinensi, Joanne Ranolder Veszprimiensi, Stephano Kollarcsik Rosnaviensi, Francisco Szaniszló latini ritus Magno-Varadinensi, Stephano Moyses Neosoliensi, Augustino Roskoványi Vaciensi, Emerico Farkas Alba-Regalensi Episcopis; Ignatio Fábry praeconisato Cassoviensi Episcopo, Ludovico Haynald b. nominato Episcopi Transsilvaniensis Coadjutore; denique Michaele Rimely, Archi-Abbate montis Pannoniae, asservatis.

Quorum nomine homagiali cum submissione subscribit, Strigonii die 1-ma Novembris 1852., Sacratissimae Caesar. Reg. Majestatis vestrae perpetuo fidelis subditus et capellanus, Joannes Scitovszky Archi-Episcopus Strigoniensis et Regni Primas.

Nro 4234.

SACRATISSIMA CAESAREO REGIA APOSTOLICA MAJESTAS!

In suprema Ecclesiae Hungaricae procuratione per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam, et augustam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam, ut orthodoxae fidei assertores, sic etiam ecclesiasticae disciplinae custodes et vindices constituti, nos Episcopi Hungariae continua sollicitudine tenemur, ne vel fidei catholicae puritas, vel disciplinae ecclesiasticae vigor in hocce regno detrimenti quid patiatur. Hanc nostram curam et sollicitudinem, praeter impositi divinitus nobis muneris rationem singulariter provocat tenera Sacratissimae Majestatis Vestrae in Deum pietas, Ejusdemque omni encomio illustrius titulo apostolatus gloriandi, atque ideo avitam Majorum Suorum, divorum Hungariae Regum religionem etiam et pietatem imitandi studium. Laudabilis hujus zeli ac pietatis sub brevi licet sed glorioso Sacratissimae Majestatis Vestrae regimine tot jam et tanta accepimus pignora, ut nullatenus dubitare nobis liceat, in Majestate Vestra semper, dum adjuncta id postulaverint, sicut sacro sanctae fidei, ita ecclesiasticae etiam disciplinae nos defensorem nacturos.

Hac firma spe et inconcussa fiducia animamur nunc quoque, dum ad augustum Majestatis Vestrae Sacratissimae Thronum, e conferentiis nostris, Budae diebus 7-a, 8-a et 9-a mensis Junii anni curr. asservatis de genu accedimus, ut filiali cum fiducia et apostolica libertate *justissima gravamina nostra e recentius inflictis et infligi continuatis Ecclesiae catholicae in Hungaria vulneribus nata,* candide non minus ac profunda cum submissione proponamus.

Ingenti scilicet cum animi dolore advertimus, *vivum religionis sensum* firmissimum regnorum fundamentum, de die in diem magis evanescere, ejusque locum *indifferentismum circa fidem,* hincque, inprimis inde ab ultimo decennio secutas *apostasias* a religione catholica certatim occupare. Lumine fidei in plerisque exstincto, ipsa quoque morum honestas quantopere periclitetur, pronum est intelligere. Hinc videre saepe est, quod sanctissima religionis vincula, jurisjurandi et voti, ubi haec passionibus infrunitis adversantur, sacrilegis manibus disrumpantur; nihil novi est, ut fides conjugalis, maxima, quae dari potest, solennitate data firmataque, iniquis desideriis ita svadentibus, perfide violetur. Sic compages illae, quibus cives ad invicem religari oportet, continuo magis solvuntur; ordo legitimus et debita subordinatio pedetentim exulat, atque sicut singulorum, ita totius etiam Reipublicae salus aperto discrimini objicitur. Leges ipsae civiles, quarum finis esset, licentiam humanam cohibere, actionesque civium externas ita dirigere, ut religiositati et moralitati continuo magis consonent, ab aliquo tempore quasi eo destinatae esse videntur, ut licentiae potius, quam honestati morum patrocinentur.

Nihil quidem eorum intermittimus, quae in sphaera activitatis nostrae ad sananda temporis nostri mala conducere censentur; cum nihilominus mala haec jam firmiores egerint radices, quam ut lentum in bono progressum exspectare consultum sit: Sacratissimae quoque Majestatis Vestrae potentissimum interventum demisse implorandum esse duximus, ut Ecclesiae et Civitatis viribus unitis, malo citius ac certius medicina paretur.

Quod justissimam conquerendi materiam nobis praebet, est:

I. Infaustissimus in Comitiis hungaricis *anni* 1844. (non obstante contradictione Cleri) latus *articulus 3-ius religionarius,* qui tribuit fere *illimitatam libertatem transeundi a religione catholica ad quamcunque aliam confessionem.* Item *anni* 1848. Art. 20 § 2-o omnibus in regno lege recepus religionibus *perfecta aequalitas et reciprocitas adtribuitur.* — Praesidio harum prorsus arbitrarie observatarum, et in favorem sui explicitarum legum non raro fit, ut Catholici, diversis passionibus agitati, jam amplius nec facta coram concernente Parocho, ad exigentiam legis duplici insinuatione, ab aliarum confessionum ministris, postremo memoratam legem reciprocitatis perperam in suum, omnia sibi licita esse existimantem sensum detorquentibus, coetui eorum, cum aperto expressae legis contemtu aggregentur. Ita, ut e multis casibus unum memoremus: Georgius Bauhofer, Augustanae Confessioni addictorum verbi divini minister Budensis, ob illegalem Joannis Kuppis, Archi-Dioecesis Strigoniensis Presbyteri, cum Emma Dorfinger, catholica, quin haec semet fine transitus coram suo Parocho insinuasset, in coetum Augustanae Confessionis recepta, non obstante etiam e parte antelati presbyteri subversante S. Ordinis impedimento, factam copulationem per C. R. Consilium Locumtenentiale in quaestionem vocatus, non absque palmari insolentia reposuit: „se legem, quae sibi id facere vetaret, lato in Comitiis anni 1848. Art. 20-i § 2-o haud amplius noscere.“ Et revera, quod scripsit taliter, facto prosequitur demonstrare, dum quemvis catholicum, ad se venientem (allectum) sectae suae omni intermissa formalitate adgregat.

Jam si talia licite et impune dici ac fieri permittantur, mirari non subit, si cives Christum et Belial, errorem et veritatem aequiparent, palamque profiteantur: perinde esse, quam quisque religionem teneat, dummodo mores suos regulis honestatis conformet. Ex inde atheismus, perniciosissima Reipublicae pestis prono fluit alveo; dum enim omnes religiones aequiparant cives, eoipso singulam religionem ceu commentum ingenii humani, ad continendum in officio vulgus effictum considerant, proinde omni religioni in animo suo renunciant. Quo jam deventurae sunt res nostrae, si haec pestis latius grassata, ipsamque adeo plebem pervagata fuerit?!

Unde jam palam fit, ipsius quoque Civitatis plurimum interesse, ut defectiones a fide catholica omni meliore modo impediantur; et si non antiquarum legum, saltem dispositio Articuli 3-ii anni 1844, fundamento cujus deficere volens praevie *coram parocho suo*, et non coram quocunque presbytero, semet binis vicibus insinuare obligatur, in pleno vigore conservetur.

II. *Connubia* partium *a religione catholica deficientium*, quae, utpote origine catholica, indubitato jure ad forum Ecclesiae catholicae pertinere deberent, post consummatum transitum ad jurisdictionem acatholicam, respective civilem referuntur. Hinc fit, ut lex, que debebat esse libertas pro conscientiis, evaserit emancipatio carnis, cui conscientia cum peccaminosa levitate immolatur, et quae, nisi mature remedium paretur, omnes successive nervos familiarum, imo ipsius Status incidet, et ordinem moralitatis, ab auctore Deo constitutum, et nunquam impune violatum, evertet.

Enimvero malum ex transitus libertate in hac extensione sumta et applicita proveniens, universam oeconomiam legislationis matrimonialis catholicae eludit, imo ipsam rem familiarem, ac consequenter Status quoque, cujus illa basis est, pedetentim dissolvit. — Quod enim quis foedus scit esse necessarium, indissolubile, aeternum: ei semet tota cogitandi, sentiendi et agendi ratione, ut tali accomodare studet; at ubi possibilitas semet ab inviso foedere quacunque demum modalitate liberandi phantasiae praeluserit: jam concupiscentia caput levat, et conjugalem castitatem facillime in tentationem abducit.

Et revera, inspicienti casus transituum, qui a religione catholica ad protestantismum in Hungaria fiunt, luce meridiana clarius patebit, tales vi convictionis internae nequaquam determinari, sed apostatas esse ut plurimum conjuges, qui novas juxta instinctum carnis nuptias expetunt, et ut his potiantur, et antiquis solvantur, religionem velut vestem mutare non exhorrent.

Exemplum malesani hujus furoris, primum proh dolor! a classibus Societatis altioribus venit. Si non primi, inter primos fere fuere Com. Casimirus Batthyányi et B. Nicolaus Jósika; quod sicut in omni alia, ita imprimis in re libidinis, libertati favente, instar scintillae electricae egit in massam civium, ut passim in urbibus luxu emollitam, moribus laxiorem, conquirendis undique deliciis sensualibus toto animo intentam. E relationibus pastorum animarum in majoribus imprimis civitatalibus intelligimus, continuo, et quidem maxima ex parte conjugatos, religioni catholicae, ut in protestantismo etiam cum matrimonio suo hoc ipsum facere possint, nuncium mittere; verendumque esse, ne libidinosa licentia, mutuis exemplis excitata, et, cum ex parte Status nullatenus impediatur, etiam pro moraliter licita, vel saltem indifferente habita, sensim in torrentem excrescat, cui serius pro utriusque Reipublicae ruina occurri amplius vix poterit.

Sane, matrimonia fidelium esse Sacramenta, rationemque contractus a ratione Sacramenti separari non posse, universalis est apud Catholicos doctrina; quam recentissime *Sanctissimus Pater Pius IX.*, Pontifex Maximus, in Consistorio anni curr. 27-a Septembris habito, in ea allocutione, qua afflictum Ecclesiae in republica Neogranatensi statum orbi catholico detexit, sequentibus expressit: „Nemo ex Catholicis ignorat, matrimonium esse vere et proprie unum e septem novae legis Sacramentis, et propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit Sacramentum; atque idcirco quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris praeter Sacramentum conjunctionem, nihil aliud esse, nisi exitialem concubinatum, ab Ecclesia tantopere damnatum; ac proinde a conjugali foedere Sacramentum separari nunquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea decernere, quae ad idem matrimonium quovis modo possunt pertinere.“

Hanc potestatem Ecclesiae, qua in matrimonia fidelium, ceu etiam Sacramenta, jure divino positivo pollet, minime impedit apostasia partium matrimonio junctarum; Sacramentum enim, non obstante transitu, Sacramentum manet, de cujus valore judicare unice et exclusive juris est Ecclesiae catholicae; alioquin fraus et dolus, juxta commune juris axioma, nemini patrocinantur; fraudem vero et manifestum dolum committunt, qui, ut contracti semel vinculi sacramentalis indissolubilitatem eludant, a religione catholica ad protestantismum, non ex motivo alteratae convictionis, sed acquirendae alterius conjugis, confugiunt. — Ecclesia porro catholica nunquam elargitur, neque elargiri potest consensum in matrimonium, nisi sub conditione contrahendi indissolubile vinculum, et agnoscendi legitimam Ecclesiae quoad hoc vinculum, in omnibus emergentibus casibus judiciariam auctoritatem; singulus igitur, qui in Ecclesia catholica contrahit matrimonium, una se obligat, quod eandem Ecclesiam etiam ratione matrimonii sui pro judice habere velit. Qua obligatione quidem nec per apostasiam solvitur; alioquin ad implementum promissi jure naturali obligatur, et ut ad illud implendum etiam civiliter cogatur, nihil congruentius est: postquam ad id catholicus manens coactus fuisset; esset que omnino triste, ut infidelis idmodi favoribus civilibus gaudeat, quibus perseverans fidelis non potitur. Ita sane, qui juxta leges Ecclesiae catholicae contraxit matrimonium, eum secundum easdem judicari oportet, etiamsi cum tempore, protestans factus, quoad futura semet jurisdictioni hujus Ecclesiae subtraxisset.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Secus enim haud raro eveniet, quod recenter in Archi-Dioecesi Agriensi cum conjugibus Felice Almási-N. Gosztonyi accidit, qui mediante apostasia dissilierunt et divortiati sunt, viro aliud matrimonium ineunte, muliere vero facti poenitudine tacta, et ad sinum Ecclesiae reversa. Ita B. Simonyi de Vitézvár, e Dioecesi Csanadinensi, in catholica religione permanens, cum maritata, ast deficiente et divortiata muliere Vratislaviae copulatus est. Non secus, ut de pluribus aliis sileamus, conjuges in Archi-Dioecesi Strigoniensi Ordódy-Kontz, postquam illis matrimonii sui invaliditatem coram Consistorio evincere non successisset: ambo defecerunt, ut novas nuptias celebrare possint; mulier dicitur non multo post poenitens ad sinum Ecclesiae rediisse. Quanta ex hinc in familiis confusio, quanta strages pro prolibus innocentibus tam legitime quam illegitime generatis, quantum periculum animarum! Profecto talis legum Ecclesiae contemtus ab ipsa Civitate haud potest impunis relinqui, quia teste experientia constat, eos qui legem Ecclesiae conculcant, ad convellendas etiam civiles leges paratos esse.

Dignetur itaque, obsecramus Majestatem Vestram Sacratissimam, clementer decernere *ut matrimonia omnia, quae a Catholicis contrahuntur*, fuerint illa seu pura seu mixta, celebrata cum vel sine benedictione ecclesiastica, ratione vinculi et separationis quoad thorum et mensam, *ad forum catholicum* ordinarium, respective dioecesanum *pertineant etiam tunc, si conjugum una vel utraque pars apostatasset*. Cum complice vero catholico, etiamsi apostataverit, matrimonium parti protestanticae inire, per insertam sententiae divortiali clausulam plene prohibeatur; proles demum e manifesto adulterio, idest, vivente neque legitime divortiato alterutro conjuge susceptae, pro illegitimis, neque per subsequum matrimonium legitimari queuntibus declarentur.

Haec eo fidentius sperat devotissimus Sacratissimae Majestati Vestrae Episcopatus Hungariae semet impetraturum, siquidem decreto tali, quin ulla praeexistens lex religionaria laedatur, dogma catholicum de contractu matrimoniali a Sacramento inseparabili salvabitur, causa frequentiorum a fide catholica defectionum, gravissime seducens tolletur, moralitati disciplinaeque domesticae prospicietur, seductionibus et libidini froena ponentur, confusioni in familiis obviabitur, jam jam nutanti sanctitati vitae conjugalis novum aestimium procurabitur, ac denique ex bene custodita fide conjugali, etiam publica tam erga Imperantem, quam etiam illa subditorum erga se invicem fidelitas incrementum captura sit.

III. Religionis sensum nihil magis infirmat, praefocatque, quam *mixta matrimonia*, si praesertim, prout his diebus fieri vehementer dolemus, crebrescant. Tristissima haec mixtorum connubiorum consectaria primo quidem in singulis familiis, deinde vero in ipsa civitate conspicua evadunt. Dum nimirum conjuges in re gravissima et sacerrima, religione scilicet dissentiunt, ita, ut quod alter summa veneratione colit et frequentat, alteri indifferens, obvium, ridiculum, superstitiosum, vel omnino idololatria videatur: profecto aliud non restat, quam ut alter alterum ad suas partes pertrahat, vel ut ambo circa religionem indifferentes fiant. Quam pronum porro, ut quod in educandis prolibus una pars conjugum aedificat, ab altera, si non directe, saltem indirecte destruatur, atque ejusmodi proles arbitrentur, parum referre, quam religionem quisque teneat.

Idem *indifferentismus* circa religionem e mixtis connubiis in reliquos etiam cives sensim dimanat, imo vehementer augetur per dispositionem *Articuli* 3-ii 1844., vigore cujus matrimonia mixta etiam per verbi divini ministros conciliata, pro validis enunciantur; pacto enim hoc non tantum Art. 26. anni 1790|1. ut quippe matrimonia mixta semper coram catholico parocho ineantur, plene evilescit; sed etiam non raro fit, ut sponsa catholica passiva parochi catholici assistentia minus contenta, potius per verbi divini ministrum in oratorio copulari praeceligat; imo nec in eo desunt exempla, ut sponsus quoque catholicus (licet in hoc casu copulatio cum benedictione per parochum catholicum peragatur, adeoque nulla adsit ratio, ex qua sponsi ad verbi divini ministrum fine copulationis convolent) in gatiam sponsae acatholicae, non obstante etiam eo, quod ad exigentiam praelaudati Art. 26-i omnes proles in catholica religione educandae veniant, ministrum protestanticum fine copulationis adeat; verbi divini ministri vero, legem aequalitatis de anno 1848. in suum sensum detorquendo, mixto matrimonio, etiam dum sponsus catholicus est, in obversum legis assistere haud vereantur. Ita in specie praeter alios minister Nagy-Korpadiensis, consentiente Seniore Csokonyaensi, catholicum parochianum Kutasiensem, in Dioecesi Veszprimiensi, cum acatholica sine dimissionalibus copulavit. — Imo leges in causa religionis editas interpretandi jus sibi arrogando, anni 1848. § 2-um in manifestum Art. 26-ti 1790|1. praejudicium eo detorquent: quasi omnes proles, ab acatholico patre progenitae, religionem patris sequi possent, quemadmodum, dum pater catholicus est, utriusque sexus proles in catholica religione praecitato Art. 26-to 1790|1. educandae disponuntur; ita e. g. *catholicus* juvenis Palacznakiensis in Dioecesi Veszprimiensi, ad initum in obversum praecitatae legis cum acatholica consorte sua contractum provocans, nullo modo amoveri potest a perverso, filiam suam in acatholica religione educandi consilio; ita etiam alter ejusdem parochiae *catholicus* juvenis cum sponsa sua acatholica in eo convenit, ut nasciturae proles pro ratione sexus sequantur religionem parentum, atque die 7-a Januarii anni curr. coram ministro acatholico matrimonium contraxerunt. Quis non videat arbitraria hujusmodi interpretatione saluberrimas etiam leges scopo suo frustrari, gravissimisque transgressionibus portam aperiri!

Sed de mente etiam Summi Pontificis Gregorii XVI. Brevi apostolico ad Episcopos Hungariae cum instructione ddo 30-ae Aprilis 1841. expressa, verbi divini ministri tantum *in extremo necessitatis casu valide* mixtis connubiis assistunt, qui solum tunc adesse supponi potest, dum sponsus aca-

tholicus, sufficientem de catholica omnium utriusque sexus prolium educatione cautionem praestare renuit, sponsa vero catholica parochi sui passiva assistentia non contentatur; tunc autem nulla plane subversatur necessitas, dum sponsus est catholicus, cum tunc ex lege omnes proles catholice veniant educandae, et parochus catholicus ritu praescripto assistat matrimonio.

Quia porro per arbitrariam sponsorum mixtae religionis seu coram catholico parocho, seu coram ministro protestantico factam copulationem persvasio partis catholicae de veritate fidei suae plurimum debilitatur, indifferentismo amplissimum fomentum praebetur, imo catholica pars manifesto apostasiae periculo exponitur: ex eo Majestatem Vestram Sacratissimam demississime obsecramus, ut interea etiam, donec S. Sedes Apostolica de subversantibus fidei periculis melius informata, sua quoque ex parte congruam malo adtulerit medelam, articulum 26-tum 1791. cum quoad mixta connubia, tum etiam relate ad oriundas ex illis proles, clementissime pristino vigori suo restituere, atque ministris acatholicis eousque etiam, nisi illis mixtis matrimoniis assistendi facultatem clementer tribuere, in quibus sponsus protestans non admittit omnium prolium catholicam educationem, sponsa autem catholica passiva parochi sui assistentia non contentatur; sequaciter omnia matrimonia per viros catholicos coram verbi divini ministris protestanticis illegaliter et incompetenter inita, pro nullis et irritis declarare, pro futuro vero eosdem verbi divini ministros a similibus illegalibus attentatis districtim prohibere benigne dignetur.

Diffiteri quidem non possumus, saepe memoratum etiam Art. 26-tum 1790|1. ejus esse indolis, ut conscientiae nostrae gravissimam vim inferat, cum eodem declaretur masculas proles e patre acatholico, matre vero catholica progenitas, illius religionem *sequi posse*, id est, e sangvine catholico non catholicos nasci posse. — Confidimus tamen in clementia Sacratissimae Majestatis Vestrae, ejusmodi altissimam dispositionem humillimis nostris precibus nos exoraturos, ut oriunda exinde anxietas nostra, si non ex toto tollatur, mitigetur saltem ex parte, donec jubente Domino tempestas praesentis temporis sedata fuerit.

IV. *Parentes in mixto matrimonio viventes*, jam pestifera indifferentismi labe infecti, etiam illas *proles* suas, quas vigore legis in religione catholica educare tenentur, *promiscue per verbi divini ministros baptisari faciunt*, hocque pacto easdem vix primam lucem conspicientes, ad apostasiam disponunt. Ad evitandas igitur tristes sequelas, moxque in principio suffocandum malum: Sacratissimam Majestatem Vestram pari demissione exoramus, ut benigno-gratiosum Intimatum de 29-a Augusti 1785. Nro 23,217. — item §. 15. Art. 26. 1790|1. fundamento cujus prolibus, quae catholice educari debent, baptismus per parochum catholicum administrandus disponitur, pro strictissima observantia clementer republicandum disponere dignetur.

V. Inter cives diversae religionis pax et tranquillitas tunc solum potest obtineri, si hi jura sua mutuo respectent, praesertim autem in merito religionis ab omnibus abstineant, quibus conscientiam concivium suorum graviter sauciarent, eosdem nefario modo scandalisarent, prout id in *transitu et copulatione praesertim apostatarum Sacerdotum et Religiosorum* semper obtinet, ubi ratio quoque sigilli sacramentalis adtentionem legislatoris mirum in modum provocat.

Quid enim ab ejusmodi hominibus, qui suam in re sacerrima, qualis est religio, persvasionem venalem habent, exspectare possit respublica, jam dudum edixit *Carolus M.* Romanorum Imperator inquiens: „nulla nobis ratione persvadere possumus eos, qui Deo fidem non servant, nobis fideliores fore.“

Quid igitur sentiendum de Sacerdotibus et Religiosis, qui fidem, sacrum Ordinem, nec non solennia religiosa vota temere conculcant? suapte intelligitur.

Igitur ad sensum religionis ac moralitatis, basim quippe omnis societatis humanae conservandum, nec non disciplinam manutenendam summe necessarium foret, ut Art. 3-ium *anni* 1844 *de transitu sonantem, solum ad laicorum defectionem* adplicabilem esse, Majestas Vestra Sacratissima enunciare dignetur. Nec enim mens fuit Comitiorum anni 1844 circa apostasiam Sacerdotum et Religiosorum aliquid decernere, quaestionis siquidem hujus in actis comitialibus nulla plane mentio occurrit; sed agebatur de tollenda 6. hebdomadarum institutione, per eos perprius subeunda, qui apostatare a fide catholica intendebant; non ergo novi aliquid dicta Comitia determinandi, sed tantum praeexistentem legalem usum mutandi, Art. 26. ampliandi provinciam habebant, quod ex *Rubro* Articuli hujus sic expresso: *Articulus* **26 1791**. *sequentibus ampliatur, et respective modificatur*, evidens est.— Si nihilominus tamen modo dictam legem ad Sacerdotes et Religiosos ultro quoque extendendam satius esse censeretur, saltem in eo Majestatem Vestram Sacratissimam majorem in modum obtestamur: quatenus Altissima Sua auctoritate clementissime decernere dignaretur, ut sicut laici vi legis coram immediato suo *spirituali superiore*, quippe parocho, semet insinuare tenentur, ita Sacerdotes quoque et Religiosi, apostatare volentes, coram immediatis suis spiritualibus superioribus, Episcopis quippe, vel Abbatibus, Praepositis aut Provincialibus semet sistere obligentur.

VI. Gravissimae culpae reatum contrahunt ministri acatholici, quod *matrimonialiter copulent Sacerdotes et Religiosos*, a catholica religione ad protestantismum deficientes, licet hi Ordinis sacri et respective solennis religiosae professionis impedimento dirimente, ab ipsa quoque civitate pro tali agnito, a matrimonio arceantur. Cum igitur nulla ratione supponi possit, legem civilem *solennia vota*, de quibus sola Ecclesia judicat, rescindere, aut *Ordinis impedimentum* sufferre voluisse; sive potuisse talem verbis indere sensum, ut haec ex illis factitia applicatione consequantur, ipsique perjurio per legem ipsam via aperiatur: idcirco justitiae studio Sacratissimae Majestatis Vestrae freti, Ejusdem altissimam gratiam iterum iterumque in humilitate

exoramus, ut legem declaratoriam edendam benigne disponere dignetur, vi cujus Clericis sive ecclesiasticis sive religiosis, deficientibus matrimoniorum contractio vetita sit, contracta vero per illos pro nullis et irritis declarentur; quod a Majestate Vestra Sacratissima eo fidentius exorare sustinemus, quia idmodi altissima resolutio quoad ditiones germanicas Monarchiae jam emanaverit; quodque Majestati Vestrae Sacratissimae perspectum esse teneamus, Eandem ceu Regem Apostolicum, a Deo, quod olim Constantinus Magnus Imperator gloriabundus de se profitebatur, *extra Ecclesiam constitutum esse Episcopum;* proinde sicut Episcopis spiritualem, ita Majestati Vestrae Sacratissimae materialem arripiendum esse gladium, quo tam nefanda apostasiae et connubii clericalis scandala a corpore Christi, quod est Ecclesia, rescindantur.

VII. Sed et in eo Ecclesia Catholica magnam patitur injuriam, quod *juvenes catholici ante completum* **18**-*um aetatis annum, per protestanticarum Confessionum ministros promiscue in coetum eorum recipiantur*, et ad participationem coenae Domini admittantur; quod plus, parentes proles suas, e mixto matrimonio progenitas, in obversum Art. 16. anni 1790|1 arbitrarie in alia, quam vi legis obligarentur, confessione educare, prorsus nihili pendunt. Sic in specie Ladislai olim Kürthy, *Aug. Confessionis Compossessoris* Szelezsényensis in Comitatu Barsiensi vidua, catholica Susanna nata Salgay, e praedicto marito susceptas tres filias suas, non obstantibus paterna, imo etiam officiosa, commonitionibus, in obversum legis de anno 1790|1 in protestantica religione educare pergit; imo licet praecitata lege religionaria nisi id constituatur, quod proles masculae e patre acatholico, matre vero catholica progenitae, religionem patris *sequi possint, non* autem *debeant:* nihilominus tamen res jam eo devenerunt, ut per sedem judiciariam Sátorallya-Ujhelyensem, sub 2-a Augusti anni curr. Nr. $^{2153}/_{3795}$ vidua Helv. Confessioni addicti Stephani olim Dobos, nata *Sophia Veres catholica*, ad proles masculas e modofato marito susceptas, in religione patris protestantica educandas, judicialiter inviata exstiterit.

Ne igitur his et similibus abusibus nova de tempore in tempus religioni catholicae infligantur vulnera, indifferentismusque circa religionem in dies latius serpat: praesentibus Episcopatus Hungariae Majestatem Vestram Sacratissimam enixissimis orat precibus, ut altissimas ordinationes, signanter Intimata medio Excelsi Consilii olim R. L. H. ddo. 7-ae Junii 1796 et ddo. 17-ae Februarii Anni 1783 item ddo. 5-ae Octobris 1819 numeris 12,126$^{118}/_{1821}$ et 25,587 emanata, quibus proles ad exigentiam legis in catholica religione educandae, ante 18-um aetatis annum aliis confessionibus adscribi vetantur; nec non Intimatum ddo. 14-ae Septembris 1792 Nr. 20,237 vi cujus a parentibus, proles in lege praescripta religione educare renitentibus eaedem avellendae, expensisque intertentionalibus per eosdem provideri disponuntur: republicanda clementer disponere, ac denique jurisdictiones a cogendis catholicis partibus ad proles suas, e mixto matrimonio susceptas, in alia religione educandas, benignissime inhibere dignetur.

VIII. Saepe evenit et ille casus, ut parochus catholicus sponsum neque ipse copulare, neque ad alium parochum dimissionem, vel ad ministrum testimonium peractae trinae promulgationis dare possit, quia e. g. sponsus obligationibus erga personam a se defloratam, sibi jure divino ac humano impositis necdum satisfecit. In his adjunctis *sponsus vadit ad ministrum* alterutrius Confessionis, *et sine dimissione* etiam, prout puncto III. adlata exempla perhibent, facili negotio *impetrat copulationem.* Non est opus fusius demonstrare, quo res nostrae devolventur, si ita jurisdictionum jura concultata fuerint! — Orare suppliciter sustinemus Majestatem Vestram Sacratissimam, ut verbi divini ministri a copulando catholico seu viro seu muliere, sine dimissione concernentis parochi catholici, inhibeantur.

IX. Praesto sunt clementissimae Resolutiones Caesareo-Regiae, quarum vigore extranei in regno isto sub certis duntaxat conditionibus ad matrimonia ineunda admitti possunt. Nos Catholici in his etiam mandatis supremam terrae Principis voluntatem debite veneramur, promptamque Eidem obedientiam praestamus, memores semper, non esse potestatem nisi a Deo. *Ministri* e contra acatholici hujusmodi *extraneos, etiam necessariis testimoniis destitutos,* incunctanter *copulant;* hocque suo facto Catholicos etiam exteros ad suum forum alliciunt, ne dicamus, pertrahunt. Dignetur itaque Majestas Vestra Sacratissima ministris acatholicis sub gravi poena clementissime prohibere: ne extraneos, sive aliarum provinciarum cives, absque necessariis conditionibus, altissima ordinatione praescriptis, copulare unquam praesumant. Non absimiliter

X. Eodem modo res se habet cum illa altissima ddo. 21-ae Januarii anni curr. Nr. 514 per Caesareo-Regium Officium Locumtenentiae republicata ordinatione etiam, vi cujus *juvenes immaturi* ad exigentiam Intimatorum Consilii olim R. L. H. ddo. 16-ae Junii 1812 Nr. 14653 et 22-ae Augusti 1815 Nr. 23,254 ad ineundum matrimonium admitti vetantur. Parochi catholici altissimae huic dispositioni promptissime morem gerunt; ministri autem protestantici hanc quoque arbitrarie transgrediuntur: unde fit, ut apud plebem gravis contra parochos invidia confletur, quasi nempe hi pro suo duntaxat arbitrio, non vero in humillimum altiorum mandatorum obsequium, nimis juvenes a matrimonio arcerent.

Itaque in eo etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam ima cum submissione imploramus, ut ministris acatholicis benigne demandare dignetur, ne juvenes immaturos ad matrimonium admittere audeant. Similes enim dispositiones omni vi destitui oportebit, si a parte civium impune violari possint.

XI. Aeque *gravia* sunt illa quoque *mala*, quae fideles *graeci ritus uniti a non unitis perferre coguntur;* hi namque illos jam illiciis, jam metu, jam fraude et dolo ad suam religionem pertrahere nituntur. Seductio hujuscemodi facilis redditur ex eo:

1-o Quod ipsi Sacerdotes schismatici, cum manifesta utique sensus religiosi et conscientiae laesione, religionem sacrae Unionis spurcatam et nullam esse palam cavillentur.

2-o Quod Sacerdotes uniti graviorum excessuum rei, ad declinandam, quam promeruerant a suo superiore graeco-catholico poenam, a sacra Unione deficiant, suosque fideles secum ad schisma pertrahant.

3-io Quod ab Episcopis non unitis rudes et inculti etiam sacerdotio initientur, indeque saepe eveniat, ut candidato communitatis alicujus, ob defectum scientiae ab Episcopo Graeco-Catholico ad ordines sacros admitti nequeunte, fideles una cum candidato ad schismaticos deficiant.

4-o Quod parte alicujus neo-conversae graeco-catholicae communitatis ad schisma relabente, *templa, parochiales aedes et scholae*, agri item ad parochos et cantores pertinentes, prout aliae realitates *graeci ritus unitis mox adimantur, schismaticisque adtribuantur*; et multa alia, quae in humillimis Episcoporum graeco-catholicorum Magno-Varadinensis ddto 1-ae Septembris anni curr. et Fogarasensis pariter anno curr. Majestati Vestrae Sacratissimae venerabunde exaratis recursibus uberius expressa habentur.

Quod autem ad Graeco-Catholicos, in specie *Valachos* attinet: „palam est omnibus (sunt verba magnae memoriae Augustissimae Mariae Theresiae Reginae Hungariae) „quanta amoris, favoris ac clementiae argumenta tum sanctissimi quondam Imperatores et Reges piissimae memoriae, Dominus Avus, Patruus et Genitor noster, tum concomitanter Nos in dictam valachicam gentem declaraverimus, beneficiisque non temnendis illam cumulaverimus.“ — In specie modo laudata Imperatrix et Regina maximo apud Summum Pontificem Pium VI. egit studio, ut hic duos institueret graeco-catholicos Episcopatus, *Magno Varadinensem* scilicet et *Crisiensem*. Pietatem hanc magnae abaviae Suae Majestas Vestra Sacratissima per id gloriose aemulata est, quod duos pro Valachis catholicis, quippe *Lugosiensem et Szamos-ujvariensem* Episcopatus erigendos, et Episcopatus Fogarasensis in Metropolim sublimationem apostolica Sua voce jam declarare dignata fuerit. Caeterum, quia benigna divorum Sacratissimae Majestatis Vestrae progenitorum, dum haec et similia agerent, mens utique non alia fuit, quam ut Graeci schismatici ad unionem cum S. Sede Apostolica adducti, augusto quoque Sacratissimae Majestatis Vestrae throno arctius adhaererent; neque illuc amplius respicerent, quo identitate ritus sui, ac variis etiam spebus attrahebantur; ea propter nos, qui pro intemerata nostra in Sacratissimam Majestatem Vestram fidelitate, augusto Ejusdem throno aevo perennionem cordintime precamur firmitatem, non possumus Eandem Sacratissimam Majestatem Vestram impensissime una ac humillime non exorare, ut justissimas Episcoporum graeco-catholicorum querelas benignissime exaudire, eaque ordinare clementer dignetur, quibus et catholicae religioni, et per hanc augusto etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae throno quam optime consulatur. Denique

XII. Non sine amaritudine detegere necessitamur Sacratissimae Majestati Vestrae etiam illam in dies magis invalescentem consvetudinem, quod *juvenes catholici aliarum confessionum Scholas Gymnasiales libere adeant*, imo *in privatis* etiam *acatholicorum institutis* convictualiter *educentur*, et ibi educati formatique, ad deponenda *maturitatis examina* admittantur. Pacto hoc profecto fiet, ut indifferentismus, statui quoque longe perniciosissimus, sensim in juventutis catholicae pectore vix unquam evellendas agat radices.

Ad avertendam igitur maximam, quae exhinc catholicae juventutis educationi catholicae, sequaciter ipsi Ecclesiae et religioni catholicae imminet calamitatem: Majestatem Vestram homagiali cum submissione exoramus, ut catholicam juventutem universim ab aditu scholarum non catholicarum, in non catholicis privatis institutis vero studia facientes, ab admissione ad maturitatis examina clementissime inhibere dignetur. Jurium enim civilium aequanimem dispensationem vix quisquam cordatus ita intelligendam asseret, ut juventus catholica, quocunque discrimine ac praejudicio religionis suae, ad scholas ac instituta acatholicorum se effundere possit; aut vero, quod ex pietate et religiosa morum probitate christiano-catholica, minus utilitatis, minus praesidii in Statum redundet, quam ex illustratis neotericorum, aut aliter sentientium collegiis? !

Et haec sunt, quae Ecclesiam hungaricam in dies magis affligunt, justissima gravamina; quorum cuncta et singula, praeter jam adlata pluribus adhuc, si necessum fuerit, e variis regni partibus adferendis exemplis luculentissime comprobari poterunt.

Unicum Augustissime Caesar et Rex! quod *stabile et firmum* dici possit, *reipublicae fundamentum, est vivus religionis catholicae sensus*, qui si omnium civium mentes penetret pervadatque, gladii in vomeres et lanceae in falces secure conflari poterunt, quia, qui Deum timent, illi regem etiam honorificant, redduntque cui tributum, tributum, cui vectigal debent, vectigal, et quidem non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; proinde tunc etiam, dum vindicem Principis gladium effugere possent! Huic religionis sensui, in civibus fovendo et nutriendo, splendidissima, quae augustissimi Sacratissimae Majestatis Vestrae Progenitores omni tempore dederunt exempla, prouti etiam infucata Majestatis Vestrae Sacratissimae pietas speculi instar deserviunt; et ideo sicut illorum piis manibus impensissimum cultum, ita Sacratissimae Majestati Vestrae maximas nomine Ecclesiae Catholicae referimus gratias! !

In tanto igitur, tamque gravi animarum et utriusque reipublicae discrimine, ne propter neglectum pastoralis nostri officii aliquando a Divino Pastore justo judicio condemnemur; sed et maledictionem posteritatis a cineribus nostris aversuri: sustinemus Majestatem Vestram non solum qua regem apostolicum, sed et ut publicae moralitatis, in regnis glorioso sceptro Suo divinitus subjectis, naturalem vindicem, ardentissima sanctae Matris Ecclesiae voce enixissime interpellare: dignetur ecclesiasticam potestatem, malo remediis moralibus obviare adnisam, gladio etiam materiali succollare, et preces nostras, in causa religionis et Ecclesiae, imo Civitatis etiam ad augustum Ejusdem thronum de genu directas, clementer suscipere, vulneribusque Ecclesiae hungaricae, cui indigni praesumus, per opportunas altissimas ordinationes medelam adferre.

DEUS autem Optimus Maximus, gratia sua illuminante et roborante praeeat Majestati Vestrae Sacratissimae, ut quod aeternis ejusdem legibus conveniens, animarum saluti, et utrique reipublicae proficuum noverit, id quidem forti animo exequi; contraria vero eadem virtutis alacritate rescindere et eradicare, firmiterque persvasum tenere dignetur, iisdem legibus crescere populorum temporalem prosperitatem, quibus acquiritur aeterna, neque, ut S. Augustinus dicit, posse aliunde beatam fieri Civitatem, et aliunde hominem.

Actum in Conferentiis privatis Episcopatus Hungariae, Budae 7-ma et sequentibus Mensis Junii diebus anni 1852., sub praesidio Principis Primatis et Archi Episcopi Strigoniensis, Joannis Bapt. Scitovszky, praesentibus: Adalberto Bartakovics Agriensi, et Josepho Kunszt Colocensi, Archi-Episcopis; item Basilio Popovics Gr. Catholico Munkácsensi, Basilio Erdélyi Gr. Catholico Magno-Varadinensi, Antonio Karner Jaurinensi, Joanne Ranolder Veszprimiensi, Stephano Kollarcsik Rosnaviensi, Francisco Szaniszló latini ritus Magno-Varadinensi, Stephano Moyses Neosoliensi, Augustino Roskoványi Vaciensi, Emerico Farkas Alba-Regalensi Episcopis; Ignatio Fábry praeconisato Cassoviensi Episcopo, Ludovico Haynald b. nominato Episcopi Transsilvaniensis Coadjutore; denique Michaele Rimely, Archi-Abbate montis Pannoniae, asservatis.

Quorum nomine homagiali cum submissione subscribit, Strigonii die 1-ma Novembris 1852., Sacratissimae Caesar. Reg. Majestatis vestrae perpetuo fidelis subditus et capellanus, Joannes Scitovszky Archi-Episcopus Strigoniensis et Regni Primas.

SACRATISSIMA CAESAREO REGIA APOSTOLICA MAJESTAS!

In suprema Ecclesiae Hungaricae procuratione per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam, et augustam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam, ut orthodoxae fidei assertores, sic etiam ecclesiasticae disciplinae custodes et vindices constituti, nos Episcopi Hungariae continua sollicitudine tenemur, ne vel fidei catholicae puritas, vel disciplinae ecclesiasticae vigor in hocce regno detrimenti quid patiatur. Hanc nostram curam et sollicitudinem, praeter impositi divinitus nobis muneris rationem singulariter provocat tenera Sacratissimae Majestatis Vestrae in Deum pietas, Ejusdemque omni encomio illustrius titulo apostolatus gloriandi, atque ideo avitam Majorum Suorum, divorum Hungariae Regum religionem etiam et pietatem imitandi studium. Laudabilis hujus zeli ac pietatis sub brevi licet sed glorioso Sacratissimae Majestatis Vestrae regimine tot jam et tanta accepimus pignora, ut nullatenus dubitare nobis liceat, in Majestate Vestra semper, dum adjuncta id postulaverint, sicut sacro sanctae fidei, ita ecclesiasticae etiam disciplinae nos defensorem nacturos.

Hac firma spe et inconcussa fiducia animamur nunc quoque, dum ad augustum Majestatis Vestrae Sacratissimae Thronum, e conferentiis nostris, Budae diebus 7-a, 8-a et 9-a mensis Junii anni curr. asservatis de genu accedimus, ut filiali cum fiducia et apostolica libertate *justissima gravamina nostra e recentius inflictis et infligi continuatis Ecclesiae catholicae in Hungaria vulneribus nata,* candide non minus ac profunda cum submissione proponamus.

Ingenti scilicet cum animi dolore advertimus, *vivum religionis sensum* firmissimum regnorum fundamentum, de die in diem magis evanescere, ejusque locum *indifferentismum circa fidem*, hincque, inprimis inde ab ultimo decennio secutas *apostasias* a religione catholica certatim occupare. Lumine fidei in plerisque exstincto, ipsa quoque morum honestas quantopere periclitetur, pronum est intelligere. Hinc videre saepe est, quod sanctissima religionis vincula, jurisjurandi et voti, ubi haec passionibus infrunitis adversantur, sacrilegis manibus disrumpantur; nihil novi est, ut fides conjugalis, maxima, quae dari potest, solennitate data firmataque, iniquis desideriis ita svadentibus, perfide violetur. Sic compages illae, quibus cives ad invicem religari oportet, continuo magis solvuntur; ordo legitimus et debita subordinatio pedetentim exulat, atque sicut singulorum, ita totius etiam Reipublicae salus aperto discrimini objicitur. Leges ipsae civiles, quarum finis esset, licentiam humanam cohibere, actionesque civium externas ita dirigere, ut religiositati et moralitati continuo magis consonent, ab aliquo tempore quasi eo destinatae esse videntur, ut licentiae potius, quam honestati morum patrocinentur.

Nihil quidem eorum intermittimus, quae in sphaera activitatis nostrae ad sananda temporis nostri mala conducere censentur; cum nihilominus mala haec jam firmiores egerint radices, quam ut lentum in bono progressum exspectare consultum sit: Sacratissimae quoque Majestatis Vestrae potentissimum interventum demisse implorandum esse duximus, ut Ecclesiae et Civitatis viribus unitis, malo citius ac certius medicina paretur.

Quod justissimam conquerendi materiam nobis praebet, est:

I. Infaustissimus in Comitiis hungaricis *anni* 1844. (non obstante contradictione Cleri) latus *articulus 3-ius religionarius*, qui tribuit fere *illimitatam libertatem transeundi a religione catholica ad quamcunque aliam confessionem.* Item *anni* 1848. Art. 20 § 2-o omnibus in regno lege receptis religionibus *perfecta aequalitas et reciprocitas adtribuitur.* — Praesidio harum prorsus arbitrarie observatarum, et in favorem sui explicitarum legum non raro fit, ut Catholici, diversis passionibus agitati, jam amplius nec facta coram concernente Parocho, ad exigentiam legis duplici insinuatione, ab aliarum confessionum ministris, postremo memoratam legem reciprocitatis perperam in suum, omnia sibi licita esse existimantem sensum detorquentibus, coetui eorum, cum aperto expressae legis contemtu aggregentur. Ita, ut e multis casibus unum memoremus: Georgius Bauhofer, Augustanae Confessioni addictorum verbi divini minister Budensis, ob illegalem Joannis Kuppis, Archi-Dioecesis Strigoniensis Presbyteri, cum Emma Dorfinger, catholica, quin haec semet fine transitus coram suo Parocho insinuasset, in coetum Augustanae Confessionis recepta, non obstante etiam e parte antelati presbyteri subversante S. Ordinis impedimento, factam copulationem per C. R. Consilium Locumtenentiale in quaestionem vocatus, non absque palmari insolentia reposuit: „se legem, quae sibi id facere vetaret, lato in Comitiis anni 1848. Art. 20-i § 2-o haud amplius noscere.“ Et revera, quod scripsit taliter, facto prosequitur demonstrare, dum quemvis catholicum, ad se venientem (allectum) sectae suae omni intermissa formalitate adgregat.

Jam si talia licite et impune dici ac fieri permittantur, mirari non subit, si cives Christum et Belial, errorem et veritatem aequiparent, palamque profiteantur: perinde esse, quam quisque religionem teneat, dummodo mores suos regulis honestatis conformet. Ex inde atheismus, perniciosissima Reipublicae pestis prono fluit alveo; dum enim omnes religiones aequiparant cives, eoipso singulam religionem ceu commentum ingenii humani, ad continendum in officio vulgus effictum considerant, proinde omni religioni in animo suo renunciant. Quo jam deventurae sunt res nostrae, si haec pestis latius grassata, ipsamque adeo plebem pervagata fuerit?!

Unde jam palam fit, ipsius quoque Civitatis plurimum interesse, ut defectiones a fide catholica omni meliore modo impediantur; et si non antiquarum legum, saltem dispositio Articuli 3-ii anni 1844, fundamento cujus deficere volens praevie *coram parocho suo*, et non coram quocunque presbytero, semet binis vicibus insinuare obligatur, in pleno vigore conservetur.

II. *Connubia* partium *a religione catholica deficientium*, quae, utpote origine catholica, indubitato jure ad forum Ecclesiae catholicae pertinere deberent, post consummatum transitum ad jurisdictionem acatholicam, respective civilem referuntur. Hinc fit, ut lex, que debebat esse libertas pro conscientiis, evaserit emancipatio carnis, cui conscientia cum peccaminosa levitate immolatur, et quae, nisi mature remedium paretur, omnes successive nervos familiarum, imo ipsius Status incidet, et ordinem moralitatis, ab auctore Deo constitutum, et nunquam impune violatum, evertet.

Enimvero malum ex transitus libertate in hac extensione sumta et applicita proveniens, universam oeconomiam legislationis matrimonialis catholicae eludit, imo ipsam rem familiarem, ac consequenter Status quoque, cujus illa basis est, pedetentim dissolvit. — Quod enim quis foedus scit esse necessarium, indissolubile, aeternum: ei semet tota cogitandi, sentiendi et agendi ratione, ut tali accomodare studet; at ubi possibilitas semet ab inviso foedere quacunque demum modalitate liberandi phantasiae praeluserit: jam concupiscentia caput levat, et conjugalem castitatem facillime in tentationem abducit.

Et revera, inspicienti casus transituum, qui a religione catholica ad protestantismum in Hungaria fiunt, luce meridiana clarius patebit, tales vi convictionis internae nequaquam determinari, sed apostatas esse ut plurimum conjuges, qui novas juxta instinctum carnis nuptias expetunt, et ut his potiantur, et antiquis solvantur, religionem velut vestem mutare non exhorrent.

Exemplum malesani hujus furoris, primum proh dolor! a classibus Societatis altioribus venit. Si non primi, inter primos fere fuere Com. Casimirus Batthyányi et B. Nicolaus Jósika; quod sicut in omni alia, ita imprimis in re libidinis, libertati favente, instar scintillae electricae egit in massam civium, ut passim in urbibus luxu emollitam, moribus laxiorem, conquirendis undique deliciis sensualibus toto animo intentam. E relationibus pastorum animarum in majoribus imprimis civitatatibus intelligimus, continuo, et quidem maxima ex parte conjugatos, religioni catholicae, ut in protestantismo etiam cum matrimonio suo hoc ipsum facere possint, nuncium mittere; verendumque esse, ne libidinosa licentia, mutuis exemplis excitata, et, cum ex parte Status nullatenus impediatur, etiam pro moraliter licita, vel saltem indifferente habita, sensim in torrentem excrescat, cui serius pro utriusque Reipublicae ruina occurri amplius vix poterit.

Sane, matrimonia fidelium esse Sacramenta, rationemque contractus a ratione Sacramenti separari non posse, universalis est apud Catholicos doctrina; quam recentissime *Sanctissimus Pater Pius IX.*, Pontifex Maximus, in Consistorio anni curr. 27-a Septembris habito, in ea allocutione, qua afflictum Ecclesiae in republica Neogranatensi statum orbi catholico detexit, sequentibus expressit: „Nemo ex Catholicis ignorat, matrimonium esse vere et proprie unum e septem novae legis Sacramentis, et propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit Sacramentum; atque idcirco quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris praeter Sacramentum conjunctionem, nihil aliud esse, nisi exitialem concubinatum, ab Ecclesia tantopere damnatum; ac proinde a conjugali foedere Sacramentum separari nunquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea decernere, quae ad idem matrimonium quovis modo possunt pertinere.“

Hanc potestatem Ecclesiae, qua in matrimonia fidelium, ceu etiam Sacramenta, jure divino positivo pollet, minime impedit apostasia partium matrimonio junctarum; Sacramentum enim, non obstante transitu, Sacramentum manet, de cujus valore judicare unice et exclusive juris est Ecclesiae catholicae; alioquin fraus et dolus, juxta commune juris axioma, nemini patrocinantur; fraudem vero et manifestum dolum committunt, qui, ut contracti semel vinculi sacramentalis indissolubilitatem eludant, a religione catholica ad protestantismum, non ex motivo alteratae convictionis, sed acquirendae alterius conjugis, confugiunt. — Ecclesia porro catholica nunquam elargitur, neque elargiri potest consensum in matrimonium, nisi sub conditione contrahendi indissolubile vinculum, et agnoscendi legitimam Ecclesiae quoad hoc vinculum, in omnibus emergentibus casibus judiciariam auctoritatem; singulus igitur, qui in Ecclesia catholica contrahit matrimonium, una se obligat, quod eandem Ecclesiam etiam ratione matrimonii sui pro judice habere velit. Qua obligatione quidem nec per apostasiam solvitur; alioquin ad implementum promissi jure naturali obligatur, et ut ad illud implendum etiam civiliter cogatur, nihil congruentius est: postquam ad id catholicus manens coactus fuisset; essetque omnino triste, ut infidelis idmodi favoribus civilibus gaudeat, quibus perseverans fidelis non potitur. Ita sane, qui juxta leges Ecclesiae catholicae contraxit matrimonium, eum secundum easdem judicari oportet, etiamsi cum tempore, protestans factus, quoad futura semet jurisdictioni hujus Ecclesiae subtraxisset.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Secus enim haud raro eveniet, quod recenter in Archi-Dioecesi Agriensi cum conjugibus Felice Almási-N. Gosztonyi accidit, qui mediante apostasia dissilierunt et dívortiati sunt, viro aliud matrimonium ineunte, muliere vero facti poenitudine tacta, et ad sinum Ecclesiae reversa. Ita B. Simonyi de Vitézvár, e Dioecesi Csanadinensi, in catholica religione permanens, cum maritata, ast deficiente et divortiata muliere Vratislaviae copulatus est. Non secus, ut de pluribus aliis sileamus, conjuges in Archi-Dioecesi Strigoniensi Ordódy-Kontz, postquam illis matrimonii sui invaliditatem coram Consistorio evincere non successisset: ambo defecerunt, ut novas nuptias celebrare possint; mulier dicitur non multo post poenitens ad sinum Ecclesiae rediisse. Quanta ex hinc in familiis confusio, quanta strages pro prolibus innocentibus tam legitime quam illegitime generatis, quantum periculum animarum! Profecto talis legum Ecclesiae contemtus ab ipsa Civitate haud potest impunis relinqui, quia teste experientia constat, eos qui legem Ecclesiae conculcant, ad convellendas etiam civiles leges paratos esse.

Dignetur itaque, obsecramus Majestatem Vestram Sacratissimam, clementer decernere *ut matrimonia omnia, quae a Catholicis contrahuntur*, fuerint illa seu pura seu mixta, celebrata cum vel sine benedictione ecclesiastica, ratione vinculi et separationis quoad thorum et mensam, *ad forum catholicum* ordinarium, respective dioecesanum *pertineant etiam tunc, si conjugum una vel utraque pars apostatasset*. Cum complice vero catholico, etiamsi apostataverit, matrimonium parti protestanticae inire, per insertam sententiae divortiali clausulam plene prohibeatur; proles demum e manifesto adulterio, idest, vivente neque legitime divortiato alterutro conjuge susceptae, pro illegitimis, neque per subsequum matrimonium legitimari queuntibus declarentur.

Haec eo fidentius sperat devotissimus Sacratissimae Majestati Vestrae Episcopatus Hungariae semet impetraturum, siquidem decreto tali, quin ulla praeexistens lex religionaria laedatur, dogma catholicum de contractu matrimoniali a Sacramento inseparabili salvabitur, causa frequentiorum a fide catholica defectionum, gravissime seducens tolletur, moralitati disciplinaeque domesticae prospicietur, seductionibus et libidini froena ponentur, confusioni in familiis obviabitur, jam jam nutanti sanctitati vitae conjugalis novum aestimium procurabitur, ac denique ex bene custodita fide conjugali, etiam publica tam erga Imperantem, quam etiam illa subditorum erga se invicem fidelitas incrementum captura sit.

III. Religionis sensum nihil magis infirmat, praefocatque, quam *mixta matrimonia*, si praesertim, prout his diebus fieri vehementer dolemus, crebrescant. Tristissima haec mixtorum connubiorum consectaria primo quidem in singulis familiis, deinde vero in ipsa civitate conspicua evadunt. Dum nimirum conjuges in re gravissima et sacerrima, religione scilicet dissentiunt, ita, ut quod alter summa veneratione colit et frequentat, alteri indifferens, obvium, ridiculum, superstitiosum, vel omnino idololatria videatur: profecto aliud non restat, quam ut alter alterum ad suas partes pertrahat, vel ut ambo circa religionem indifferentes fiant. Quam pronum porro, ut quod in educandis prolibus una pars conjugum aedificat, ab altera, si non directe, saltem indirecte destruatur, atque ejusmodi proles arbitrentur, parum referre, quam religionem quisque teneat.

Idem *indifferentismus* circa religionem e mixtis connubiis in reliquos etiam cives sensim dimanat, imo vehementer augetur per dispositionem *Articuli* 3-ii 1844., vigore cujus matrimonia mixta etiam per verbi divini ministros conciliata, pro validis enunciantur; pacto enim hoc non tantum Art. 26. anni 1790|1. ut quippe matrimonia mixta semper coram catholico parocho ineantur, plene evilescit; sed etiam non raro fit, ut sponsa catholica passiva parochi catholici assistentia minus contenta, potius per verbi divini ministrum in oratorio copulari praeeligat; imo nec in eo desunt exempla, ut sponsus quoque catholicus (licet in hoc casu copulatio cum benedictione per parochum catholicum peragatur, adeoque nulla adsit ratio, ex qua sponsi ad verbi divini ministrum fine copulationis convolent) in gatiam sponsae acatholicae, non obstante etiam eo, quod ad exigentiam praelaudati Art. 26-i omnes proles in catholica religione educandae veniant, ministrum protestanticum fine copulationis adeat; verbi divini ministri vero, legem aequalitatis de anno 1848. in suum sensum detorquendo, mixto matrimonio, etiam dum sponsus catholicus est, in obversum legis assistere haud vereantur. Ita in specie praeter alios minister Nagy-Korpadiensis, consentiente Seniore Csokonyaensi, catholicum parochianum Kutasiensem, in Dioecesi Veszprimiensi, cum acatholica sine dimissionalibus copulavit. — Imo leges in causa religionis editas interpretandi jus sibi arrogando, anni 1848. § 2-um in manifestum Art. 26-ti 1790|1. praejudicium eo detorquent: quasi omnes proles, ab acatholico patre progenitae, religionem patris sequi possent, quemadmodum, dum pater catholicus est, utriusque sexus proles in catholica religione praecitato Art. 26-to 1790|1. educandae disponuntur; ita e. g. *catholicus* juvenis Palacznakiensis in Dioecesi Veszprimiensi, ad initum in obversum praecitatae legis cum acatholica consorte sua contractum provocans, nullo modo amoveri potest a perverso, filiam suam in acatholica religione educandi consilio; ita etiam alter ejusdem parochiae *catholicus* juvenis cum sponsa sua acatholica in eo convenit, ut nasciturae proles pro ratione sexus sequantur religionem parentum, atque die 7-a Januarii anni curr. coram ministro acatholico matrimonium contraxerunt. Quis non videat arbitraria hujusmodi interpretatione saluberrimas etiam leges scopo suo frustrari, gravissimisque transgressionibus portam aperiri!

Sed de mente etiam Summi Pontificis Gregorii XVI. Brevi apostolico ad Episcopos Hungariae cum instructione ddo 30-ae Aprilis 1841. expressa, verbi divini ministri tantum *in extremo necessitatis casu valide* mixtis connubiis assistunt, qui solum tunc adesse supponi potest, dum sponsus aca-

tholicus, sufficientem de catholica omnium utriusque sexus prolium educatione cautionem praestare renuit, sponsa vero catholica parochi sui passiva assistentia non contentatur; tunc autem nulla plane subversatur necessitas, dum sponsus est catholicus, cum tunc ex lege omnes proles catholice veniant educandae, et parochus catholicus ritu praescripto assistat matrimonio.

Quia porro per arbitrariam sponsorum mixtae religionis seu coram catholico parocho, seu coram ministro protestantico factam copulationem persvasio partis catholicae de veritate fidei suae plurimum debilitatur, indifferentismo amplissimum fomentum praebetur, imo catholica pars manifesto apostasiae periculo exponitur: ex eo Majestatem Vestram Sacratissimam demississime obsecramus, ut interea etiam, donec S. Sedes Apostolica de subversantibus fidei periculis melius informata, sua quoque ex parte congruam malo adtulerit medelam, articulum 26-tum 1791. cum quoad mixta connubia, tum etiam relate ad oriundas ex illis proles, clementissime pristino vigori suo restituere, atque ministris acatholicis eousque etiam, nisi illis mixtis matrimoniis assistendi facultatem clementer tribuere, in quibus sponsus protestans non admittit omnium prolium catholicam educationem, sponsa autem catholica passiva parochi sui assistentia non contentatur; sequaciter omnia matrimonia per viros catholicos coram verbi divini ministris protestanticis illegaliter et incompetenter inita, pro nullis et irritis declarare, pro futuro vero eosdem verbi divini ministros a similibus illegalibus attentatis districtim prohibere benigne dignetur.

Diffiteri quidem non possumus, saepe memoratum etiam Art. 26-tum 1790|1. ejus esse indolis, ut conscientiae nostrae gravissimam vim inferat, cum eodem declaretur masculas proles e patre acatholico, matre vero catholica progenitas, illius religionem *sequi posse*, id est, e sangvine catholico non catholicos nasci posse. — Confidimus tamen in clementia Sacratissimae Majestatis Vestrae, ejusmodi altissimam dispositionem humillimis nostris precibus nos exoraturos, ut oriunda exinde anxietas nostra, si non ex toto tollatur, mitigetur saltem ex parte, donec jubente Domino tempestas praesentis temporis sedata fuerit.

IV. *Parentes in mixto matrimonio viventes*, jam pestifera indifferentismi labe infecti, etiam illas *proles* suas, quas vigore legis in religione catholica educare tenentur, *promiscue per verbi divini ministros baptisari faciunt*, hocque pacto easdem vix primam lucem conspicientes, ad apostasiam disponunt. Ad evitandas igitur tristes sequelas, moxque in principio suffocandum malum: Sacratissimam Majestatem Vestram pari demissione exoramus, ut benigno-gratiosum Intimatum de 29-a Augusti 1785. Nro 23,217. — item §. 15. Art. 26. 1790|1. fundamento cujus prolibus, quae catholice educari debent, baptismus per parochum catholicum administrandus disponitur, pro strictissima observantia clementer republicandum disponere dignetur.

V. Inter cives diversae religionis pax et tranquillitas tunc solum potest obtineri, si hi jura sua mutuo respectent, praesertim autem in merito religionis ab omnibus abstineant, quibus conscientiam concivium suorum graviter sauciarent, eosdem nefario modo scandalisarent, prout id in *transitu et copulatione praesertim apostatarum Sacerdotum et Religiosorum* semper obtinet, ubi ratio quoque sigilli sacramentalis adtentionem legislatoris mirum in modum provocat.

Quid enim ab ejusmodi hominibus, qui suam in re sacerrima, qualis est religio, persvasionem venalem habent, exspectare possit respublica, jam dudum edixit *Carolus M.* Romanorum Imperator inquiens: „nulla nobis ratione persvadere possumus eos, qui Deo fidem non servant, nobis fideliores fore.“

Quid igitur sentiendum de Sacerdotibus et Religiosis, qui fidem, sacrum Ordinem, nec non solennia religiosa vota temere conculcant? suapte intelligitur.

Igitur ad sensum religionis ac moralitatis, basim quippe omnis societatis humanae conservandum, nec non disciplinam manutenendam summe necessarium foret, ut Art. 3-ium *anni* 1844 *de transitu sonantem, solum ad laicorum defectionem* adplicabilem esse, Majestas Vestra Sacratissima enunciare dignetur. Nec enim mens fuit Comitiorum anni 1844 circa apostasiam Sacerdotum et Religiosorum aliquid decernere, quaestionis siquidem hujus in actis comitialibus nulla plane mentio occurrit; sed agebatur de tollenda 6. hebdomadarum institutione, per eos perprius subeunda, qui apostatare a fide catholica intendebant; non ergo novi aliquid dicta Comitia determinandi, sed tantum praeexistentem legalem usum mutandi, Art. 26. ampliandi provinciam habebant, quod ex *Rubro* Articuli hujus sic expresso: *Articulus* **26 1791**. *sequentibus ampliatur, et respective modificatur*, evidens est.— Si nihilominus tamen modo dictam legem ad Sacerdotes et Religiosos ultro quoque extendendam satius esse censeretur, saltem in eo Majestatem Vestram Sacratissimam majorem in modum obtestamur: quatenus Altissima Sua auctoritate clementissime decernere dignaretur, ut sicut laici vi legis coram immediato suo *spirituali superiore*, quippe parocho, semet insinuare tenentur, ita Sacerdotes quoque et Religiosi, apostatare volentes, coram immediatis suis spiritualibus superioribus, Episcopis quippe, vel Abbatibus, Praepositis aut Provincialibus semet sistere obligentur.

VI. Gravissimae culpae reatum contrahunt ministri acatholici, quod *matrimonialiter copulent Sacerdotes et Religiosos*, a catholica religione ad protestantismum deficientes, licet hi Ordinis sacri et respective solennis religiosae professionis impedimento dirimente, ab ipsa quoque civitate pro tali agnito, a matrimonio arceantur. Cum igitur nulla ratione supponi possit, legem civilem *solennia vota*, de quibus sola Ecclesia judicat, rescindere, aut *Ordinis impedimentum* sufferre voluisse; sive potuisse talem verbis indere sensum, ut haec ex illis factitia applicatione consequantur, ipsique perjurio per legem ipsam via aperiatur: idcirco justitiae studio Sacratissimae Majestatis Vestrae freti, Ejusdem altissimam gratiam iterum iterumque in humilitate

BIBLIOTHEC. E.M. SZTOMAY

exoramus, ut legem declaratoriam edendam benigne disponere dignetur, vi cujus Clericis sive ecclesiasticis sive religiosis, deficientibus matrimoniorum contractio vetita sit, contracta vero per illos pro nullis et irritis declarentur; quod a Majestate Vestra Sacratissima eo fidentius exorare sustinemus, quia idmodi altissima resolutio quoad ditiones germanicas Monarchiae jam emanaverit; quodque Majestati Vestrae Sacratissimae perspectum esse teneamus, Eandem ceu Regem Apostolicum, a Deo, quod olim Constantinus Magnus Imperator gloriabundus de se profitebatur, *extra Ecclesiam constitutum esse Episcopum;* proinde sicut Episcopis spiritualem, ita Majestati Vestrae Sacratissimae materialem arripiendum esse gladium, quo tam nefanda apostasiae et connubii clericalis scandala a corpore Christi, quod est Ecclesia, rescindantur.

VII. Sed et in eo Ecclesia Catholica magnam patitur injuriam, quod *juvenes catholici ante completum* **18**-*um aetatis annum, per protestanticarum Confessionum ministros promiscue in coetum eorum recipiantur*, et ad participationem coenae Domini admittantur; quod plus, parentes proles suas, e mixto matrimonio progenitas, in obversum Art. 16. anni 1790|1 arbitrarie in alia, quam vi legis obligarentur, confessione educare, prorsus nihili pendunt. Sic in specie Ladislai olim Kürthy, *Aug. Confessionis Compossessoris* Szelezsényensis in Comitatu Barsiensi vidua, catholica Susanna nata Salgay, e praedicto marito susceptas tres filias suas, non obstantibus paterna, imo etiam officiosa, commonitionibus, in obversum legis de anno 1790|1 in protestantica religione educare pergit; imo licet praecitata lege religionaria nisi id constituatur, quod proles masculae e patre acatholico, matre vero catholica progenitae, religionem patris *sequi possint, non* autem *debeant:* nihilominus tamen res jam eo devenerunt, ut per sedem judiciariam Sátorallya-Ujhelyensem, sub 2-a Augusti anni curr. Nr. $^{2153}/_{3795}$ vidua Helv. Confessioni addicti Stephani olim Dobos, nata *Sophia Veres catholica*, ad proles masculas e modofato marito susceptas, in religione patris protestantica educandas, judicialiter inviata exstiterit.

Ne igitur his et similibus abusibus nova de tempore in tempus religioni catholicae infligantur vulnera, indifferentismusque circa religionem in dies latius serpat: praesentibus Episcopatus Hungariae Majestatem Vestram Sacratissimam enixissimis orat precibus, ut altissimas ordinationes, signanter Intimata medio Excelsi Consilii olim R. L. H. ddo. 7-ae Junii 1796 et ddo. 17-ae Februarii Anni 1783 item ddo. 5-ae Octobris 1819 numeris 12,126$^{118}/_{121}$ et 25,587 emanata, quibus proles ad exigentiam legis in catholica religione educandae, ante 18-um aetatis annum aliis confessionibus adscribi vetantur; nec non Intimatum ddo. 14-ae Septembris 1792 Nr. 20,237 vi cujus a parentibus, proles in lege praescripta religione educare renitentibus eaedem avellendae, expensisque intertentionalibus per eosdem provideri disponuntur: republicanda clementer disponere, ac denique jurisdictiones a cogendis catholicis partibus ad proles suas, e mixto matrimonio susceptas, in alia religione educandas, benignissime inhibere dignetur.

VIII. Saepe evenit et ille casus, ut parochus catholicus sponsum neque ipse copulare, neque ad alium parochum dimissionem, vel ad ministrum testimonium peractae trinae promulgationis dare possit, quia e. g. sponsus obligationibus erga personam a se defloratam, sibi jure divino ac humano impositis necdum satisfecit. In his adjunctis *sponsus vadit ad ministrum* alterutrius Confessionis, *et sine dimissione* etiam, prout puncto III. adlata exempla perhibent, facili negotio *impetrat copulationem.* Non est opus fusius demonstrare, quo res nostrae devolventur, si ita jurisdictionum jura concultata fuerint! — Orare suppliciter sustinemus Majestatem Vestram Sacratissimam, ut verbi divini ministri a copulando catholico seu viro seu muliere, sine dimissione concernentis parochi catholici, inhibeantur.

IX. Praesto sunt clementissimae Resolutiones Caesareo-Regiae, quarum vigore extranei in regno isto sub certis duntaxat conditionibus ad matrimonia ineunda admitti possunt. Nos Catholici in his etiam mandatis supremam terrae Principis voluntatem debite veneramur, promptamque Eidem obedientiam praestamus, memores semper, non esse potestatem nisi a Deo. *Ministri* e contra acatholici hujusmodi *extraneos, etiam necessariis testimoniis destitutos,* incunctanter *copulant;* hocque suo facto Catholicos etiam exteros ad suum forum alliciunt, ne dicamus, pertrahunt. Dignetur itaque Majestas Vestra Sacratissima ministris acatholicis sub gravi poena clementissime prohibere: ne extraneos, sive aliarum provinciarum cives, absque necessariis conditionibus, altissima ordinatione praescriptis, copulare unquam praesumant. Non absimiliter

X. Eodem modo res se habet cum illa altissima ddo. 21-ae Januarii anni curr. Nr. 514 per Caesareo-Regium Officium Locumtenentiae republicata ordinatione etiam, vi cujus *juvenes immaturi* ad exigentiam Intimatorum Consilii olim R. L. H. ddo. 16-ae Junii 1812 Nr. 14653 et 22-ae Augusti 1815 Nr. 23,254 ad ineundum matrimonium admitti vetantur. Parochi catholici altissimae huic dispositioni promptissime morem gerunt; ministri autem protestantici hanc quoque arbitrarie transgrediuntur: unde fit, ut apud plebem gravis contra parochos invidia confletur, quasi nempe hi pro suo duntaxat arbitrio, non vero in humillimum altiorum mandatorum obsequium, nimis juvenes a matrimonio arcerent.

Itaque in eo etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam ima cum submissione imploramus, ut ministris acatholicis benigne demandare dignetur, ne juvenes immaturos ad matrimonium admittere audeant. Similes enim dispositiones omni vi destitui oportebit, si a parte civium impune violari possint.

XI. Aeque *gravia* sunt illa quoque *mala*, quae fideles *graeci ritus uniti a non unitis perferre coguntur;* hi namque illos jam illiciis, jam metu, jam fraude et dolo ad suam religionem pertrahere nituntur. Seductio hujuscemodi facilis redditur ex eo:

1-o Quod ipsi Sacerdotes schismatici, cum manifesta utique sensus religiosi et conscientiae laesione, religionem sacrae Unionis spurcatam et nullam esse palam cavillentur.

2-o Quod Sacerdotes uniti graviorum excessuum rei, ad declinandam, quam promeruerant a suo superiore graeco-catholico poenam, a sacra Unione deficiant, suosque fideles secum ad schisma pertrahant.

3-io Quod ab Episcopis non unitis rudes et inculti etiam sacerdotio initientur, indeque saepe eveniat, ut candidato communitatis alicujus, ob defectum scientiae ab Episcopo Graeco-Catholico ad ordines sacros admitti nequeunte, fideles una cum candidato ad schismaticos deficiant.

4-o Quod parte alicujus neo-conversae graeco-catholicae communitatis ad schisma relabente, *templa, parochiales aedes et scholae,* agri item ad parochos et cantores pertinentes, prout aliae realitates *graeci ritus unitis mox adimantur, schismaticisque adtribuantur*; et multa alia, quae in humillimis Episcoporum graeco-catholicorum Magno-Varadinensis ddto 1-ae Septembris anni curr. et Fogarasensis pariter anno curr. Majestati Vestrae Sacratissimae venerabunde exaratis recursibus uberius expressa habentur.

Quod autem ad Graeco-Catholicos, in specie *Valachos* attinet: „palam est omnibus (sunt verba magnae memoriae Augustissimae Mariae Theresiae Reginae Hungariae) „quanta amoris, favoris ac clementiae argumenta tum sanctissimi quondam Imperatores et Reges piissimae memoriae, Dominus Avus, Patruus et Genitor noster, tum concomitanter Nos in dictam valachicam gentem declaraverimus, beneficiisque non temnendis illam cumulaverimus.“ — In specie modo laudata Imperatrix et Regina maximo apud Summum Pontificem Pium VI. egit studio, ut hic duos instituerent graeco-catholicos Episcopatus, *Magno Varadinensem* scilicet et *Crisiensem*. Pietatem hanc magnae abaviae Suae Majestas Vestra Sacratissima per id gloriose aemulata est, quod duos pro Valachis catholicis, quippe *Lugosiensem et Szamos-ujvariensem* Episcopatus erigendos, et Episcopatus Fogarasensis in Metropolim sublimationem apostolica Sua voce jam declarare dignata fuerit. Caeterum, quia benigna divorum Sacratissimae Majestatis Vestrae progenitorum, dum haec et similia agerent, mens utique non alia fuit, quam ut Graeci schismatici ad unionem cum S. Sede Apostolica adducti, augusto quoque Sacratissimae Majestatis Vestrae throno arctius adhaererent; neque illuc amplius respicerent, quo identitate ritus sui, ac variis etiam spebus attrahebantur; ea propter nos, qui pro intemerata nostra in Sacratissimam Majestatem Vestram fidelitate, augusto Ejusdem throno aevo perennionem cordintime precamur firmitatem, non possumus Eandem Sacratissimam Majestatem Vestram impensissime una ac humillime non exorare, ut justissimas Episcoporum graeco-catholicorum querelas benignissime exaudire, eaque ordinare clementer dignetur, quibus et catholicae religioni, et per hanc augusto etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae throno quam optime consulatur. Denique

XII. Non sine amaritudine detegere necessitamur Sacratissimae Majestati Vestrae etiam illam in dies magis invalescentem consvetudinem, quod *juvenes catholici aliarum confessionum Scholas Gymnasiales libere adeant*, imo *in privatis* etiam *acatholicorum institutis* convictualiter *educentur*, et ibi educati formatique, ad deponenda *maturitatis examina* admittantur. Pacto hoc profecto fiet, ut indifferentismus, statui quoque longe perniciosissimus, sensim in juventutis catholicae pectore vix unquam evellendas agat radices.

Ad avertendam igitur maximam, quae exhinc catholicae juventutis educationi catholicae, sequaciter ipsi Ecclesiae et religioni catholicae imminet calamitatem: Majestatem Vestram homagiali cum submissione exoramus, ut catholicam juventutem universim ab aditu scholarum non catholicarum, in non catholicis privatis institutis vero studia facientes, ab admissione ad maturitatis examina clementissime inhibere dignetur. Jurium enim civilium aequanimem dispensationem vix quisquam cordatus ita intelligendam asseret, ut juventus catholica, quocunque discrimine ac praejudicio religionis suae, ad scholas ac instituta acatholicorum se effundere possit; aut vero, quod ex pietate et religiosa morum probitate christiano-catholica, minus utilitatis, minus praesidii in Statum redundet, quam ex illustratis neotericorum, aut aliter sentientium collegiis? !

Et haec sunt, quae Ecclesiam hungaricam in dies magis affligunt, justissima gravamina; quorum cuncta et singula, praeter jam adlata pluribus adhuc, si necessum fuerit, e variis regni partibus adferendis exemplis luculentissime comprobari poterunt.

Unicum Augustissime Caesar et Rex! quod *stabile et firmum* dici possit, *reipublicae fundamentum, est vivus religionis catholicae sensus*, qui si omnium civium mentes penetret pervadatque, gladii in vomeres et lanceae in falces secure conflari poterunt, quia, qui Deum timent, illi regem etiam honorificant, redduntque cui tributum, tributum, cui vectigal debent, vectigal, et quidem non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; proinde tunc etiam, dum vindicem Principis gladium effugere possent! Huic religionis sensui, in civibus fovendo et nutriendo, splendidissima, quae augustissimi Sacratissimae Majestatis Vestrae Progenitores omni tempore dederunt exempla, prouti etiam infucata Majestatis Vestrae Sacratissimae pietas speculi instar deserviunt; et ideo sicut illorum piis manibus impensissimum cultum, ita Sacratissimae Majestati Vestrae maximas nomine Ecclesiae Catholicae referimus gratias! !

In tanto igitur, tamque gravi animarum et utriusque reipublicae discrimine, ne propter neglectum pastoralis nostri officii aliquando a Divino Pastore justo judicio condemnemur; sed et maledictionem posteritatis a cineribus nostris aversuri: sustinemus Majestatem Vestram non solum qua regem apostolicum, sed et ut publicae moralitatis, in regnis glorioso sceptro Suo divinitus subjectis, naturalem vindicem, ardentissima sanctae Matris Ecclesiae voce enixissime interpellare: dignetur ecclesiasticam potestatem, malo remediis moralibus obviare adnisam, gladio etiam materiali succollare, et preces nostras, in causa religionis et Ecclesiae, imo Civitatis etiam ad augustum Ejusdem thronum de genu directas, clementer suscipere, vulneribusque Ecclesiae hungaricae, cui indigni praesumus, per opportunas altissimas ordinationes medelam adferre.

DEUS autem Optimus Maximus, gratia sua illuminante et roborante praeeat Majestati Vestrae Sacratissimae, ut quod aeternis ejusdem legibus conveniens, animarum saluti, et utrique reipublicae proficuum noverit, id quidem forti animo exequi; contraria vero eadem virtutis alacritate rescindere et eradicare, firmiterque persvasum tenere dignetur, iisdem legibus crescere populorum temporalem prosperitatem, quibus acquiritur aeterna, neque, ut S. Augustinus dicit, posse aliundè beatam fieri Civitatem, et aliunde hominem.

Actum in Conferentiis privatis Episcopatus Hungariae, Budae 7-ma et sequentibus Mensis Junii diebus anni 1852., sub praesidio Principis Primatis et Archi Episcopi Strigoniensis, Joannis Bapt. Scitovszky, praesentibus: Adalberto Bartakovics Agriensi, et Josepho Kunszt Colocensi, Archi-Episcopis; item Basilio Popovics Gr.Catholico Munkácsensi, Basilio Erdélyi Gr.Catholico Magno-Varadinensi, Antonio Karner Jaurinensi, Joanne Ranolder Veszprimiensi, Stephano Kollarcsik Rosnaviensi, Francisco Szaniszló latini ritus Magno-Varadinensi, Stephano Moyses Neosoliensi, Augustino Roskoványi Vaciensi, Emerico Farkas Alba-Regalensi Episcopis; Ignatio Fábry praeconisato Cassoviensi Episcopo, Ludovico Haynald b. nominato Episcopi Transsilvaniensis Coadjutore; denique Michaele Rimely, Archi-Abbate montis Pannoniae, asservatis.

Quorum nomine homagiali cum submissione subscribit, Strigonii die 1-ma Novembris 1852., Sacratissimae Caesar. Reg. Majestatis vestrae perpetuo fidelis subditus et capellanus, Joannes Scitovszky Archi-Episcopus Strigoniensis et Regni Primas.

Nro 4234.

13

SACRATISSIMA CAESAREO REGIA APOSTOLICA MAJESTAS!

In suprema Ecclesiae Hungaricae procuratione per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam, et augustam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam, ut orthodoxae fidei assertores, sic etiam ecclesiasticae disciplinae custodes et vindices constituti, nos Episcopi Hungariae continua sollicitudine tenemur, ne vel fidei catholicae puritas, vel disciplinae ecclesiasticae vigor in hocce regno detrimenti quid patiatur. Hanc nostram curam et sollicitudinem, praeter impositi divinitus nobis muneris rationem singulariter provocat tenera Sacratissimae Majestatis Vestrae in Deum pietas, Ejusdemque omni encomio illustrius titulo apostolatus gloriandi, atque ideo avitam Majorum Suorum, divorum Hungariae Regum religionem etiam et pietatem imitandi studium. Laudabilis hujus zeli ac pietatis sub brevi licet sed glorioso Sacratissimae Majestatis Vestrae regimine tot jam et tanta accepimus pignora, ut nullatenus dubitare nobis liceat, in Majestate Vestra semper, dum adjuncta id postulaverint, sicut sacro sanctae fidei, ita ecclesiasticae etiam disciplinae nos defensorem nacturos.

Hac firma spe et inconcussa fiducia animamur nunc quoque, dum ad augustum Majestatis Vestrae Sacratissimae Thronum, e conferentiis nostris, Budae diebus 7-a, 8-a et 9-a mensis Junii anni curr. asservatis de genu accedimus, ut filiali cum fiducia et apostolica libertate *justissima gravamina nostra e recentius inflictis et infligi continuatis Ecclesiae catholicae in Hungaria vulneribus nata,* candide non minus ac profunda cum submissione proponamus.

Ingenti scilicet cum animi dolore advertimus, *vivum religionis sensum* firmissimum regnorum fundamentum, de die in diem magis evanescere, ejusque locum *indifferentismum circa fidem,* hincque, inprimis inde ab ultimo decennio secutas *apostasias* a religione catholica certatim occupare. Lumine fidei in plerisque exstincto, ipsa quoque morum honestas quantopere periclitetur, pronum est intelligere. Hinc videre saepe est, quod sanctissima religionis vincula, jurisjurandi et voti, ubi haec passionibus infrunitis adversantur, sacrilegis manibus disrumpantur; nihil novi est, ut fides conjugalis, maxima, quae dari potest, solennitate data firmataque, iniquis desideriis ita svadentibus, perfide violetur. Sic compages illae, quibus cives ad invicem religari oportet, continuo magis solvuntur; ordo legitimus et debita subordinatio pedetentim exulat, atque sicut singulorum, ita totius etiam Reipublicae salus aperto discrimini objicitur. Leges ipsae civiles, quarum finis esset, licentiam humanam cohibere, actionesque civium externas ita dirigere, ut religiositati et moralitati continuo magis consonent, ab aliquo tempore quasi eo destinatae esse videntur, ut licentiae potius, quam honestati morum patrocinentur.

Nihil quidem eorum intermittimus, quae in sphaera activitatis nostrae ad sananda temporis nostri mala conducere censentur; cum nihilominus mala haec jam firmiores egerint radices, quam ut lentum in bono progressum exspectare consultum sit: Sacratissimae quoque Majestatis Vestrae potentissimum interventum demisse implorandum esse duximus, ut Ecclesiae et Civitatis viribus unitis, malo citius ac certius medicina paretur.

Quod justissimam conquerendi materiam nobis praebet, est:

I. Infaustissimus in Comitiis hungaricis *anni* 1844. (non obstante contradictione Cleri) latus *articulus 3-ius religionarius,* qui tribuit fere *illimitatam libertatem transeundi a religione catholica ad quamcunque aliam confessionem.* Item *anni* 1848. Art. 20 § 2-o omnibus in regno lege receptis religionibus *perfecta aequalitas et reciprocitas adtribuitur.* — Praesidio harum prorsus arbitrarie observatarum, et in favorem sui explicitarum legum non raro fit, ut Catholici, diversis passionibus agitati, jam amplius nec facta coram concernente Parocho, ad exigentiam legis duplici insinuatione, ab aliarum confessionum ministris, postremo memoratam legem reciprocitatis perperam in suum, omnia sibi licita esse existimantem sensum detorquentibus, coetui eorum, cum aperto expressae legis contemtu aggregentur. Ita, ut e multis casibus unum memoremus: Georgius Bauhofer, Augustanae Confessioni addictorum verbi divini minister Budensis, ob illegalem Joannis Kuppis, Archi-Dioecesis Strigoniensis Presbyteri, cum Emma Dorfinger, catholica, quin haec semet fine transitus coram suo Parocho insinuasset, in coetum Augustanae Confessionis recepta, non obstante etiam e parte antelati presbyteri subversante S. Ordinis impedimento, factam copulationem per C. R. Consilium Locumtenentiale in quaestionem vocatus, non absque palmari insolentia reposuit: „se legem, quae sibi id facere vetaret, lato in Comitiis anni 1848. Art. 20-i § 2-o haud amplius noscere.“ Et revera, quod scripsit taliter, facto prosequitur demonstrare, dum quemvis catholicum, ad se venientem (allectum) sectae suae omni intermissa formalitate adgregat.

Jam si talia licite et impune dici ac fieri permittantur, mirari non subit, si cives Christum et Belial, errorem et veritatem aequiparent, palamque profiteantur: perinde esse, quam quisque religionem teneat, dummodo mores suos regulis honestatis conformet. Ex inde atheismus, perniciosissima Reipublicae pestis prono fluit alveo; dum enim omnes religiones aequiparant cives, eoipso singulam religionem ceu commentum ingenii humani, ad continendum in officio vulgus effictum considerant, proinde omni religioni in animo suo renunciant. Quo jam deventurae sunt res nostrae, si haec pestis latius grassata, ipsamque adeo plebem pervagata fuerit?!

Unde jam palam fit, ipsius quoque Civitatis plurimum interesse, ut defectiones a fide catholica omni meliore modo impediantur; et si non antiquarum legum, saltem dispositio Articuli 3-ii anni 1844, fundamento cujus deficere volens praevie *coram parocho suo*, et non coram quocunque presbytero, semet binis vicibus insinuare obligatur, in pleno vigore conservetur.

II. *Connubia* partium *a religione catholica deficientium*, quae, utpote origine catholica, indubitato jure ad forum Ecclesiae catholicae pertinere deberent, post consummatum transitum ad jurisdictionem acatholicam, respective civilem referuntur. Hinc fit, ut lex, que debebat esse libertas pro conscientiis, evaserit emancipatio carnis, cui conscientia cum peccaminosa levitate immolatur, et quae, nisi mature remedium paretur, omnes successive nervos familiarum, imo ipsius Status incidet, et ordinem moralitatis, ab auctore Deo constitutum, et nunquam impune violatum, evertet.

Enimvero malum ex transitus libertate in hac extensione sumta et applicita proveniens, universam oeconomiam legislationis matrimonialis catholicae eludit, imo ipsam rem familiarem, ac consequenter Status quoque, cujus illa basis est, pedetentim dissolvit. — Quod enim quis foedus scit esse necessarium, indissolubile, aeternum : ei semet tota cogitandi, sentiendi et agendi ratione, ut tali accomodare studet; at ubi possibilitas semet ab inviso foedere quacunque demum modalitate liberandi phantasiae praeluserit : jam concupiscentia caput levat, et conjugalem castitatem facillime in tentationem abducit.

Et revera, inspicienti casus transituum, qui a religione catholica ad protestantismum in Hungaria fiunt, luce meridiana clarius patebit, tales vi convictionis internae nequaquam determinari, sed apostatas esse ut plurimum conjuges, qui novas juxta instinctum carnis nuptias expetunt, et ut his potiantur, et antiquis solvantur, religionem velut vestem mutare non exhorrent.

Exemplum malesani hujus furoris, primum proh dolor! a classibus Societatis altioribus venit. Si non primi, inter primos fere fuere Com. Casimirus Batthyányi et B. Nicolaus Jósika; quod sicut in omni alia, ita imprimis in re libidinis, libertati favente, instar scintillae electricae egit in massam civium, ut passim in urbibus luxu emollitam, moribus laxiorem, conquirendis undique deliciis sensualibus toto animo intentam. E relationibus pastorum animarum in majoribus imprimis civitatatibus intelligimus, continuo, et quidem maxima ex parte conjugatos, religioni catholicae, ut in protestantismo etiam cum matrimonio suo hoc ipsum facere possint, nuncium mittere; verendumque esse, ne libidinosa licentia, mutuis exemplis excitata, et, cum ex parte Status nullatenus impediatur, etiam pro moraliter licita, vel saltem indifferente habita, sensim in torrentem excrescat, cui serius pro utriusque Reipublicae ruina occurri amplius vix poterit.

Sane, matrimonia fidelium esse Sacramenta, rationemque contractus a ratione Sacramenti separari non posse, universalis est apud Catholicos doctrina; quam recentissime *Sanctissimus Pater Pius IX.*, Pontifex Maximus, in Consistorio anni curr. 27-a Septembris habito, in ea allocutione, qua afflictum Ecclesiae in republica Neogranatensi statum orbi catholico detexit, sequentibus expressit: „Nemo ex Catholicis ignorat, matrimonium esse vere et proprie unum e septem novae legis Sacramentis, et propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit Sacramentum; atque idcirco quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris praeter Sacramentum conjunctionem, nihil aliud esse, nisi exitialem concubinatum, ab Ecclesia tantopere damnatum; ac proinde a conjugali foedere Sacramentum separari nunquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea decernere, quae ad idem matrimonium quovis modo possunt pertinere.“

Hanc potestatem Ecclesiae, qua in matrimonia fidelium, ceu etiam Sacramenta, jure divino positivo pollet, minime impedit apostasia partium matrimonio junctarum; Sacramentum enim, non obstante transitu, Sacramentum manet, de cujus valore judicare unice et exclusive juris est Ecclesiae catholicae; alioquin fraus et dolus, juxta commune juris axioma, nemini patrocinantur; fraudem vero et manifestum dolum committunt, qui, ut contracti semel vinculi sacramentalis indissolubilitatem eludant, a religione catholica ad protestantismum, non ex motivo alteratae convictionis, sed acquirendae alterius conjugis, confugiunt. — Ecclesia porro catholica nunquam elargitur, neque elargiri potest consensum in matrimonium, nisi sub conditione contrahendi indissolubile vinculum, et agnoscendi legitimam Ecclesiae quoad hoc vinculum, in omnibus emergentibus casibus judiciariam auctoritatem; singulus igitur, qui in Ecclesia catholica contrahit matrimonium, una se obligat, quod eandem Ecclesiam etiam ratione matrimonii sui pro judice habere velit. Qua obligatione quidem nec per apostasiam solvitur; alioquin ad implementum promissi jure naturali obligatur, et ut ad illud implendum etiam civiliter cogatur, nihil congruentius est : postquam ad id catholicus manens coactus fuisset; essetque omnino triste, ut infidelis idmodi favoribus civilibus gaudeat, quibus perseverans fidelis non potitur. Ita sane, qui juxta leges Ecclesiae catholicae contraxit matrimonium, eum secundum easdem judicari oportet, etiamsi cum tempore, protestans factus, quoad futura semet jurisdictioni hujus Ecclesiae subtraxisset.

BIBLIOTHECA E.M. ARCHIEPISCOPALIS

Secus enim haud raro eveniet, quod recenter in Archi-Dioecesi Agriensi cum conjugibus Felice Almási-N. Gosztonyi accidit, qui mediante apostasia dissilierunt et divortiati sunt, viro aliud matrimonium ineunte, muliere vero facti poenitudine tacta, et ad sinum Ecclesiae reversa. Ita B. Simonyi de Vitézvár, e Dioecesi Csanadinensi, in catholica religione permanens, cum maritata, ast deficiente et divortiata muliere Vratislaviae copulatus est. Non secus, ut de pluribus aliis sileamus, conjuges in Archi-Dioecesi Strigoniensi Ordódy-Kontz, postquam illis matrimonii sui invaliditatem coram Consistorio evincere non successisset : ambo defecerunt, ut novas nuptias celebrare possint; mulier dicitur non multo post poenitens ad sinum Ecclesiae rediisse. Quanta ex hinc in familiis confusio, quanta strages pro prolibus innocentibus tam legitime quam illegitime generatis, quantum periculum animarum! Profecto talis legum Ecclesiae contemtus ab ipsa Civitate haud potest impunis relinqui, quia teste experientia constat, eos qui legem Ecclesiae conculcant, ad convellendas etiam civiles leges paratos esse.

Dignetur itaque, obsecramus Majestatem Vestram Sacratissimam, clementer decernere *ut matrimonia omnia, quae a Catholicis contrahuntur*, fuerint illa seu pura seu mixta, celebrata cum vel sine benedictione ecclesiastica, ratione vinculi et separationis quoad thorum et mensam, *ad forum catholicum* ordinarium, respective dioecesanum *pertineant etiam tunc, si conjugum una vel utraque pars apostatasset*. Cum complice vero catholico, etiamsi apostataverit, matrimonium parti protestanticae inire, per insertam sententiae divortiali clausulam plene prohibeatur; proles demum e manifesto adulterio, idest, vivente neque legitime divortiato alterutro conjuge susceptae, pro illegitimis, neque per subsequum matrimonium legitimari queuntibus declarentur.

Haec eo fidentius sperat devotissimus Sacratissimae Majestati Vestrae Episcopatus Hungariae semet impetraturum, siquidem decreto tali, quin ulla praeexistens lex religionaria laedatur, dogma catholicum de contractu matrimoniali a Sacramento inseparabili salvabitur, causa frequentiorum a fide catholica defectionum, gravissime seducens tolletur, moralitati disciplinaeque domesticae prospicietur, seductionibus et libidini froena ponentur, confusioni in familiis obviabitur, jam jam nutanti sanctitati vitae conjugalis novum aestimium procurabitur, ac denique ex bene custodita fide conjugali, etiam publica tam erga Imperantem, quam etiam illa subditorum erga se invicem fidelitas incrementum captura sit.

III. Religionis sensum nihil magis infirmat, praefocatque, quam *mixta matrimonia*, si praesertim, prout his diebus fieri vehementer dolemus, crebrescant. Tristissima haec mixtorum connubiorum consectaria primo quidem in singulis familiis, deinde vero in ipsa civitate conspicua evadunt. Dum nimirum conjuges in re gravissima et sacerrima, religione scilicet dissentiunt, ita, ut quod alter summa veneratione colit et frequentat, alteri indifferens, obvium, ridiculum, superstitiosum, vel omnino idololatria videatur: profecto aliud non restat, quam ut alter alterum ad suas partes pertrahat, vel ut ambo circa religionem indifferentes fiant. Quam pronum porro, ut quod in educandis prolibus una pars conjugum aedificat, ab altera, si non directe, saltem indirecte destruatur, atque ejusmodi proles arbitrentur, parum referre, quam religionem quisque teneat.

Idem *indifferentismus* circa religionem e mixtis connubiis in reliquos etiam cives sensim dimanat, imo vehementer augetur per dispositionem *Articuli* 3-ii 1844., vigore cujus matrimonia mixta etiam per verbi divini ministros conciliata, pro validis enunciantur; pacto enim hoc non tantum Art. 26. anni 1790|1. ut quippe matrimonia mixta semper coram catholico parocho ineantur, plene evilescit; sed etiam non raro fit, ut sponsa catholica passiva parochi catholici assistentia minus contenta, potius per verbi divini ministrum in oratorio populari praeeligat; imo nec in eo desunt exempla, ut sponsus quoque catholicus (licet in hoc casu copulatio cum benedictione per parochum catholicum peragatur, adeoque nulla adsit ratio, ex qua sponsi ad verbi divini ministrum fine copulationis convolent) in gatiam sponsae acatholicae, non obstante etiam eo, quod ad exigentiam praelaudati Art. 26-i omnes proles in catholica religione educandae veniant, ministrum protestanticum fine copulationis adeat; verbi divini ministri vero, legem aequalitatis de anno 1848. in suum sensum detorquendo, mixto matrimonio, etiam dum sponsus catholicus est, in obversum legis assistere haud vereantur. Ita in specie praeter alios minister Nagy-Korpadiensis, consentiente Seniore Csokonyaensi, catholicum parochianum Kutasiensem, in Dioecesi Veszprimiensi, cum acatholica sine dimissionalibus copulavit. — Imo leges in causa religionis editas interpretandi jus sibi arrogando, anni 1848. § 2-um in manifestum Art. 26-ti 1790|1. praejudicium eo detorquent: quasi omnes proles, ab acatholico patre progenitae, religionem patris sequi possent, quemadmodum, dum pater catholicus est, utriusque sexus proles in catholica religione praecitato Art. 26-to 1790|1. educandae disponuntur; ita e. g. *catholicus* juvenis Palacznakiensis in Dioecesi Veszprimiensi, ad initum in obversum praecitatae legis cum acatholica consorte sua contractum provocans, nullo modo amoveri potest a perverso, filiam suam in acatholica religione educandi consilio; ita etiam alter ejusdem parochiae *catholicus* juvenis cum sponsa sua acatholica in eo convenit, ut nasciturae proles pro ratione sexus sequantur religionem parentum, atque die 7-a Januarii anni curr. coram ministro acatholico matrimonium contraxerunt. Quis non videat arbitraria hujusmodi interpretatione saluberrimas etiam leges scopo suo frustrari, gravissimisque transgressionibus portam aperiri!

Sed de mente etiam Summi Pontificis Gregorii XVI. Brevi apostolico ad Episcopos Hungariae cum instructione ddo 30-ae Aprilis 1841. expressa, verbi divini ministri tantum *in extremo necessitatis casu valide* mixtis connubiis assistunt, qui solum tunc adesse supponi potest, dum sponsus aca-

*

tholicus, sufficientem de catholica omnium utriusque sexus prolium educatione cautionem praestare renuit, sponsa vero catholica parochi sui passiva assistentia non contentatur; tunc autem nulla plane subversatur necessitas, dum sponsus est catholicus, cum tunc ex lege omnes proles catholice veniant educandae, et parochus catholicus ritu praescripto assistat matrimonio.

Quia porro per arbitrariam sponsorum mixtae religionis seu coram catholico parocho, seu coram ministro protestantico factam copulationem persvasio partis catholicae de veritate fidei suae plurimum debilitatur, indifferentismo amplissimum fomentum praebetur, imo catholica pars manifesto apostasiae periculo exponitur: ex eo Majestatem Vestram Sacratissimam demississime obsecramus, ut interea etiam, donec S. Sedes Apostolica de subversantibus fidei periculis melius informata, sua quoque ex parte congruam malo adtulerit medelam, articulum 26-tum 1791. cum quoad mixta connubia, tum etiam relate ad oriundas ex illis proles, clementissime pristino vigori suo restituere, atque ministris acatholicis eousque etiam, nisi illis mixtis matrimoniis assistendi facultatem clementer tribuere, in quibus sponsus protestans non admittit omnium prolium catholicam educationem, sponsa autem catholica passiva parochi sui assistentia non contentatur; sequaciter omnia matrimonia per viros catholicos coram verbi divini ministris protestanticis illegaliter et incompetenter inita, pro nullis et irritis declarare, pro futuro vero eosdem verbi divini ministros a similibus illegalibus attentatis districtim prohibere benigne dignetur.

Diffiteri quidem non possumus, saepe memoratum etiam Art. 26-tum 1790|1. ejus esse indolis, ut conscientiae nostrae gravissimam vim inferat, cum eodem declaretur masculas proles e patre acatholico, matre vero catholica progenitas, illius religionem *sequi posse*, id est, e sangvine catholico non catholicos nasci posse. — Confidimus tamen in clementia Sacratissimae Majestatis Vestrae, ejusmodi altissimam dispositionem humillimis nostris precibus nos exoraturos, ut oriunda exinde anxietas nostra, si non ex toto tollatur, mitigetur saltem ex parte, donec jubente Domino tempestas praesentis temporis sedata fuerit.

IV. *Parentes in mixto matrimonio viventes*, jam pestifera indifferentismi labe infecti, etiam illas *proles* suas, quas vigore legis in religione catholica educare tenentur, *promiscue per verbi divini ministros baptisari faciunt*, hocque pacto easdem vix primam lucem conspicientes, ad apostasiam disponunt. Ad evitandas igitur tristes sequelas, moxque in principio suffocandum malum: Sacratissimam Majestatem Vestram pari demissione exoramus, ut benigno-gratiosum Intimatum de 29-a Augusti 1785. Nro 23,217. — item §. 15. Art. 26. 1790|1. fundamento cujus prolibus, quae catholice educari debent, baptismus per parochum catholicum administrandus disponitur, pro strictissima observantia clementer republicandum disponere dignetur.

V. Inter cives diversae religionis pax et tranquillitas tunc solum potest obtineri, si hi jura sua mutuo respectent, praesertim autem in merito religionis ab omnibus abstineant, quibus conscientiam concivium suorum graviter sauciarent, eosdem nefario modo scandalisarent, prout id in *transitu et copulatione praesertim apostatarum Sacerdotum et Religiosorum* semper obtinet, ubi ratio quoque sigilli sacramentalis adtentionem legislatoris mirum in modum provocat.

Quid enim ab ejusmodi hominibus, qui suam in re sacerrima, qualis est religio, persvasionem venalem habent, exspectare possit respublica, jam dudum edixit *Carolus M.* Romanorum Imperator inquiens: „nulla nobis ratione persvadere possumus eos, qui Deo fidem non servant, nobis fideliores fore.“

Quid igitur sentiendum de Sacerdotibus et Religiosis, qui fidem, sacrum Ordinem, nec non solennia religiosa vota temere conculcant? suapte intelligitur.

Igitur ad sensum religionis ac moralitatis, basim quippe omnis societatis humanae conservandum, nec non disciplinam manutenendam summe necessarium foret, ut Art. 3-ium *anni* 1844 *de transitu sonantem, solum ad laicorum defectionem* adplicabilem esse, Majestas Vestra Sacratissima enunciare dignetur. Nec enim mens fuit Comitiorum anni 1844 circa apostasiam Sacerdotum et Religiosorum aliquid decernere, quaestionis siquidem hujus in actis comitialibus nulla plane mentio occurrit; sed agebatur de tollenda 6. hebdomadarum institutione, per eos perprius subeunda, qui apostatare a fide catholica intendebant; non ergo novi aliquid dicta Comitia determinandi, sed tantum praeexistentem legalem usum mutandi, Art. 26. ampliandi provinciam habebant, quod ex *Rubro* Articuli hujus sic expresso: *Articulus* **26 1791**. *sequentibus ampliatur, et respective modificatur*, evidens est.— Si nihilominus tamen modo dictam legem ad Sacerdotes et Religiosos ultro quoque extendendam satius esse censeretur, saltem in eo Majestatem Vestram Sacratissimam majorem in modum obtestamur: quatenus Altissima Sua auctoritate clementissime decernere dignaretur, ut sicut laici vi legis coram immediato suo *spirituali superiore*, quippe parocho, semet insinuare tenentur, ita Sacerdotes quoque et Religiosi, apostatare volentes, coram immediatis suis spiritualibus superioribus, Episcopis quippe, vel Abbatibus, Praepositis aut Provincialibus semet sistere obligentur.

VI. Gravissimae culpae reatum contrahunt ministri acatholici, quod *matrimonialiter copulent Sacerdotes et Religiosos*, a catholica religione ad protestantismum deficientes, licet hi Ordinis sacri et respective solennis religiosae professionis impedimento dirimente, ab ipsa quoque civitate pro tali agnito, a matrimonio arceantur. Cum igitur nulla ratione supponi possit, legem civilem *solennia vota*, de quibus sola Ecclesia judicat, rescindere, aut *Ordinis impedimentum* sufferre voluisse; sive potuisse talem verbis indere sensum, ut haec ex illis factitia applicatione consequantur, ipsique perjurio per legem ipsam via aperiatur: idcirco justiae studio Sacratissimae Majestatis Vestrae freti, Ejusdem altissimam gratiam iterum iterumque in humilitate

exoramus, ut legem declaratoriam edendam benigne disponere dignetur, vi cujus Clericis sive ecclesiasticis sive religiosis, deficientibus matrimoniorum contractio vetita sit, contracta vero per illos pro nullis et irritis declarentur; quod a Majestate Vestra Sacratissima eo fidentius exorare sustinemus, quia idmodi altissima resolutio quoad ditiones germanicas Monarchiae jam emanaverit; quodque Majestati Vestrae Sacratissimae perspectum esse teneamus, Eandem ceu Regem Apostolicum, a Deo, quod olim Constantinus Magnus Imperator gloriabundus de se profitebatur, *extra Ecclesiam constitutum esse Episcopum;* proinde sicut Episcopis spiritualem, ita Majestati Vestrae Sacratissimae materialem arripiendum esse gladium, quo tam nefanda apostasiae et connubii clericalis scandala a corpore Christi, quod est Ecclesia, rescindantur.

VII. Sed et in eo Ecclesia Catholica magnam patitur injuriam, quod *juvenes catholici ante completum* **18**-*um aetatis annum, per protestanticarum Confessionum ministros promiscue in coetum eorum recipiantur*, et ad participationem coenae Domini admittantur; quod plus, parentes proles suas, e mixto matrimonio progenitas, in obversum Art. 16. anni 1790|1 arbitrarie in alia, quam vi legis obligarentur, confessione educare, prorsus nihili pendunt. Sic in specie Ladislai olim Kürthy, *Aug. Confessionis Compossessoris* Szelezsényensis in Comitatu Barsiensi vidua, catholica Susanna nata Salgay, e praedicto marito susceptas tres filias suas, non obstantibus paterna, imo etiam officiosa, commonitionibus, in obversum legis de anno 1790|1 in protestantica religione educare pergit; imo licet praecitata lege religionaria nisi id constituatur, quod proles masculae e patre acatholico, matre vero catholica progenitae, religionem patris *sequi possint, non* autem *debeant:* nihilominus tamen res jam eo devenerunt, ut per sedem judiciariam Sátorallya-Ujhelyensem, sub 2-a Augusti anni curr. Nr. $^{2153}/_{3795}$ vidua Helv. Confessioni addicti Stephani olim Dobos, nata *Sophia Veres catholica*, ad proles masculas e modofato marito susceptas, in religione patris protestantica educandas, judicialiter inviata exstiterit.

Ne igitur his et similibus abusibus nova de tempore in tempus religioni catholicae infligantur vulnera, indifferentismusque circa religionem in dies latius serpat: praesentibus Episcopatus Hungariae Majestatem Vestram Sacratissimam enixissimis orat precibus, ut altissimas ordinationes, signanter Intimata medio Excelsi Consilii olim R. L. H. ddo. 7-ae Junii 1796 et ddo. 17-ae Februarii Anni 1783 item ddo. 5-ae Octobris 1819 numeris 12,126$^{118}/_{121}$ et 25,587 emanata, quibus proles ad exigentiam legis in catholica religione educandae, ante 18-um aetatis annum aliis confessionibus adscribi vetantur; nec non Intimatum ddo. 14-ae Septembris 1792 Nr. 20,237 vi cujus a parentibus, proles in lege praescripta religione educare renitentibus eaedem avellendae, expensisque intertentionalibus per eosdem provideri disponuntur: republicanda clementer disponere, ac denique jurisdictiones a cogendis catholicis partibus ad proles suas, e mixto matrimonio susceptas, in alia religione educandas, benignissime inhibere dignetur.

VIII. Saepe evenit et ille casus, ut parochus catholicus sponsum neque ipse copulare, neque ad alium parochum dimissionem, vel ad ministrum testimonium peractae trinae promulgationis dare possit, quia e. g. sponsus obligationibus erga personam a se defloratam, sibi jure divino ac humano impositis necdum satisfecit. In his adjunctis *sponsus vadit ad ministrum* alterutrius Confessionis, *et sine dimissione* etiam, prout puncto III. adlata exempla perhibent, facili negotio *impetrat copulationem*. Non est opus fusius demonstrare, quo res nostrae devolventur, si ita jurisdictionum jura concultata fuerint! — Orare suppliciter sustinemus Majestatem Vestram Sacratissimam, ut verbi divini ministri a copulando catholico seu viro seu muliere, sine dimissione concernentis parochi catholici, inhibeantur.

IX. Praesto sunt clementissimae Resolutiones Caesareo-Regiae, quarum vigore extranei in regno isto sub certis duntaxat conditionibus ad matrimonia ineunda admitti possunt. Nos Catholici in his etiam mandatis supremam terrae Principis voluntatem debite veneramur, promptamque Eidem obedientiam praestamus, memores semper, non esse potestatem nisi a Deo. *Ministri* e contra acatholici hujusmodi *extraneos, etiam necessariis testimoniis destitutos,* incunctanter *copulant;* hocque suo facto Catholicos etiam exteros ad suum forum alliciunt, ne dicamus, pertrahunt. Dignetur itaque Majestas Vestra Sacratissima ministris acatholicis sub gravi poena clementissime prohibere: ne extraneos, sive aliarum provinciarum cives, absque necessariis conditionibus, altissima ordinatione praescriptis, copulare unquam praesumant. Non absimiliter

X. Eodem modo res se habet cum illa altissima ddo. 21-ae Januarii anni curr. Nr. 514 per Caesareo-Regium Officium Locumtenentiae republicata ordinatione etiam, vi cujus *juvenes immaturi* ad exigentiam Intimatorum Consilii olim R. L. H. ddo. 16-ae Junii 1812 Nr. 14653 et 22-ae Augusti 1815 Nr. 23,254 ad ineundum matrimonium admitti vetantur. Parochi catholici altissimae huic dispositioni promptissime morem gerunt; ministri autem protestantici hanc quoque arbitrarie transgrediuntur: unde fit, ut apud plebem gravis contra parochos invidia confletur, quasi nempe hi pro suo duntaxat arbitrio, non vero in humillimum altiorum mandatorum obsequium, nimis juvenes a matrimonio arcerent.

Itaque in eo etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam ima cum submissione imploramus, ut ministris acatholicis benigne demandare dignetur, ne juvenes immaturos ad matrimonium admittere audeant. Similes enim dispositiones omni vi destitui oportebit, si a parte civium impune violari possint.

XI. Aeque *gravia* sunt illa quoque *mala*, quae fideles *graeci ritus uniti a non unitis perferre coguntur;* hi namque illos jam illiciis, jam metu, jam fraude et dolo ad suam religionem pertrahere nituntur. Seductio hujusmodi facilis redditur ex eo:

1-o Quod ipsi Sacerdotes schismatici, cum manifesta utique sensus religiosi et conscientiae laesione, religionem sacrae Unionis spurcatam et nullam esse palam cavillentur.

2-o Quod Sacerdotes uniti graviorum excessuum rei, ad declinandam, quam promeruerant a suo superiore graeco-catholico poenam, a sacra Unione deficiant, suosque fideles secum ad schisma pertrahant.

3-io Quod ab Episcopis non unitis rudes et inculti etiam sacerdotio initientur, indeque saepe eveniat, ut candidato communitatis alicujus, ob defectum scientiae ab Episcopo Graeco-Catholico ad ordines sacros admitti nequeunte, fideles una cum candidato ad schismaticos deficiant.

4-o Quod parte alicujus neo-conversae graeco-catholicae communitatis ad schisma relabente, *templa, parochiales aedes et scholae*, agri item ad parochos et cantores pertinentes, prout aliae realitates *graeci ritus unitis mox adimantur, schismaticisque adtribuantur*; et multa alia, quae in humillimis Episcoporum graeco-catholicorum Magno-Varadinensis ddto 1-ae Septembris anni curr. et Fogarasensis pariter anno curr. Majestati Vestrae Sacratissimae venerabunde exaratis recursibus uberius expressa habentur.

Quod autem ad Graeco-Catholicos, in specie *Valachos* attinet: „palam est omnibus (sunt verba magnae memoriae Augustissimae Mariae Theresiae Reginae Hungariae) „quanta amoris, favoris ac clementiae argumenta tum sanctissimi quondam Imperatores et Reges piissimae memoriae, Dominus Avus, Patruus et Genitor noster, tum concomitanter Nos in dictam valachicam gentem declaraverimus, beneficiisque non temnendis illam cumulaverimus.“ — In specie modo laudata Imperatrix et Regina maximo apud Summum Pontificem Pium VI. egit studio, ut hic duos institueret graeco-catholicos Episcopatus, *Magno Varadinensem* scilicet et *Crisiensem*. Pietatem hanc magnae abaviae Suae Majestas Vestra Sacratissima per id gloriose aemulata est, quod duos pro Valachis catholicis, quippe *Lugosiensem et Szamos-ujvariensem* Episcopatus erigendos, et Episcopatus Fogarasensis in Metropolim sublimationem apostolica Sua voce jam declarare dignata fuerit. Caeterum, quia benigna divorum Sacratissimae Majestatis Vestrae progenitorum, dum haec et similia agerent, mens utique non alia fuit, quam ut Graeci schismatici ad unionem cum S. Sede Apostolica adducti, augusto quoque Sacratissimae Majestatis Vestrae throno arctius adhaererent; neque illuc amplius respicerent, quo identitate ritus sui, ac variis etiam spebus attrahebantur; ea propter nos, qui pro intemerata nostra in Sacratissimam Majestatem Vestram fidelitate, augusto Ejusdem throno aevo perennionem cordintime precamur firmitatem, non possumus Eandem Sacratissimam Majestatem Vestram impensissime una ac humillime non exorare, ut justissimas Episcoporum graeco-catholicorum querelas benignissime exaudire, eaque ordinare clementer dignetur, quibus et catholicae religioni, et per hanc augusto etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae throno quam optime consulatur. Denique

XII. Non sine amaritudine detegere necessitamur Sacratissimae Majestati Vestrae etiam illam in dies magis invalescentem consvetudinem, quod *juvenes catholici aliarum confessionum Scholas Gymnasiales libere adeant*, imo *in privatis* etiam *acatholicorum institutis* convictualiter *educentur*, et ibi educati formatique, ad deponenda *maturitatis examina* admittantur. Pacto hoc profecto fiet, ut indifferentismus, statui quoque longe perniciosissimus, sensim in juventutis catholicae pectore vix unquam evellendas agat radices.

Ad avertendam igitur maximam, quae exhinc catholicae juventutis educationi catholicae, sequaciter ipsi Ecclesiae et religioni catholicae imminet calamitatem: Majestatem Vestram homagiali cum submissione exoramus, ut catholicam juventutem universim ab aditu scholarum non catholicarum, in non catholicis privatis institutis vero studia facientes, ab admissione ad maturitatis examina clementissime inhibere dignetur. Jurium enim civilium aequanimem dispensationem vix quisquam cordatus ita intelligendam asseret, ut juventus catholica, quocunque discrimine ac praejudicio religionis suae, ad scholas ac instituta acatholicorum se effundere possit; aut vero, quod ex pietate et religiosa morum probitate christiano-catholica, minus utilitatis, minus praesidii in Statum redundet, quam ex illustratis neotericorum, aut aliter sentientium collegiis? !

Et haec sunt, quae Ecclesiam hungaricam in dies magis affligunt, justissima gravamina; quorum cuncta et singula, praeter jam adlata pluribus adhuc, si necessum fuerit, e variis regni partibus adferendis exemplis luculentissime comprobari poterunt.

Unicum Augustissime Caesar et Rex! quod *stabile et firmum* dici possit, *reipublicae fundamentum, est vivus religionis catholicae sensus*, qui si omnium civium mentes penetret pervadatque, gladii in vomeres et lanceae in falces secure conflari poterunt, quia, qui Deum timent, illi regem etiam honorificant, redduntque cui tributum, tributum, cui vectigal debent, vectigal, et quidem non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; proinde tunc etiam, dum vindicem Principis gladium effugere possent! Huic religionis sensui, in civibus fovendo et nutriendo, splendidissima, quae augustissimi Sacratissimae Majestatis Vestrae Progenitores omni tempore dederunt exempla, prouti etiam infucata Majestatis Vestrae Sacratissimae pietas speculi instar deserviunt; et ideo sicut illorum piis manibus impensissimum cultum, ita Sacratissimae Majestati Vestrae maximas nomine Ecclesiae Catholicae referimus gratias! !

In tanto igitur, tamque gravi animarum et utriusque reipublicae discrimine, ne propter neglectum pastoralis nostri officii aliquando a Divino Pastore justo judicio condemnemur; sed et maledictionem posteritatis a cineribus nostris aversuri: sustinemus Majestatem Vestram non solum qua regem apostolicum, sed et ut publi-

cae moralitatis, in regnis glorioso sceptro Suo divinitus subjectis, naturalem vindicem, ardentissima sanctae Matris Ecclesiae voce enixissime interpellare: dignetur ecclesiasticam potestatem, malo remediis moralibus obviare adnisam, gladio etiam materiali succollare, et preces nostras, in causa religionis et Ecclesiae, imo Civitatis etiam ad augustum Ejusdem thronum de genu directas, clementer suscipere, vulneribusque Ecclesiae hungaricae, cui indigni praesumus, per opportunas altissimas ordinationes medelam adferre.

DEUS autem Optimus Maximus, gratia sua illuminante et roborante praeeat Majestati Vestrae Sacratissimae, ut quod aeternis ejusdem legibus conveniens, animarum saluti, et utrique reipublicae proficuum noverit, id quidem forti animo exequi; contraria vero eadem virtutis alacritate rescindere et eradicare, firmiterque persvasum tenere dignetur, iisdem legibus crescere populorum temporalem prosperitatem, quibus acquiritur aeterna, neque, ut S. Augustinus dicit, posse aliunde beatam fieri Civitatem, et aliunde hominem.

Actum in Conferentiis privatis Episcopatus Hungariae, Budae 7-ma et sequentibus Mensis Junii diebus anni 1852., sub praesidio Principis Primatis et Archi Episcopi Strigoniensis, Joannis Bapt. Scitovszky, praesentibus: Adalberto Bartakovics Agriensi, et Josepho Kunszt Colocensi, Archi-Episcopis; item Basilio Popovics Gr. Catholico Munkácsensi, Basilio Erdélyi Gr. Catholico Magno-Varadinensi, Antonio Karner Jaurinensi, Joanne Ranolder Veszprimiensi, Stephano Kollarcsik Rosnaviensi, Francisco Szaniszló latini ritus Magno-Varadinensi, Stephano Moyses Neosoliensi, Augustino Roskoványi Vaciensi, Emerico Farkas Alba-Regalensi Episcopis; Ignatio Fábry praeconisato Cassoviensi Episcopo, Ludovico Haynald b. nominato Episcopi Transsilvaniensis Coadjutore; denique Michaele Rimely, Archi-Abbate montis Pannoniae, asservatis.

Quorum nomine homagiali cum submissione subscribit, Strigonii die 1-ma Novembris 1852., Sacratissimae Caesar. Reg. Majestatis vestrae perpetuo fidelis subditus et capellanus, Joannes Scitovszky Archi-Episcopus Strigoniensis et Regni Primas.

Remonstratio
Cleri chori Episcopalis
Hungaricae Anno 1852.

Nro 4234.

Redundat

SACRATISSIMA CAESAREO REGIA APOSTOLICA MAJESTAS!

In suprema Ecclesiae Hungaricae procuratione per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam, et augustam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam, ut orthodoxae fidei assertores, sic etiam ecclesiasticae disciplinae custodes et vindices constituti, nos Episcopi Hungariae continua sollicitudine tenemur, ne vel fidei catholicae puritas, vel disciplinae ecclesiasticae vigor in hocce regno detrimenti quid patiatur. Hanc nostram curam et sollicitudinem, praeter impositi divinitus nobis muneris rationem singulariter provocat tenera Sacratissimae Majestatis Vestrae in Deum pietas, Ejusdemque omni encomio illustrius titulo apostolatus gloriandi, atque ideo avitam Majorum Suorum, divorum Hungariae Regum religionem etiam et pietatem imitandi studium. Laudabilis hujus zeli ac pietatis sub brevi licet sed glorioso Sacratissimae Majestatis Vestrae regimine tot jam et tanta accepimus pignora, ut nullatenus dubitare nobis liceat, in Majestate Vestra semper, dum adjuncta id postulaverint, sicut sacro sanctae fidei, ita ecclesiasticae etiam disciplinae nos defensorem nacturos.

Hac firma spe et inconcussa fiducia animamur nunc quoque, dum ad augustum Majestatis Vestrae Sacratissimae Thronum, e conferentiis nostris, Budae diebus 7-a, 8-a et 9-a mensis Junii anni curr. asservatis de genu accedimus, ut filiali cum fiducia et apostolica libertate *justissima gravamina nostra e recentius inflictis et infligi continuatis Ecclesiae catholicae in Hungaria vulneribus nata,* candide non minus ac profunda cum submissione proponamus.

Ingenti scilicet cum animi dolore advertimus, *vivum religionis sensum* firmissimum regnorum fundamentum, de die in diem magis evanescere, ejusque locum *indifferentismum circa fidem*, hincque, inprimis inde ab ultimo decennio secutas *apostasias* a religione catholica certatim occupare. Lumine fidei in plerisque exstincto, ipsa quoque morum honestas quantopere periclitetur, pronum est intelligere. Hinc videre saepe est, quod sanctissima religionis vincula, jurisjurandi et voti, ubi haec passionibus infrunitis adversantur, sacrilegis manibus disrumpantur; nihil novi est, ut fides conjugalis, maxima, quae dari potest, solennitate data firmataque, iniquis desideriis ita svadentibus, perfide violetur. Sic compages illae, quibus cives ad invicem religari oportet, continuo magis solvuntur; ordo legitimus et debita subordinatio pedetentim exulat, atque sicut singulorum, ita totius etiam Reipublicae salus aperto discrimini objicitur. Leges ipsae civiles, quarum finis esset, licentiam humanam cohibere, actionesque civium externas ita dirigere, ut religiositati et moralitati continuo magis consonent, ab aliquo tempore quasi eo destinatae esse videntur, ut licentiae potius, quam honestati morum patrocinentur.

Nihil quidem eorum intermittimus, quae in sphaera activitatis nostrae ad sananda temporis nostri mala conducere censentur; cum nihilominus mala haec jam firmiores egerint radices, quam ut lentum in bono progressum exspectare consultum sit: Sacratissimae quoque Majestatis Vestrae potentissimum interventum demisse implorandum esse duximus, ut Ecclesiae et Civitatis viribus unitis, malo citius ac certius medicina paretur.

Quod justissimam conquerendi materiam nobis praebet, est:

I. Infaustissimus in Comitiis hungaricis *anni* 1844. (non obstante contradictione Cleri) latus *articulus 3-ius religionarius*, qui tribuit fere *illimitatam libertatem transeundi a religione catholica ad quamcunque aliam confessionem.* Item *anni* 1848. Art. 20 § 2-o omnibus in regno lege recepuis religionibus *perfecta aequalitas et reciprocitas adtribuitur.* — Praesidio harum prorsus arbitrarie observatarum, et in favorem sui explicitarum legum non raro fit, ut Catholici, diversis passionibus agitati, jam amplius nec facta coram concernente Parocho, ad exigentiam legis duplici insinuatione, ab aliarum confessionum ministris, postremo memoratam legem reciprocitatis perperam in suum, omnia sibi licita esse existimantem sensum detorquentibus, coetui eorum, cum aperto expressae legis contemtu aggregentur. Ita, ut e multis casibus unum memoremus: Georgius Bauhofer, Augustanae Confessioni addictorum verbi divini minister Budensis, ob illegalem Joannis Kuppis, Archi-Dioecesis Strigoniensis Presbyteri, cum Emma Dorfinger, catholica, quin haec semet fine transitus coram suo Parocho insinuasset, in coetum Augustanae Confessionis recepta, non obstante etiam e parte antelati presbyteri subversante S. Ordinis impedimento, factam copulationem per C. R. Consilium Locumtenentiale in quaestionem vocatus, non absque palmari insolentia reposuit: „se legem, quae sibi id facere vetaret, lato in Comitiis anni 1848. Art. 20-i § 2-o haud amplius noscere.“ Et revera, quod scripsit taliter, facto prosequitur demonstrare, dum quemvis catholicum, ad se venientem (allectum) sectae suae omni intermissa formalitate adgregat.

Jam si talia licite et impune dici ac fieri permittantur, mirari non subit, si cives Christum et Belial, errorem et veritatem aequiparent, palamque profiteantur: perinde esse, quam quisque religionem teneat, dummodo mores suos regulis honestatis conformet. Ex inde atheismus, perniciosissima Reipublicae pestis prono fluit alveo; dum enim omnes religiones aequiparant cives, eoipso singulam religionem ceu commentum ingenii humani, ad continendum in officio vulgus effictum considerant, proinde omni religioni in animo suo renunciant. Quo jam deventurae sunt res nostrae, si haec pestis latius grassata, ipsamque adeo plebem pervagata fuerit?!

Unde jam palam fit, ipsius quoque Civitatis plurimum interesse, ut defectiones a fide catholica omni meliore modo impediantur; et si non antiquarum legum, saltem dispositio Articuli 3-ii anni 1844, fundamento cujus deficere volens praevie *coram parocho suo*, et non coram quocunque presbytero, semet binis vicibus insinuare obligatur, in pleno vigore conservetur.

II. *Connubia* partium *a religione catholica deficientium*, quae, utpote origine catholica, indubitato jure ad forum Ecclesiae catholicae pertinere deberent, post consummatum transitum ad jurisdictionem acatholicam, respective civilem referuntur. Hinc fit, ut lex, que debebat esse libertas pro conscientiis, evaserit emancipatio carnis, cui conscientia cum peccaminosa levitate immolatur, et quae, nisi mature remedium paretur, omnes successive nervos familiarum, imo ipsius Status incidet, et ordinem moralitatis, ab auctore Deo constitutum, et nunquam impune violatum, evertet.

Enimvero malum ex transitus libertate in hac extensione sumta et applicita proveniens, universam oeconomiam legislationis matrimonialis catholicae eludit, imo ipsam rem familiarem, ac consequenter Status quoque, cujus illa basis est, pedetentim dissolvit. — Quod enim quis foedus scit esse necessarium, indissolubile, aeternum: ei semet tota cogitandi, sentiendi et agendi ratione, ut tali accomodare studet; at ubi possibilitas semet ab inviso foedere quacunque demum modalitate liberandi phantasiae praeluserit: jam concupiscentia caput levat, et conjugalem castitatem facillime in tentationem abducit.

Et revera, inspicienti casus transituum, qui a religione catholica ad protestantismum in Hungaria fiunt, luce meridiana clarius patebit, tales vi convictionis internae nequaquam determinari, sed apostatas esse ut plurimum conjuges, qui novas juxta instinctum carnis nuptias expetunt, et ut his potiantur, et antiquis solvantur, religionem velut vestem mutare non exhorrent.

Exemplum malesani hujus furoris, primum proh dolor! a classibus Societatis altioribus venit. Si non primi, inter primos fere fuere Com. Casimirus Batthyányi et B. Nicolaus Jósika; quod sicut in omni alia, ita imprimis in re libidinis, libertati favente, instar scintillae electricae egit in massam civium, ut passim in urbibus luxu emollitam, moribus laxiorem, conquirendis undique deliciis sensualibus toto animo intentam. E relationibus pastorum animarum in majoribus imprimis civitatatibus intelligimus, continuo, et quidem maxima ex parte conjugatos, religioni catholicae, ut in protestantismo etiam cum matrimonio suo hoc ipsum facere possint, nuncium mittere; verendumque esse, ne libidinosa licentia, mutuis exemplis excitata, et, cum ex parte Status nullatenus impediatur, etiam pro moraliter licita, vel saltem indifferente habita, sensim in torrentem excrescat, cui serius pro utriusque Reipublicae ruina occurri amplius vix poterit.

Sane, matrimonia fidelium esse Sacramenta, rationemque contractus a ratione Sacramenti separari non posse, universalis est apud Catholicos doctrina; quam recentissime *Sanctissimus Pater Pius IX.*, Pontifex Maximus, in Consistorio anni curr. 27-a Septembris habito, in ea allocutione, qua afflictum Ecclesiae in republica Neogranatensi statum orbi catholico detexit, sequentibus expressit: „Nemo ex Catholicis ignorat, matrimonium esse vere et proprie unum e septem novae legis Sacramentis, et propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit Sacramentum; atque idcirco quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris praeter Sacramentum conjunctionem, nihil aliud esse, nisi exitialem concubinatum, ab Ecclesia tantopere damnatum; ac proinde a conjugali foedere Sacramentum separari nunquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea decernere, quae ad idem matrimonium quovis modo possunt pertinere.“

Hanc potestatem Ecclesiae, qua in matrimonia fidelium, ceu etiam Sacramenta, jure divino positivo pollet, minime impedit apostasia partium matrimonio junctarum; Sacramentum enim, non obstante transitu, Sacramentum manet, de cujus valore judicare unice et exclusive juris est Ecclesiae catholicae; alioquin fraus et dolus, juxta commune juris axioma, nemini patrocinantur; fraudem vero et manifestum dolum committunt, qui, ut contracti semel vinculi sacramentalis indissolubilitatem eludant, a religione catholica ad protestantismum, non ex motivo alteratae convictionis, sed acquirendae alterius conjugis, confugiunt. — Ecclesia porro catholica nunquam elargitur, neque elargiri potest consensum in matrimonium, nisi sub conditione contrahendi indissolubile vinculum, et agnoscendi legitimam Ecclesiae quoad hoc vinculum, in omnibus emergentibus casibus judiciariam auctoritatem; singulus igitur, qui in Ecclesia catholica contrahit matrimonium, una se obligat, quod eandem Ecclesiam etiam ratione matrimonii sui pro judice habere velit. Qua obligatione quidem nec per apostasiam solvitur; alioquin ad implementum promissi jure naturali obligatur, et ut ad illud implendum etiam civiliter cogatur, nihil congruentius est: postquam ad id catholicus manens coactus fuisset; esseteque omnino triste, ut infidelis idmodi favoribus civilibus gaudeat, quibus perseverans fidelis non potitur. Ita sane, qui juxta leges Ecclesiae catholicae contraxit matrimonium, eum secundum easdem judicari oportet, etiamsi cum tempore, protestans factus, quoad futura semet jurisdictioni hujus Ecclesiae subtraxisset.

BIBLIOTHEC. E.M. STRIGON.

Secus enim haud raro eveniet, quod recenter in Archi-Dioecesi Agriensi cum conjugibus Felice Almási-N. Gosztonyi accidit, qui mediante apostasia dissilierunt et divortiati sunt, viro aliud matrimonium ineunte, muliere vero facti poenitudine tacta, et ad sinum Ecclesiae reversa. Ita B. Simonyi de Vitézvár, e Dioecesi Csanadinensi, in catholica religione permanens, cum maritata, ast deficiente et divortiata muliere Vratislaviae copulatus est. Non secus, ut de pluribus aliis sileamus, conjuges in Archi-Dioecesi Strigoniensi Ordódy-Kontz, postquam illis matrimonii sui invaliditatem coram Consistorio evincere non successisset: ambo defecerunt, ut novas nuptias celebrare possint; mulier dicitur non multo post poenitens ad sinum Ecclesiae rediisse. Quanta ex hinc in familiis confusio, quanta strages pro prolibus innocentibus tam legitime quam illegitime generatis, quantum periculum animarum! Profecto talis legum Ecclesiae contemtus ab ipsa Civitate haud potest impunis relinqui, quia teste experientia constat, eos qui legem Ecclesiae conculcant, ad convellendas etiam civiles leges paratos esse.

Dignetur itaque, obsecramus Majestatem Vestram Sacratissimam, clementer decernere *ut matrimonia omnia, quae a Catholicis contrahuntur*, fuerint illa seu pura seu mixta, celebrata cum vel sine benedictione ecclesiastica, ratione vinculi et separationis quoad thorum et mensam, *ad forum catholicum* ordinarium, respective dioecesanum *pertineant etiam tunc, si conjugum una vel utraque pars apostatasset.* Cum complice vero catholico, etiamsi apostataverit, matrimonium parti protestanticae inire, per insertam sententiae divortiali clausulam plene prohibeatur; proles demum e manifesto adulterio, idest, vivente neque legitime divortiato alterutro conjuge susceptae, pro illegitimis, neque per subsequum matrimonium legitimari queuntibus declarentur.

Haec eo fidentius sperat devotissimus Sacratissimae Majestati Vestrae Episcopatus Hungariae semet impetraturum, siquidem decreto tali, quin ulla praeexistens lex religionaria laedatur, dogma catholicum de contractu matrimoniali a Sacramento inseparabili salvabitur, causa frequentiorum a fide catholica defectionum, gravissime seducens tolletur, moralitati disciplinaeque domesticae prospicietur, seductionibus et libidini froena ponentur, confusioni in familiis obviabitur, jam jam nutanti sanctitati vitae conjugalis novum aestimium procurabitur, ac denique ex bene custodita fide conjugali, etiam publica tam erga Imperantem, quam etiam illa subditorum erga se invicem fidelitas incrementum captura sit.

III. Religionis sensum nihil magis infirmat, praefocatque, quam *mixta matrimonia*, si praesertim, prout his diebus fieri vehementer dolemus, crebrescant. Tristissima haec mixtorum connubiorum consectaria primo quidem in singulis familiis, deinde vero in ipsa civitate conspicua evadunt. Dum nimirum conjuges in re gravissima et sacerrima, religione scilicet dissentiunt, ita, ut quod alter summa veneratione colit et frequentat, alteri indifferens, obvium, ridiculum, superstitiosum, vel omnino idololatria videatur: profecto aliud non restat, quam ut alter alterum ad suas partes pertrahat, vel ut ambo circa religionem indifferentes fiant. Quam pronum porro, ut quod in educandis prolibus una pars conjugum aedificat, ab altera, si non directe, saltem indirecte destruatur, atque ejusmodi proles arbitrentur, parum referre, quam religionem quisque teneat.

Idem *indifferentismus* circa religionem e mixtis connubiis in reliquos etiam cives sensim dimanat, imo vehementer augetur per dispositionem *Articuli* 3-ii 1844., vigore cujus matrimonia mixta etiam per verbi divini ministros conciliata, pro validis enunciantur; pacto enim hoc non tantum Art. 26. anni 1790|1. ut quippe matrimonia mixta semper coram catholico parocho ineantur, plene evilescit; sed etiam non raro fit, ut sponsa catholica passiva parochi catholici assistentia minus contenta, potius per verbi divini ministrum in oratorio copulari praeeligat; imo nec in eo desunt exempla, ut sponsus quoque catholicus (licet in hoc casu copulatio cum benedictione per parochum catholicum peragatur, adeoque nulla adsit ratio, ex qua sponsi ad verbi divini ministrum fine copulationis convolent) in gatiam sponsae acatholicae, non obstante etiam eo, quod ad exigentiam praelaudati Art. 26-i omnes proles in catholica religione educandae veniant, ministrum protestanticum fine copulationis adeat; verbi divini ministri vero, legem aequalitatis de anno 1848. in suum sensum detorquendo, mixto matrimonio, etiam dum sponsus catholicus est, in obversum legis assistere haud vereantur. Ita in specie praeter alios minister Nagy-Korpadiensis, consentiente Seniore Csokonyaensi, catholicum parochianum Kutasiensem, in Dioecesi Veszprimiensi, cum acatholica sine dimissionalibus copulavit. — Imo leges in causa religionis editas interpretandi jus sibi arrogando, anni 1848. § 2-um in manifestum Art. 26-ti 1790|1. praejudicium eo detorquent: quasi omnes proles, ab acatholico patre progenitae, religionem patris sequi possent, quemadmodum, dum pater catholicus est, utriusque sexus proles in catholica religione praecitato Art. 26-to 1790|1. educandae disponuntur; ita e. g. *catholicus* juvenis Palacznakiensis in Dioecesi Veszprimiensi, ad initum in obversum praecitatae legis cum acatholica consorte sua contractum provocans, nullo modo amoveri potest a perverso, filiam suam in acatholica religione educandi consilio; ita etiam alter ejusdem parochiae *catholicus* juvenis cum sponsa sua acatholica in eo convenit, ut nasciturae proles pro ratione sexus sequantur religionem parentum, atque die 7-a Januarii anni curr. coram ministro acatholico matrimonium contraxerunt. Quis non videat arbitraria hujusmodi interpretatione saluberrimas etiam leges scopo suo frustrari, gravissimisque transgressionibus portam aperiri!

Sed de mente etiam Summi Pontificis Gregorii XVI. Brevi apostolico ad Episcopos Hungariae cum instructione ddo 30-ae Aprilis 1841. expressa, verbi divini ministri tantum *in extremo necessitatis casu valide* mixtis connubiis assistunt, qui solum tunc adesse supponi potest, dum sponsus aca-

tholicus, sufficientem de catholica omnium utriusque sexus prolium educatione cautionem praestare renuit, sponsa vero catholica parochi sui passiva assistentia non contentatur; tunc autem nulla plane subversatur necessitas, dum sponsus est catholicus, cum tunc ex lege omnes proles catholice veniant educandae, et parochus catholicus ritu praescripto assistat matrimonio.

Quia porro per arbitrariam sponsorum mixtae religionis seu coram catholico parocho, seu coram ministro protestantico factam copulationem persvasio partis catholicae de veritate fidei suae plurimum debilitatur, indifferentismo amplissimum fomentum praebetur, imo catholica pars manifesto apostasiae periculo exponitur: ex eo Majestatem Vestram Sacratissimam demississime obsecramus, ut interea etiam, donec S. Sedes Apostolica de subversantibus fidei periculis melius informata, sua quoque ex parte congruam malo adtulerit medelam, articulum 26-tum 1791. cum quoad mixta connubia, tum etiam relate ad oriundas ex illis proles, clementissime pristino vigori suo restituere, atque ministris acatholicis eousque etiam, nisi illis mixtis matrimoniis assistendi facultatem clementer tribuere, in quibus sponsus protestans non admittit omnium prolium catholicam educationem, sponsa autem catholica passiva parochi sui assistentia non contentatur; sequaciter omnia matrimonia per viros catholicos coram verbi divini ministris protestanticis illegaliter et incompetenter inita, pro nullis et irritis declarare, pro futuro vero eosdem verbi divini ministros a similibus illegalibus attentatis districtim prohibere benigne dignetur.

Diffiteri quidem non possumus, saepe memoratum etiam Art. 26-tum 1790|1. ejus esse indolis, ut conscientiae nostrae gravissimam vim inferat, cum eodem declaretur masculas proles e patre acatholico, matre vero catholica progenitas, illius religionem *sequi posse*, id est, e sangvine catholico non catholicos nasci posse. — Confidimus tamen in clementia Sacratissimae Majestatis Vestrae, ejusmodi altissimam dispositionem humillimis nostris precibus nos exoraturos, ut oriunda exinde anxietas nostra, si non ex toto tollatur, mitigetur saltem ex parte, donec jubente Domino tempestas praesentis temporis sedata fuerit.

IV. *Parentes in mixto matrimonio viventes*, jam pestifera indifferentismi labe infecti, etiam illas *proles* suas, quas vigore legis in religione catholica educare tenentur, *promiscue per verbi divini ministros baptisari faciunt*, hocque pacto easdem vix primam lucem conspicientes, ad apostasiam disponunt. Ad evitandas igitur tristes sequelas, moxque in principio suffocandum malum: Sacratissimam Majestatem Vestram pari demissione exoramus, ut benigno-gratiosum Intimatum de 29-a Augusti 1785. Nro 23,217. — item §. 15. Art. 26. 1790|1. fundamento cujus prolibus, quae catholice educari debent, baptismus per parochum catholicum administrandus disponitur, pro strictissima observantia clementer republicandum disponere dignetur.

V. Inter cives diversae religionis pax et tranquillitas tunc solum potest obtineri, si hi jura sua mutuo respectent, praesertim autem in merito religionis ab omnibus abstineant, quibus conscientiam concivium suorum graviter sauciarent, eosdem nefario modo scandalisarent, prout id in *transitu et copulatione praesertim apostatarum Sacerdotum et Religiosorum* semper obtinet, ubi ratio quoque sigilli sacramentalis adtentionem legislatoris mirum in modum provocat.

Quid enim ab ejusmodi hominibus, qui suam in re sacerrima, qualis est religio, persvasionem venalem habent, exspectare possit respublica, jam dudum edixit *Carolus M.* Romanorum Imperator inquiens: „nulla nobis ratione persvadere possumus eos, qui Deo fidem non servant, nobis fideliores fore.“

Quid igitur sentiendum de Sacerdotibus et Religiosis, qui fidem, sacrum Ordinem, nec non solennia religiosa vota temere conculcant? suapte intelligitur.

Igitur ad sensum religionis ac moralitatis, basim quippe omnis societatis humanae conservandum, nec non disciplinam manutenendam summe necessarium foret, ut Art. 3-ium *anni* 1844 *de transitu sonantem, solum ad laicorum defectionem* adplicabilem esse, Majestas Vestra Sacratissima enunciare dignetur. Nec enim mens fuit Comitiorum anni 1844 circa apostasiam Sacerdotum et Religiosorum aliquid decernere, quaestionis siquidem hujus in actis comitialibus nulla plane mentio occurrit; sed agebatur de tollenda 6. hebdomadarum institutione, per eos perprius subeunda, qui apostatare a fide catholica intendebant; non ergo novi aliquid dicta Comitia determinandi, sed tantum praeexistentem legalem usum mutandi, Art. 26. ampliandi provinciam habebant, quod ex *Rubro* Articuli hujus sic expresso: *Articulus* **26** **1791**. *sequentibus ampliatur, et respective modificatur*, evidens est.— Si nihilominus tamen modo dictam legem ad Sacerdotes et Religiosos ultro quoque extendendam satius esse censeretur, saltem in eo Majestatem Vestram Sacratissimam majorem in modum obtestamur: quatenus Altissima Sua auctoritate clementissime decernere dignaretur, ut sicut laici vi legis coram immediato suo *spirituali superiore*, quippe parocho, semet insinuare tenentur, ita Sacerdotes quoque et Religiosi, apostatare volentes, coram immediatis suis spiritualibus superioribus, Episcopis quippe, vel Abbatibus, Praepositis aut Provincialibus semet sistere obligentur.

VI. Gravissimae culpae reatum contrahunt ministri acatholici, quod *matrimonialiter copulent Sacerdotes et Religiosos*, a catholica religione ad protestantismum deficientes, licet hi Ordinis sacri et respective solennis religiosae professionis impedimento dirimente, ab ipsa quoque civitate pro tali agnito, a matrimonio arceantur. Cum igitur nulla ratione supponi possit, legem civilem *solennia vota*, de quibus sola Ecclesia judicat, rescindere, aut *Ordinis impedimentum* sufferre voluisse; sive potuisse talem verbis indere sensum, ut haec ex illis factitia applicatione consequantur, ipsique perjurio per legem ipsam via aperiatur: idcirco justitiae studio Sacratissimae Majestatis Vestrae freti, Ejusdem altissimam gratiam iterum iterumque in humilitate

exoramus, ut legem declaratoriam edendam benigne disponere dignetur, vi cujus Clericis sive ecclesiasticis sive religiosis, deficientibus matrimoniorum contractio vetita sit, contracta vero per illos pro nullis et irritis declarentur; quod a Majestate Vestra Sacratissima eo fidentius exorare sustinemus, quia idmodi altissima resolutio quoad ditiones germanicas Monarchiae jam emanaverit; quodque Majestati Vestrae Sacratissimae perspectum esse teneamus, Eandem ceu Regem Apostolicum, a Deo, quod olim Constantinus Magnus Imperator gloriabundus de se profitebatur, *extra Ecclesiam constitutum esse Episcopum;* proinde sicut Episcopis spiritualem, ita Majestati Vestrae Sacratissimae materialem arripiendum esse gladium, quo tam nefanda apostasiae et connubii clericalis scandala a corpore Christi, quod est Ecclesia, rescindantur.

VII. Sed et in eo Ecclesia Catholica magnam patitur injuriam, quod *juvenes catholici ante completum* **18**-*um aetatis annum, per protestanticarum Confessionum ministros promiscue in coetum eorum recipiantur*, et ad participationem coenae Domini admittantur; quod plus, parentes proles suas, e mixto matrimonio progenitas, in obversum Art. 16. anni 1790|1 arbitrarie in alia, quam vi legis obligarentur, confessione educare, prorsus nihili pendunt. Sic in specie Ladislai olim Kürthy, *Aug. Confessionis Compossessoris* Szelezsényensis in Comitatu Barsiensi vidua, catholica Susanna nata Salgay, e praedicto marito susceptas tres filias suas, non obstantibus paterna, imo etiam officiosa, commonitionibus, in obversum legis de anno 1790|1 in protestantica religione educare pergit; imo licet praecitata lege religionaria nisi id constituatur, quod proles masculae e patre acatholico, matre vero catholica progenitae, religionem patris *sequi possint, non* autem *debeant:* nihilominus tamen res jam eo devenerunt, ut per sedem judiciariam Sátoralya-Ujhelyensem, sub 2-a Augusti anni curr. Nr. $^{2153}/_{3795}$ vidua Helv. Confessioni addicti Stephani olim Dobos, nata *Sophia Veres catholica*, ad proles masculas e modofato marito susceptas, in religione patris protestantica educandas, judicialiter inviata exstiterit.

Ne igitur his et similibus abusibus nova de tempore in tempus religioni catholicae infligantur vulnera, indifferentismusque circa religionem in dies latius serpat: praesentibus Episcopatus Hungariae Majestatem Vestram Sacratissimam enixissimis orat precibus, ut altissimas ordinationes, signanter Intimata medio Excelsi Consilii olim R. L. H. ddo. 7-ae Junii 1796 et ddo. 17-ae Februarii Anni 1783 item ddo. 5-ae Octobris 1819 numeris 12,126$^{118}/_{1821}$ et 25,587 emanata, quibus proles ad exigentiam legis in catholica religione educandae, ante 18-um aetatis annum aliis confessionibus adscribi vetantur; nec non Intimatum ddo. 14-ae Septembris 1792 Nr. 20,237 vi cujus a parentibus, proles in lege praescripta religione educare renitentibus eaedem avellendae, expensisque intertentionalibus per eosdem provideri disponuntur: republicanda clementer disponere, ac denique jurisdictiones a cogendis catholicis partibus ad proles suas, e mixto matrimonio susceptas, in alia religione educandas, benignissime inhibere dignetur.

VIII. Saepe evenit et ille casus, ut parochus catholicus sponsum neque ipse copulare, neque ad alium parochum dimissionem, vel ad ministrum testimonium peractae trinae promulgationis dare possit, quia e. g. sponsus obligationibus erga personam a se defloratam, sibi jure divino ac humano impositis necdum satisfecit. In his adjunctis *sponsus vadit ad ministrum* alterutrius Confessionis, *et sine dimissione* etiam, prout puncto III. adlata exempla perhibent, facili negotio *impetrat copulationem.* Non est opus fusius demonstrare, quo res nostrae devolventur, si ita jurisdictionum jura concultata fuerint! — Orare suppliciter sustinemus Majestatem Vestram Sacratissimam, ut verbi divini ministri a copulando catholico seu viro seu muliere, sine dimissione concernentis parochi catholici, inhibeantur.

IX. Praesto sunt clementissimae Resolutiones Caesareo-Regiae, quarum vigore extranei in regno isto sub certis duntaxat conditionibus ad matrimonia ineunda admitti possunt. Nos Catholici in his etiam mandatis supremam terrae Principis voluntatem debite veneramur, promptamque Eidem obedientiam praestamus, memores semper, non esse potestatem nisi a Deo. *Ministri* e contra acatholici hujusmodi *extraneos, etiam necessariis testimoniis destitutos,* incunctanter *copulant;* hocque suo facto Catholicos etiam exteros ad suum forum alliciunt, ne dicamus, pertrahunt. Dignetur itaque Majestas Vestra Sacratissima ministris acatholicis sub gravi poena clementissime prohibere: ne extraneos, sive aliarum provinciarum cives, absque necessariis conditionibus, altissima ordinatione praescriptis, copulare unquam praesumant. Non absimiliter

X. Eodem modo res se habet cum illa altissima ddo. 21-ae Januarii anni curr. Nr. 514 per Caesareo-Regium Officium Locumtenentiae republicata ordinatione etiam, vi cujus *juvenes immaturi* ad exigentiam Intimatorum Consilii olim R. L. H. ddo. 16-ae Junii 1812 Nr. 14653 et 22-ae Augusti 1815 Nr. 23,254 ad ineundum matrimonium admitti vetantur. Parochi catholici altissimae huic dispositioni promptissime morem gerunt; ministri autem protestantici hanc quoque arbitrarie transgrediuntur: unde fit, ut apud plebem gravis contra parochos invidia confletur, quasi nempe hi pro suo duntaxat arbitrio, non vero in humillimum altiorum mandatorum obsequium, nimis juvenes a matrimonio arcerent.

Itaque in eo etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae clementiam ima cum submissione imploramus, ut ministris acatholicis benigne demandare dignetur, ne juvenes immaturos ad matrimonium admittere audeant. Similes enim dispositiones omni vi destitui oportebit, si a parte civium impune violari possint.

XI. Aeque *gravia* sunt illa quoque *mala*, quae fideles *graeci ritus uniti a non unitis perferre coguntur;* hi namque illos jam illiciis, jam metu, jam fraude et dolo ad suam religionem pertrahere nituntur. Seductio hujuscemodi facilis redditur ex eo:

1-o Quod ipsi Sacerdotes schismatici, cum manifesta utique sensus religiosi et conscientiae laesione, religionem sacrae Unionis spurcatam et nullam esse palam cavillentur.

2-o Quod Sacerdotes uniti graviorum excessuum rei, ad declinandam, quam promeruerant a suo superiore graeco-catholico poenam, a sacra Unione deficiant, suosque fideles secum ad schisma pertrahant.

3-io Quod ab Episcopis non unitis rudes et inculti etiam sacerdotio initientur, indeque saepe eveniat, ut candidato communitatis alicujus, ob defectum scientiae ab Episcopo Graeco-Catholico ad ordines sacros admitti nequeunte, fideles una cum candidato ad schismaticos deficiant.

4-o Quod parte alicujus neo-conversae graeco-catholicae communitatis ad schisma relabente, *templa, parochiales aedes et scholae*, agri item ad parochos et cantores pertinentes, prout aliae realitates *graeci ritus unitis mox adimantur, schismaticisque adtribuantur*; et multa alia, quae in humillimis Episcoporum graeco-catholicorum Magno-Varadinensis ddto 1-ae Septembris anni curr. et Fogarasensis pariter anno curr. Majestati Vestrae Sacratissimae venerabunde exaratis recursibus uberius expressa habentur.

Quod autem ad Graeco-Catholicos, in specie *Valachos* attinet: „palam est omnibus (sunt verba magnae memoriae Augustissimae Mariae Theresiae Reginae Hungariae) „quanta amoris, favoris ac clementiae argumenta tum sanctissimi quondam Imperatores et Reges piissimae memoriae, Dominus Avus, Patruus et Genitor noster, tum concomitanter Nos in dictam valachicam gentem declaraverimus, beneficiisque non temnendis illam cumulaverimus.“ — In specie modo laudata Imperatrix et Regina maximo apud Summum Pontificem Pium VI. egit studio, ut hic duos institueret graeco-catholicos Episcopatus, *Magno Varadinensem* scilicet et *Crisiensem*. Pietatem hanc magnae abaviae Suae Majestas Vestra Sacratissima per id gloriose aemulata est, quod duos pro Valachis catholicis, quippe *Lugosiensem et Szamos-ujvariensem* Episcopatus erigendos, et Episcopatus Fogarasensis in Metropolim sublimationem apostolica Sua voce jam declarare dignata fuerit. Caeterum, quia benigna divorum Sacratissimae Majestatis Vestrae progenitorum, dum haec et similia agerent, mens utique non alia fuit, quam ut Graeci schismatici ad unionem cum S. Sede Apostolica adducti, augusto quoque Sacratissimae Majestatis Vestrae throno arctius adhaererent; neque illuc amplius respicerent, quo identitate ritus sui, ac variis etiam spebus attrahebantur; ea propter nos, qui pro intemerata nostra in Sacratissimam Majestatem Vestram fidelitate, augusto Ejusdem throno aevo perennionem cordintime precamur firmitatem, non possumus Eandem Sacratissimam Majestatem Vestram impensissime una ac humillime non exorare, ut justissimas Episcoporum graeco-catholicorum querelas benignissime exaudire, eaque ordinare clementer dignetur, quibus et catholicae religioni, et per hanc augusto etiam Sacratissimae Majestatis Vestrae throno quam optime consulatur. Denique

XII. Non sine amaritudine detegere necessitamur Sacratissimae Majestati Vestrae etiam illam in dies magis invalescentem consvetudinem, quod *juvenes catholici aliarum confessionum Scholas Gymnasiales libere adeant*, imo *in privatis* etiam *acatholicorum institutis* convictualiter *educentur*, et ibi educati formatique, ad deponenda *maturitatis examina* admittantur. Pacto hoc profecto fiet, ut indifferentismus, statui quoque longe perniciosissimus, sensim in juventutis catholicae pectore vix unquam evellendas agat radices.

Ad avertendam igitur maximam, quae exhinc catholicae juventutis educationi catholicae, sequaciter ipsi Ecclesiae et religioni catholicae imminet calamitatem: Majestatem Vestram homagiali cum submissione exoramus, ut catholicam juventutem universim ab aditu scholarum non catholicarum, in non catholicis privatis institutis vero studia facientes, ab admissione ad maturitatis examina clementissime inhibere dignetur. Jurium enim civilium aequanimem dispensationem vix quisquam cordatus ita intelligendam asseret, ut juventus catholica, quocunque discrimine ac praejudicio religionis suae, ad scholas ac instituta acatholicorum se effundere possit; aut vero, quod ex pietate et religiosa morum probitate christiano-catholica, minus utilitatis, minus praesidii in Statum redundet, quam ex illustratis neotericorum, aut aliter sentientium collegiis? !

Et haec sunt, quae Ecclesiam hungaricam in dies magis affligunt, justissima gravamina; quorum cuncta et singula, praeter jam adlata pluribus adhuc, si necessum fuerit, e variis regni partibus adferendis exemplis luculentissime comprobari poterunt.

Unicum Augustissime Caesar et Rex! quod *stabile et firmum* dici possit, ***reipublicae fundamentum, est vivus religionis catholicae sensus***, qui si omnium civium mentes penetret pervadatque, gladii in vomeres et lanceae in falces secure conflari poterunt, quia, qui Deum timent, illi regem etiam honorificant, redduntque cui tributum, tributum, cui vectigal debent, vectigal, et quidem non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; proinde tunc etiam, dum vindicem Principis gladium effugere possent! Huic religionis sensui, in civibus fovendo et nutriendo, splendidissima, quae augustissimi Sacratissimae Majestatis Vestrae Progenitores omni tempore dederunt exempla, prouti etiam infucata Majestatis Vestrae Sacratissimae pietas speculi instar deserviunt; et ideo sicut illorum piis manibus impensissimum cultum, ita Sacratissimae Majestati Vestrae maximas nomine Ecclesiae Catholicae referimus gratias! !

In tanto igitur, tamque gravi animarum et utriusque reipublicae discrimine, ne propter neglectum pastoralis nostri officii aliquando a Divino Pastore justo judicio condemnemur; sed et maledictionem posteritatis a cineribus nostris aversuri: sustinemus Majestatem Vestram non solum qua regem apostolicum, sed et ut publi-

cae moralitatis, in regnis glorioso sceptro Suo divinitus subjectis, naturalem vindicem, ardentissima sanctae Matris Ecclesiae voce enixissime interpellare: dignetur ecclesiasticam potestatem, malo remediis moralibus obviare adnisam, gladio etiam materiali succollare, et preces nostras, in causa religionis et Ecclesiae, imo Civitatis etiam ad augustum Ejusdem thronum de genu directas, clementer suscipere, vulneribusque Ecclesiae hungaricae, cui indigni praesumus, per opportunas altissimas ordinationes medelam adferre.

DEUS autem Optimus Maximus, gratia sua illuminante et roborante praeeat Majestati Vestrae Sacratissimae, ut quod aeternis ejusdem legibus conveniens, animarum saluti, et utrique reipublicae proficuum noverit, id quidem forti animo exequi; contraria vero eadem virtutis alacritate rescindere et eradicare, firmiterque persvasum tenere dignetur, iisdem legibus crescere populorum temporalem prosperitatem, quibus acquiritur aeterna, neque, ut S. Augustinus dicit, posse aliunde beatam fieri Civitatem, et aliunde hominem.

Actum in Conferentiis privatis Episcopatus Hungariae, Budae 7-ma et sequentibus Mensis Junii diebus anni 1852., sub praesidio Principis Primatis et Archi Episcopi Strigoniensis, Joannis Bapt. Scitovszky, praesentibus: Adalberto Bartakovics Agriensi, et Josepho Kunszt Colocensi, Archi-Episcopis; item Basilio Popovics Gr.Catholico Munkácsensi, Basilio Erdélyi Gr.Catholico Magno-Varadinensi, Antonio Karner Jaurinensi, Joanne Ranolder Veszprimiensi, Stephano Kollarcsik Rosnaviensi, Francisco Szaniszló latini ritus Magno-Varadinensi, Stephano Moyses Neosoliensi, Augustino Roskoványi Vaciensi, Emerico Farkas Alba-Regalensi Episcopis; Ignatio Fábry praeconisato Cassoviensi Episcopo, Ludovico Haynald b. nominato Episcopi Transsilvaniensis Coadjutore; denique Michaele Rimely, Archi-Abbate montis Pannoniae, asservatis.

Quorum nomine homagiali cum submissione subscribit, Strigonii die 1-ma Novembris 1852., Sacratissimae Caesar. Reg. Majestatis vestrae perpetuo fidelis subditus et capellanus, Joannes Scitovszky Archi-Episcopus Strigoniensis et Regni Primas.

Inscriptio Clero Curato
danda esse videtur:

Quoad Matriculam. §§. 29. 30. 53. 75.

Quoad Prohibitiones. §§. 4 – 14. item 21. 37. item 76.

Quoad Promulgationes §. 15 – 17. item 38 – 40. 74.

Declaratio mortis absentis conjugis §. 23 – 27.

Leges matrimoniales dd. 8 Oct. 1856.

Prologus. Cum Sua Majestas Art. X. Concordati in effectum deducere intendat, censeri debet non Canones legibus civilibus, sed has illis subordinare velle.

Proinde hae leges pertinent tantum ad Fora civilia, quorum est judicare de accessoriis matrimonii, et id etiam de I. Appendice tantum dici potest.

Art. II. Tanto magis, quod art. 2. id disertè dicatur, quod fora civilia debeant has leges sequi. Retrograda vis tribuitur his legibus ex eo, quod in causis matrimonialibus Catholicorum, etiamsi matrimonia ante 1857. 1. Jan. fuissent inita, tamen hae leges observari debeant.

Art. III. Poenae in transgressores harum legum latae non feriunt illos, qui ante 1857. contra has prohibitiones matrimonium inierunt.

Art. IV. Ad Hungariam non pertinet.

Difficultas. Art. V. Matrimoniis per Forum saeculare solutis e capite Ecclesiae ignoto, Catholicus nunquam, acatholicus vero tantum cum acatholica potest matrimonium inire. Favet Ecclesiae, quia arcet mixta matrimonia, sed non favet parti catholicae lege matrimonii solutae. Cf. §. 72.

Art. VI. ~~Si~~ Matrimonium sensu Ecclesiae validum juxta leges civiles solutum, sine recapitulatione convalidatur, si partes cohabitent et conditiones praescriptas adimpleant.

Art. VII. Matrimonia civilia, vel in exteris Regnis juxta leges ibi vigentes inita, sed legibus Ecclesiae adversa, porro quoque penes Fora civilia tractari debent. Ergo reliqua non. Si Ecclesia talia Matrimonia invalida declaret, sententia effectus civiles non sortietur.

Diffic.

Art. VIII. Si interim pars catholica, civiliter copulata, evincit in foro Cath. nullitatem matrimonii, neque se culpabilem esse, quod matrimonium non convalidetur, tunc forum quoque saeculare debet enunciare nullitatem matrimonii. Juxta §. 48. si impedimentum sub lege illa, qua vigente matrimonium conciliatum est, ignotum fuit, tunc parti egenti competit

interventio.

Art. IX. Si matrimonium, quod legibus civilibus conforriter valuit, ob impedimentum non dispensabile a foro catholico solvi sententia quoad effectus civiles tunc cum habebit vim, si pars aliqua eatenus ad rum civile recurrat.

Art. X. Si matrimonium mixtum legibus civi vigentibus valuit, pars non catholica impedimentum civile culpae ignotum potest a foro civili divortium petere. Adinventu divortio pars non catholi cum non catholico novum matrimo um inire potest. Cf. Art. V.

Diff.

Art. XI. Causae usque 1. Jan. 1857. non conclus si de valore matrimonii sit sermo, ad s saeculum inviari debent.

Art. XII. Si pars non catholica ob impedimentum culpae ignotum divortium petens a catholico repellatur, tunc juxta Art. a foro civili petet divortium.

Causae quoad separationem thori mensae concludentur in illo foro, in suscitatae fuerint antehac.

Art. XIII. A die 1. Jan. 1857. leges civiles, matrimonia catholica respicientes, si novellae legibus adversentur, vigorem amittunt

I. Appendix

§. 2. De valore et effectu sponsalium judicabit saeva sedes. Ubi compensatio aliqua locum habeat, forum saeculare decidet.

§. 3. Catholici juxta leges Ecclesiae proximi matrimonia inire, hae autem continentur in Instructione Append II. pro Sanctis Foris data.

Diff. Ergo leges istae non sunt pro Foris Sanctis, sed tantum civilibus; sed jam Instructio adest etiam pro Consistoriis, et in scripsi illis debent matrimonia iniri; jam vero non omnia sunt Ecclesiae conformia.

§. 4–9. Agit de minorennibus, quorum matrimonia sine legitimo respective consensu illicita sunt.

I.) Quod illicita et non invalida sint, apparet inde, quod §. 14. serius sit de impedimentis, sine quibus matrimonia licita dimittatur sunt. F

§. 10–14. Sunt pariter impedimenta mixta quod sequitur e spiritu §. 3.

§§. 15–17. Nihil videtur mutandum esse, nisi observetur commendatio novitus inducendi

Item e §. 32. qui de eo agit dimittatur, quando minorennis haec dilationem habere possit, non vero, quod matrimonium sit solvendum. Similiter etiam e §. 33.

§. 13. in nexu summatur cum §. 34.

§. 20. Procurator vide Instructio §. 50.

§. 18–20. Non eget explicatione nec Instructione pro Clero.

J) §. 21. Instructio §. 70. Necessaria est Instructio pro Clero, ubi desiderentur litteras Baptismales, et quomodo dijudicet authenticam Indultus necessarii.

J) §§. 23–27. Instructio est necessaria, ne Clerus sine effectu ejus conatum suum faciat.

J) §§. 29. 30. Instructio est clandestinitatem obviantem. vide §. 53.

§. 32. Item quoque patet minorennium matrimonia illicita sed non invalida esse.

Diff. §. 34. Cum in hoc casu non obstante sententia S. Sedis effectus civilis matrimonii tollatur, est ne spes, ut conjuges sibi unirentur? vel dispensatio sub Principis obtinenda? §. 37.

§. 35. Depressionem status Clericalis promovebit.

Juxta §. 38. dispensatio novum in Bannis non referenda inter impedimenta culpae, proinde libera etiam unius dispensatio. Juxta §. 39 verba, qui tamen de tali extra promulgatione videtur agere, nec sermo est de potestate ecclesiastica.

J.) §§. 36. Impedimenta lege ecclesiastica statuta tantum ab Ecclesia removentur, ergo dispensationem in Bannis etiam ab Ecclesia petendae. F

J./§. 37. Impuberum, ad mortem vel lacerandam maternum et adulterorum matrimonia tantum Principis dispensatione sunt licita.

J) §. 38. Instructio danda ob petendam a civili foro dispensationem.

JJ) §. 39. In urgentibus circumstantiis, in periculo mortis, impracticabile et curandum pro obtinenda dispensatione, indignum pro parocho a fidele petere dispensationem, sed optimum esset illum advocare, parte coram illo adjurare et copulare sine ulla mentione dispensationis.

J §. 40 Instr. §. 85. Etiam id debet Clerus scire.

§. 43. Matrimonium inter catholicum et non catholicum initum, donec pars catholica Ecclesiae adhaeret, tantum S. Sedes potest judicare. Si ergo deficiat, saeculare

Cur non adtributur iste favor sententiae fori catholici vide §§. 34. et §. bb. et 72. ubi aliquod remedium est.

§§. 44. Si conjugum acatholicorum pars una convertatur, pars acatholica matrimonium impugnare potest; enuncietur a foro saeculari nullitate, sententia cum ejus communicatur; si vero matrimonium validum pronunciatur, effectus civiles ad mut

Diff. Cur non Ecclesia judicat de valore matrimonii

§§. 45. Vicissim pars catholica potest licet contra valorem matrimonii; enunciato nullitate etc.

§. 46 Si Sacra Sedes sententiam ferit matrimonium esse nullum, tunc haec sententia profunde mente totalis divortii servire potest. Sed vide Infra Si pars acatholica solutionem vinculi non petat, tunc pars catholica urgere potest, ut effectus civiles matrimonii tollantur, si hoc declaratum fuerit, potuerunt partes ad novas nuptias transvolare.

§. 47 in fra. Si pars acatholica non gravatur crimine quo pars catholica in nun catholica cupiditate occasionem dederit divortii, tunc tertentia illi adjudicatur.

Pertinet ad Judicium Saeculare.

Etiam ad Saeculare Forum. §. 48 Si partes acatholicae post initum matrimonium convertantur, de valore matrimonii judicat Consistorium.

Sed si impedimentum illi legitimi, sub quibus copulati sunt, ignotum erat, tunc sententia dissolvens quoad vinculum illum effectum habet, ac si plane solutum fuisset matrimonium. Pars ejus tamen intertentionem auget.

Exg. si prior conjux unius adhuc partis vivat

§. 49. Sententia circa valorem matrimonii coram referri debet ~~Gubernatori~~. Consilio

§§. 50. E matrimonii invalidi ante 1857 forte initi, vel post initi, quale cunque sit impedimentum, natae prolis legitimae censeri debent, si praesertim alter uter putativum Parentum in mecum sit.

Ad Forum Saeculare.

§. 51. Sententia per Fora Matrimonialia data normae instar servet pro judicio confessoria.

Si vero impedimentum aliquod §. 50 designatum subversatur, tunc quoad vinculum eadem fit provisio, ac si virum matrimonii plane solutum fuisset.

§. 52 In tali casu de compensatione inmoventi partis damna, de prolium interventione judicat Forum Civile.

§. 53. Invalidatio ubique debet in scriptis sive copulatio, vide §. 29. 30. Item Infra. 203.

§. 54. Si quis, ad obtinendos effectus civiles, pro irrita habeat sententiam, quae a Foro Catholico lata est viventibus conjugibus aut in sequelam litis, quam vivente conjuge suscitarunt, semper adiri debet Forum Catholicum.

§. 55. Valor matrimonii per mortem soluti a pluribus impugnari non potest et effectus civiles manent.

In tali pertractatione Matrimonii post hac leges inita vel sub his legibus continuata secundum novas leges dijudicari debent.

Ad Consistorium.

Ad Consistorium Mixt.

§. 56. Si tempore initi matrimonii pars una catholica fuit, vel utraque pars tardius conversa sed iterum subversa fuit, tunc juxta leges Europaeae debet valor matrimonii stabilivi.

§. 57. Idem dicitur. Si tempore initi matrimonii pars una catholica fuit, etiamsi tardius deserit, tamen quoad vinculum matrimonii legibus Europaeae subjacet.

Ad Forum Saeculare. §. 58. Si matrimonium ratum per Professionem Religionum alterutrius partis solvatur, pars altera intertentionem petere potest, donec caelebs fuerit. Contractus tamen inter partes, si praeire non convenerant, rigorem amittit.

Ad Consist. et Fora saecularia §§. 59. Conjuges pure catholici, vel si tempore initi matrimonii pars una catholica fuit, separationem thori et mensae a S. Sede petere debent.

Non convenit cum §. 56. quia conjuges ad cathol. religionem converti, porrea aversi etiam ita deberent tractari,

Ad Consist. et Fora saecularia. §. 60. Judex mariti, dum mulier separari vult, huic et prolibus intertentionem provenet. Et simul Forum matrimoniale eatenus edocet.

Ad Consist et Fora saecul. §. 61. Forum matrimoniale, dum sententiam fert divortii, enunciare debet, num partes ea quatenus culpabiles sint.

Ad Consist et Fora saecul. §. 62. Sententia divortii cum Judicio partium communicari debet.

Ad Consist et Fora saecul. §. 63. Habita sententia divortii Judex tentet amicam quoad facultates dividendas, seu ad viam Juris relegandi.

Ad Consist et Fora saecularia §. 64. Post sententiam divortii totalis vel partialis quoad facultates Forum matrimoniale potest compromitti per partes, et ab hinc appellatio non datur.

Ad invalidationem ejusmodi conventionis Judicium ordinarium adiri debet, vel mutuus utriusque partis consensus debet fieri.

Ad Consist et Fora saec. §. 65. Si partes iterum ad communionem redeant repetitum judicium adiri debet.

Ad Consist et Fora saecul. §. 66. Si conjugum non catholicorum pars ad cath. religionem convertatur, tunc quaelibet pars forum sequitur. Cf. §. 44.

Ad Consist et Fora §§. 67. Sententia divortii totalis vel partialis ab alterutro foro lata utramque partem conjugum afficit. Si solutio fit vinculi, pars cath. tantum ad thorum confugere spe separata. Cf. Art. V.

Ad Consist et Fora. §. 68. Si Forum catholicum sententiam ferat separationis thori et mensae, tunc pars acatholica a suo foro solutionem vinculi potest petere.

Ad Consist et Fora. §. 69. Si in nexus sententiae per Forum catholicum latae pars acatholica rea inveniatur, tunc judicium competens quoad facultates sententiam ferat. Idem obtinet, si Forum acatholicum partem catholicam ream inveniat.

Ad Forum saecul. §. 70. Si nulla sit conventio quoad facultates inter partes separatas, tunc juxta leges civiles res decidi tur.

Si pars acatholica lege matrimonii solvatur, pars acatholica non potest praetensiones formare quoad temporalia.

Ad Consist. et Fora saecul. §. 71. Si actore catholico Forum Catholicum sententiam divortii partialis ferat ad indeterminatum tempus, et post triennium nulla spes affulgeat partem Catholicam convivere resumpturam esse, tunc pars acatholica totalem separationem petere potest. Si pars acatholica rea est, catholico det intertentionem.

Ad Consist. et Fora §. 72. Si forum acatholicum vinculum Matrimonii solvat, et partes convivere velint, tunc a Judicio sententiam divortii parte hujus cassatio peti debet.

Ad Consist. et Fora. §. 73. Si vir conjugem suam praegnantem deprehendat, mox ab usu conjugii abstinebit, separationem petet infra mensem, hac non obtenta facultates ita dividentur a Foro Civili, ac si culpa mulieris separatio ad thorum et mensam facta fuisset.

Ad Subditos §. 74. Catholicus Austriae in exteris oris matrimonium iniens, leges ejates quoad Matrimonia catholica observare debet, quae accessoria vero has leges. Si non dum Ibidem habitat, in loco originis etiam debet promulgari.

Instructio §. 78.

I. §. 75. Civis Austriae in exteris oris matrimonium junctus, dum rediverit, matrimonium suum Matriculae inferri curet.

I. §. 76 Si matrimonium solvatur per sententiam vel mortem mariti, mulier praegnans ante partum, si dubius sit status, ante 6 menses non potest matrimonium inire. Si artis periti dicant non adesse fructum in utero, tunc sufficiunt tres menses. Sed Dispensatio peti debet.

§. 77. Poenae in transgressores.

Difficultas. Definitio Raptus Instr. §. 19. data circa finem est erronea et contradicit §. 12. ejusd. Instructionis.

§. 46. Si judicium partis acatholicae valorem matrimonii pronunciat, tunc huic parti liberum est solutionem vinculi matrimonialis postulare. Sententia nullitatis a Foro Catholico lata seu fundamentum legale separationis considerandum est et pertractatio sine constitutione defensoris matrimonii suscipitur. Si separatio non postulatur (a parte non catholica), tunc pars catholica apud Judicium ordinarium postulare potest, ut civilia sua matrimonio innixa jura ita definiantur, regulentur ac si vinculum solutum fuisset. Priusquam sententia feratur et quoad facultates dispositio fiat, neutra partium potest novum matrimonium inire.

§. 47. A die latae sententiae, matrimonium quoad effectus civiles seu solutum considerandum est. Judicio ordinario incumbit lites coram se suscitatas sensu §§. 117 142 legis civilis terminare.

Si inter conjuges quoad jura sua civilia nulla conventio fieri possit, tunc bona, quae utrique parti communia fuerunt, sicut occasione mortis dividentur, contractus vero matrimoniales de regula exspirant.

Exceptio tamen habet locum in favorem partis non catholicae tunc, si huic ejusmodi actio oggeri non possit, quae catholicae parti; si in priori non catholica confessione permansisset, jus tribuisset separationem vinculi, vel thori et mensae petendi, et quidem ita, ut huic parti non catholicae, jura, ad casum viduitatis in contractu matrimoniali, vel haereditatis addicta, donec altera parte vivente novas nuptias inierit, salva maneant.

Insuper judicium Ordinarium, si substantia post separationem parti non catholicae adjuta, ad hujus intertentionem haud sufficiat, ab altera parte certam summam, facultatibus suis convenienter, desumere debet. Haec tamen obligatio cessat, si indigentiae partis non catholicae illam haud amplius exigant, vel si pars non catholica novum matrimonium ineat.

Lex Matrimonialis
dd.o 8 Oct. 1856, quatenus Clero
Curato Instructio dari debeat,
examinata die 9 et 10 De

Ministerium negative respondet
quoad Orphanos. N.o 3415
1857

dd. 4. Aug. 1857 N. 12657/161.

ad remonstrationem dd.o 24. Jul. 857. N.

Protocolla Sessionum in hoc negotio
sunt sub N.is 4487 et 4588
1856.

Paluzzay 20. Dec. 1856. provocat ad §. 79. Instruct
responsum 24. Dec. 1856. N. 4708. Cat. 39.

Agriensis 21. Dec. 1856 responsum 26 Dec. 1856 N.
4738. Cat. 39

Matrimonii revalidatio Rel. 1867 I. 3

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Instructio
pro Iudiciis Ecclesiasticis.

16

[Pesa p. 8.

...tem legis civil. §. 9.

§. 5. Quia minorennium sponsalia parentes juste contradicentes solvere possunt, hic obtutus antehac in Hungaria ignotus deinceps adtendi debebit.
J Cf. §. 107.

§. 19. Ultima raptus expositio sacris Canonibus non innititur; nam si mulier ipsa consentit, ut a viro abducatur, rapta dici non potest, quod parentes inviti fuerint, speciem facti nunc jam non mutat, quia defectus consensus parentum modo non est impedimentum dirimens, sicut olim, sed simplex prohibitio status. Cf. §. 5. 6. 7. 8. legis civilis.
Cf. §. 120.
Cf. Kopp pag. 29. 30.

§. 22. Pars posterior hujus §i antea obscurus fuit, modo lectis novae legis §§is 44–47. et 68.

§. 24. Difficultas in parte posteriori §. evanescit, si Bened. XIV. de Synodo Dioec. libri XIII cap. XI. §. 29. legatur. Eg. Jesuitae emittunt votum simplex castitatis, et tamen, donec in societate manet, votum hoc impedimentum dirimens constituit; si relinquat societatem, tunc tantum impediens
Cf. 58.

§. 28. 29. Licet casus rarior sit, aliqua norma tamen esset necessaria. Huc refertur Causa XXX quae. III. c. 1. 5. 6. item Decret. libr 4. tit. 12. cap. unico. Udvardy tom 2. pag. 253. Optimi Canonistae eg. Valter §. 305 dicunt rem hanc his diebus lege patria expediri
Kopp pag. 26. 23. J.

§. 34. Si matrimonium sit invalidum eg. ob defectum habilitatis, impedimentum tamen importat; sed si ex defectu consensus fuit nullum, tunc impedimentum cessat. (Stapf pag. 306).
Cf. §. 80. N. 5.

§. 35. Sponsalia pure idest sine conditione inita.

§. 36. Ut crimen impedimentum constituat, machinatio in mortem conjugis effectum habere debet; sed ad hoc, ut ordinarius dispensationem deneget, sufficit sola machinatio. Vide facultatis formulae tertiae No 5.

§. 50 J

§. 55c. J

§. 51–55. Haec in Hungaria inusitata fuerunt; sed quia deinceps facile in usum deducentur, subinde §. 55 fors Clero intimandus esset.

§. 58. Hic in nexu intelligatur cum §. 24.

§. 60. Aetas sponsorum in denunciatione non videtur attingenda.

§. 61. In Hungaria maneat usus antiquus.

§. 70. Apparet, quod litterae baptismales non sint semper desiderandae.

§. 78. Inviatio parochis danda erit.

§. 79. Iterum sermo de conditionibus §. 55. In disparitate cultus hucdum non est necessaria dispensatio apostolica.

§. 80. puncto 3. pariter destitutus Eppi dispensandi facultate.

§. 80. puncto 5 non subsistit, quia Episcopi tantum tunc possunt dispensare in impedimento publicae honestatis, si illud e sponsalibus proveniat. Cf. §. 34.

§. 90. Pariter intimandum erit parochis.

§. 97. Consilium, non praeceptum videtur.

§. 98. Natura Episcopalis dignitatis secum fert.

§. 99. Causa deciditur non majoritate votorum sed episcopi sententia; imo Vicarii etiam Peterfy Concil. Part. II. pag. 372.

§. 100. Talis consiliarius abstinebit a votisatione et alioquin votum illius non definit.

§. 101. Stapf pag. 388.

§. 101. In Hungaria hoc locum non habet.

§. 102. Observari potest.

§. 103. Transit. Cf. 188.

§. 105. Alioquin id fieret.

§. 106. An sit impedimentum dirimens, etiam parochus dijudicabit in Hungaria.

§. 107. Naturalis prudentia suadet.

§. 108. Aeque bene.

§. 109. Contractus contrahentibus legem parit; sed si aliter videtur, fiat; tanto magis quod

§. 111. Aliter disponatur.

§. 112. Potuisset clarius exprimi, quia id vult dicere, quod celebratio nuptiarum admittenda sit.

§. 113. Utique Episcopus ante omnia rem investigat; dein pro re nata Cursistae committet.

§. 116. Cf. §. 172. Subsistit, si obtineat „voluntarie continuaverat; sed quid si ob viventem coactorem continuet?

§. 117. Valorem matrimonii sub conditione initi ille tantum impugnare potest, qui neque conditionem false allegaverit, neque defectum conditionis studiose reticuerit.

§. 120. Cf. §. 19. Seu fraus et dolus nemini patrocinatur.

§. 121. Si matrimonio impedimentum ligamen obstabat, sed mortua conjuge prima impedimentum cessavit, tunc contra vinculum ille tantum agere potest, qui ignoravit prius matrimonium adfuisse.

§. 122. In omnibus casibus, in quibus jus impugnandi valorem conjugibus non competit, eg. in impedimento consanguinitatis, Judicium Matrimoniale causam suscitat.

§. 136. Si jure suo jam excidit, qui matrimonium olim adcusare poterat, actio non est admittenda.

§. 140. Praxis antiqua manutenenda.

§. 141. Pariter usus maneat.

§. 145. Jurisdictio civilis Judicio matrimoniali assistere debet. Cf. §. 212.

§. 148. Durus est hic sermo, sufficeret dicere: Confessio, quam conjuges contra valorem matrimonii, jam contracti faciunt, suspicione haud caret.

§. 149. Privative competit jus adcusandi matrimonium parti eg. vim passae, vel raptae.

§. 150. Si conjuges non comparent, id valori matrimonii non praejudicat et onus probandi ultro quoque incumbit illi qui matrimonium adcusat.

§. 152. Pro matrimonio admitti potest suspectus etiam testis; contra matrimonium vero non est fide dignus testis censendus ille, contra quem conjuges haud excipiunt. Cf. §. 223.

§. 153. Praesumptiones aliquem testem ~~pro~~ studio alterutrius partium agi, tantum in illis reddunt suspectum, quae in commodum vel detrimentum illius partis vergunt.

§. 154. Tales sunt servi, amici.

§. 157. Confer §. 219.

§. 161. Puncta Deutri deinceps quoque solita ratione parentur, quia haec brevior et securior est.

§. 163. Nec necesse, nec possibile semper est.

§. 165. Si agatur de circumstantia, a qua valor matrimonii pendet, minime sufficit, quod exceptio contra testem facta haud sit sufficienter fundata; sed necesse est testem omni exceptione majorem esse, neque perjurii suspicioni obnoxium.

§. 166. Quando eg. medici investigationem instituunt.

§. 167. Cf. §. 227. Jusjurandum generale in medicis non sufficit, sed semper et in singulo casu distinctum jusjurandum emittant.

§. 171. In Heffert quaerendus erit casus.

§. 174. Normae de confessione conjugum propositi idest §§. 169 et segg.
Hic aliquid novi praescribitur de tertio rei perito.

§. 175. Et quidem juxta Decret. Greg. libri 4. tit. 15 cap. 5. 7. cum septima manu propinquorum. Cf. Kopsc pag. 17.

§. 179. Taliter ergo duae sententiae contra matrimonium non sufficiunt. sed Cf. §. 181. et adi

§. 181. Finalis habenda seu juxta §. 179. matrimonii valor pronunciandus.

Fintra 10 dies. Const. Dei miseratione §. 9.

§. 184. F

§. 185 ~~§. 186.~~ In praxi id fere est impossibile, in Hungaria inusitatum.

§. 186. Similiter, quia in superiori foro alter est Defensor matrimonii.

§. 188. Cf. §. 103.

§. 189. Si partes intra decem a citatione facta dies exceptionem contra competentiam fori formare negligant, excidunt jure latam sententiam impugnandi. Non ita Superior Judex.

§. 190. Fors dicere vult: si sententia feratur a Superiore Judice contra competentiam primi fori vel generatim, dum contra competentiam causa erigitur, locum appellatio non ha

§. 194. Hoc novum est, sed non noxium.

§. 195. Pariter novum est.

§. 196. Si novae probae producantur, processus de valore novitus inchoari potest.

§. 197. Similiter quando sententia primae instantiae irrita declaratur Cf. §. 189.

§. 198. Ille cujus impotentia absoluta judicialiter enunciata est, ad novas nuptias admittere haud potest.

§. 199. Vide Stepf pag. 238 N. 1. quia nimirum matrimonium invalidum fuit, per novas nuptias crimen adulterii non incurrere

§. 200. Leges civiles de arbitris excutiantur.

§. 204. J

§. 212. Jurisdictio civilis etiam parocho assistere debet. Cf §. 145.

§. 214. Usus antiquus manutenendus.

§. 215 et segg. maneat usus antiquus.

§. 219. Confer §. 157.

§. 223. Cf. §. 152.

§. 224. Cf. §. 146. Coram judicio examinandi sunt; bonum quidem est, sed diffi

§. 226. Etiam est novum sed non malum Cf §. 163.

§. 227. Rei periti non jurant in talu casu, sicut dum agitur de vinculo Cf. §. 167.

§. 229. Quoad adulterium praesumptio violenta sufficit.

§. 233. Provisio bona et sapiens.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

§. 235. Citatio per Ephemerides.

§. 236. Si sustentatio innocenti assignanda censeatur, jurisdictio civilis eatenus per S. Sedem admoneatur.

§. 241. Potest ergo manere usus, ut inter conjuges nobiliores mutuo consensu facta separatio a S. Sede confirmetur.

§. 243. Partibus nimis favet, sicut §. 241.

§. 244. Si partes Judicii arbitrio acquiescant, quid agendum?

§. 250. Pariter matriculae inseratur.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Instructio pro Sacris
Iudiciis.

In sessione die 19. Dec. 1856
pertractata.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

117

Erlaß

an das fürsterzbischöfliche Ehegericht

von

Wien.

Da Mein Ehegericht bei Mir angefragt hat, ob in dem Urtheile über Ehescheidungen die Beweggründe der richterlichen Entscheidung auszudrücken seyen, so finde Ich Mich bestimmt, darüber nach Maßgabe der Anweisung für die Ehegerichte die nachstehende Erläuterung und Vorschrift zu geben.

Jedes Urtheil muß Alles enthalten, was erforderlich ist, um den Gegenstand der gefällten Entscheidung gehörig zu bestimmen. In einem Urtheile über die Giltigkeit der Ehe ist also das Hinderniß, um dessen willen die Ehe bestritten oder von Amtswegen untersucht wurde, genau anzugeben. Daß man aber im Urtheile auf die Entwicklung der Gründe eingehe, durch welche das Ehegericht bewogen wurde, für oder gegen das Vorhandenseyn des Hindernisses zu entscheiden, ist weder durch die Natur der Sache, noch durch die Vorschriften des Kirchengesetzes geboten. Allein bei der Anweisung für die Ehegerichte handelte es sich nicht blos darum, eine dem Kirchengesetze entsprechende Richtschnur aufzustellen, sondern auch dem Staate alle von ihm gewünschten Bürgschaften so viel als möglich zu geben. Die Entscheidung über die Giltigkeit der Ehe war der Mittelpunct der Bedenken, welche sich wider die Herstellung der kirchlichen Gerichtsbarkeit in Ehesachen erhoben. Daß hievon das Schicksal ganzer Familien abhänge, liegt am Tage; daß das weltliche Gericht im Durchschnitte die Festigkeit des Ehebandes mit Erfolg geschützt habe, darf nicht verkannt werden. Um also den Staat von der Gewissenhaftigkeit, womit das geistliche Gericht seine Aufgabe erfülle, fortwährend in Kenntniß zu erhalten, und dennoch jeden Schein einer der Kirche auferlegten Controlle zu vermeiden, wurde festgesetzt, daß in Urtheilen über die Giltigkeit

der Ehe die Gründe (**rationum momenta**), welche das Ehegericht zu der gefällten Entscheidung bestimmten, kurz, aber ohne etwas Wesentliches zu übergehen, darzulegen seyen; es wurde ferner bestimmt, daß jedes solche Urtheil von dem Bischofe dem Statthalter solle mitgetheilt werden. Beide Vorschriften gehören zusammen und verfolgen denselben Zweck.

Hinsichtlich der Urtheile, welche über eine Scheidungsklage gefällt werden, ergab sich keine Nothwendigkeit, über Dasjenige hinauszugehen, was durch die Natur der Sache und die Vorschriften des Kirchengesetzes geboten ist. Wird also auf Scheidung erkannt, so muß der gesetzliche Grund, aus welchem der Kläger nach Ermessen des Ehegerichtes zu Aufhebung der ehlichen Gemeinschaft berechtigt ist (**causa separationis**), mit Ausnahme des in §. 243 erwähnten Falles allerdings ausgedrückt werden; aber auf Entwicklung der Gründe, aus welchen man das Vorhandenseyn des Scheidungsgrundes als bewiesen annahm, ist nicht einzugehen. Wird also z. B. eine Scheidung wegen Ehebruch bewilligt, so genügt es zu sagen: „Da es vollständig bewiesen ist, daß die (der) Beklagte sich des Ehebruches schuldig gemacht habe, . . .“ oder nach Umständen: „Da Thatsachen, in Folge derer ein begangener Ehebruch mit einer an Gewißheit gränzenden Wahrscheinlichkeit (**praesumtio violenta**) vorauszusetzen ist, vollständig bewiesen sind . . .“

Von demselben Grundsatze ist auch dann auszugehen, wenn eine Scheidungsklage zurückgewiesen wird, z. B. „Da für den behaupteten Ehebruch kein gesetzlicher Beweis hergestellt wurde . . .“ „Da die Anklage des Ehebruches sich als gänzlich unbegründet erwiesen hat . . .“ — Beruft der Kläger sich auf Thatsachen, welche selbst unter Voraussetzung ihrer Richtigkeit keinen Scheidungsgrund zu bewirken vermöchten, so wird es zweckmäßig seyn, dieß bemerklich zu machen, z. B. „Da die Thatsachen, welche der Kläger als eine die Scheidung begründende Kränkung (Mißhandlung) geltend macht, [nur theilweise erwiesen (nicht erwiesen) und überdieß] so beschaffen sind, daß sie sogar, wenn sie vollständig erwiesen wären, einen gesetzlichen Grund zu Aufhebung der ehlichen Gemeinschaft nicht darzubieten vermöchten . . .“

Wiewol die weltlichen Gesetze für das geistliche Gericht nicht maßgebend sind, so trifft es sich doch, daß in der bezeichneten Weise alle Bedingungen erfüllt werden, welche die allgemeine Gerichtsordnung an ein Urtheil stellt: denn dieselbe verfügt §. 248: „Der Spruch selbst soll dem Begehren der Parteien gemäß verständlich und klar abgefaßt, in demselben aber von den Beweggründen, welche den Richter zu dessen Abfassung bestimmt haben, nichts erwähnt werden.“ Bei Urtheilen über Scheidungsklagen pflegte der weltliche Richter nicht einmal den gesetzlichen Scheidungsgrund namhaft zu machen, sondern blos auszudrücken, welcher von beiden Ehegatten oder ob beide oder auch keiner von ihnen an der Scheidung Schuld trage. Dagegen verfügt die allgemeine Gerichtsordnung §. 251, daß bei jedem Spruche, über welchen eine weitere Beschwerdeführung offen stehe, den Parteien auf Ansuchen derselben längstens drei Tage nach Zustellung des Urtheiles die Entscheidungsgründe hinausgegeben werden sollen, und eine solche Mittheilung, welche von dem Secretäre allein unterzeichnet wird, fand auch bei Urtheilen über Scheidungsklagen statt. Diese Verfügung des weltlichen Gesetzes

als eine Richtschnur für das geistliche Gericht aufzustellen, erschien weder als nothwendig noch als räthlich. Die zweite und dritte Instanz erhält ohnehin alle Behelfe, welche dazu dienen können, die Gerechtigkeit des gefällten Spruches zu beurtheilen. Jeder Theil wird schon während der Verhandlung mit den Beweismitteln des Gegentheiles vollkommen bekannt gemacht; auch steht es ihm frei, um eine Abschrift der Protocolle anzusuchen, so daß ihm alle Mittel, sein Recht vor der höheren Instanz zu vertreten, gewährt sind. Ueberdieß hat der kirchliche Richter die traurigen Verhandlungen über Scheidungsklagen von einem anderen Standpuncte zu beurtheilen, als der weltliche. Der weltliche sah in denselben eine bloße bürgerliche Streitsache und es war seines Amtes auf sie die Gesetze anzuwenden, welche für alle bürgerlichen Streitsachen gelten. Die Kirche behält immer und in Allem das Seelenheil und das Gesetz der christlichen Vollkommenheit vor Augen und ihre Ehegerichte sollen das ganze Bestreben darauf richten, die ehliche Gemeinschaft aufrecht zu erhalten, oder wenn dieß für den Augenblick unerreichbar ja sogar unrathsam wäre, wenigstens Alles zu vermeiden, was eine künftige Wiederherstellung derselben erschweren könnte. Deßwegen wird in der Anweisung für die Ehegerichte mit vollem Rechte der Grundsatz aufgestellt, daß bei Ehescheidungen alle nicht schlechthin nothwendigen Förmlichkeiten zu vermeiden seyen. Es ist kaum denkbar, daß der Sachfällige deßhalb, weil ihm die Beweggründe der Ehescheidung nicht kundgemacht werden, der Mittel, sein Recht zu schützen, entbehren sollte. Es ist aber sehr leicht möglich, daß er in der Mittheilung der Entscheidungsgründe einen Anhalt findet, den Streit muthwillig zu verlängern und die wechselseitige Erbitterung zu steigern.

Daher macht die Anweisung für die Ehegerichte von einer Darlegung der Beweggründe des Urtheiles, welche auf Ansuchen der Parteien zu geschehen hätte, nicht die geringste Erwähnung, und wenn der Sachfällige ein solches Verlangen stellt, so ist ihm zu bedeuten, daß §. 251 der allgemeinen Gerichtsordnung für das geistliche Gericht nicht maßgebend sey.

Gegeben zu Wien am 26. Mai 1857.

Joseph Othmar.

№ 3 1210.

pr. 3. Julii 1857.

pro notitia

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Druck von A. Dorfmeister.

Vom fürsterzbischöfl. Consistorium in Wien.

28/6

An

das Hochwürdigste

Fürsterzbischöfliche Consistorium

zu Gran.

In stricte offsis.

WIEN 27/6 4 A.

GRAN 28/6

18.

Nr. 4542.

Honorabili Districtui..... salutem in Domino!

Doctrina Ecclesiae catholicae est, causas matrimoniales ad forum suum pertinere. Christum Dominum, dum matrimonium ad dignitatem Sacramenti evexit, potestatem quoque de valore et conditionibus ejusdem judicandi, non alteri, quam Ecclesiae suae addixisse, pro certo tenemus. Hinc factum est, quod Ecclesia catholica quoad res matrimonii sicut in plerisque aliis catholicis Statibus, ita in patria quoque nostra constanter in reali potestatis suae judiciariae exercitio fuerit, actuque permaneat.

Sed vero in ita dictis haereditariis provinciis Austriae, facto Regiminis, potestas haec causas matrimoniales dijudicandi, ad Judicia civilia ante septem decennia devoluta est.

Magni nominis Imperator Franciscus I. meditabatur quidem jam, nativum hoc jus Ecclesiae reddere, gloria tamen hoc salutare consilium in effectum deducendi, nunc gloriose regnanti Augustissimo Imperatori et Regi Apostolico Francisco Josepho I. reservata est, qui faustissimo sane eventu, cum sacra Sede Apostolica solennem Conventionem ineundo, Ecclesiae proprium suum jus reddere decrevit; ac per publicatam vigore Altissimi C. R. Decreti ddto 8-ae Octobris 1856, novam legem matrimonialem, magna cum nominis sui gloria, et ingenti omnium bonorum gratulatione, etiam de facto restituit.

In horum sequelam, in toto latepatente Imperio Austriaco causae matrimoniales catholicorum ab Ecclesiasticis Judicibus cognoscentur, qui ad sacrorum Canonum normam, et cumprimis Concilii Tridentini praescripta, de iis sententiam ferent, remissis ad secularia Judicia iis tantum rebus, quae civiles duntaxat matrimonii effectus adtingunt, nisi forsan Causantes etiam relate ad harum coordinationem in Judicium Sacrum compromitterent (§. 64.). Instruitur §. 244.

Non absimiliter de Sponsalium existentia, deque effectibus quoad matrimonium impediendum, ab eadem ecclesiastica auctoritate erit imposterum Judicium proferendum. (§. 2.).

Dum itaque Ecclesia Catholica rursum in exercitium nativi sui juris per totam Monarchiam Austriacam reposita est, uberrima nobis suppetit occasio, sicut Ecclesiae universae, ita in specie fratribus nostris, qui jure hoc a septuaginta circiter annis destituebantur, sincere congaugendi, piisimumque Suae Majestatis Sacratissimae consilium dignis laudibus celebrandi.

Sicut interim praelaudata nova Lex Matrimonialis Civilis, quae cum 1-a Januarii proxime ingruentis 1857-i anni die, vim obligantem nansciscetur, avitarum Ecclesiae de Matrimonio sanctionum vigorem restabilit: ita e parte alia, Constitutiones civiles in se continet, quae equidem relationem ad ipsum matrimonii vinculum ceu ad Sacramentum non habent, ad ordinem nihilominus moralem conservandum, bonumque societatis promovendum, apprime conducunt, ac tum ideo, tum etiam ex eo, quod ipse Dominus nos per suum Apostolum ad obedientiam omni potestati praestandam instituat, ab omnibus civibus Imperii Austriaci sancte observari debent, eo strictius, quod nisi sic conjunctiones eorum matrimoniales civiliter quoque licitae efficiantur, effectusque civiles sortiantur.

Ad Vos jam nunc Filii iu Christo Dilectissimi! praeferenter pertinebit, ut praescriptarum harum legum exactam vobis notitiam paretis, ne secus vos legi deesse contingat; quod ut facilius vobis accidat, ego pro munere meo Vobis nonnullas inviationes in Domino dandas esse censui. Etquidem

I.

Personae, quae sine certis cautelis ad Matrimonium admitti hac lege prohibentur, sunt sequentes:

1-o Impuberes utriusque sexus; seu qui 14-um aetatis annum nondum compleverunt (§. 4.), ad Matrimonium admitti possunt, nonnisi impetrata dispensatione (§. 37.) Augustissimi Terrae Principis.

2-o Minorennes, idest illae utriusque sexus personae, quae 24-um aetatis annum nondum sunt egressae, vel etiam majorennes, quae pro se ipsis validam juris obligationem contra here nequeunt (quales sunt: quae post completum etiam 24. aetatis annum patriae potestati ex dispositione legum civilium subjectae manent) ad matrimonium contrahendum opus habent aliorum consensu. Etquidem si pater vivat, requiritur et sufficit consensus illius; si vero pater jam decessit, aut patria potestate excidit, pro minorenni, vel huic aequiparando majorenni tutoris, respective curatoris, nec non illius judicii, cui subjacet, consensus (§§. 5. 6. 7) expetendus erit.

Si alicui minorenni, aut majorenni sub curatela constituto consensus ad matrimonium denegetur, is jus habet Ordinarii Judicis opem implorandi.

De modo, quo consensus in matrimonium minorennium declarandus est, lex civilis matrimonialis nihil disponit; Vobis tamen pro norma haec serviant: si pater — ~~aut tutor — aut Curator~~ in loco ubi matrimonium contrahitur, habitat, consensum suum parocho coram duobus testibus in aede parochiali declaret; haec declaratio in matricam copulatorum inscribi et manu patris subscribi debet; quo artis scribendi ignaro tertius adhibendus est nomen patris subscripturus, duobus aliis testibus confirmantibus, subscriptionem tertii, patris loco factam esse. Si vero pater alibi domicilietur, consensum suum scripto per duos testes confirmato declaret, est necesse; quod parocho exhibendum, et in archivo parochiali reponendum est; pariter scriptus consensus jurisdictionis civilis in archivo conservandus est. Quoad matrimonia autem minorennium, aut his aequiparandorum majorennium, declaratio tutoris, respective curatoris, eique superinductus concernentis judicii consensus scripto exhiberi debet.

3-o Ne quoad exteros minorennes matrimonium in Monarchia Austriaca inire volentes error committatur: scriptus et a respectivo regimine obtentus consensus Ordinariatui erit exhibendus (§. 7.).

4-o Milites et militari Jurisdictioni subjectae personae (§. 10.) copulari non possunt absque scripta facultate a respectivo militari superiore obtenta; taliter editi antea, circa hos, ordines porro obsorvandi venient.

5- Ne respectu continentiarum §. 11. erroris periculo exponamini, qui indicat certis in casibus, etquidem quoad personas nefors vitae mediis destitutas, civilis Jurisdictionis, quoad Officiales Status vero respectivi Superioris consensu opus esse: vobis impense commendamus, ut edendas pro Hungaria quoque eatenus Ordinationes speciales tempestive cognoscere studeatis, vobis abhinc quoque de tempore intimandas. *Simon pag. 13. Kerpen pag. 14.*

6-o Criminis reis, ad mortem vel gravem Carcerem damnatis a die publicatae sententiae matrimonium contrahere non licet. Prohibitio haec cessat, si condemnatus vel gratiam consequatur, vel tempus poenae effluat. Hi tamen prius quoque ad matrimonium admitti possunt cum Altissimo indultu Summi Terrae Principis (§§. 12. 37.).

7-o Adulteri, id est personae, quae adulterii secum invicem perpetrati reas se effecerunt (§. 13.) — etiamsi non adsint conditiones, quae illud matrimonii impedimentum dirimens juxta sanctiones canonicas efficiunt — Matrimonium licite contrahere non possunt. Idmodi tamen adulterii realitas per Judicium Criminale, vel per Sedem Consistorialem declarata sit, opportet; adeoque sola notorietas, aut etiam confessio conjugis privata et extrajudicialis prohibitionem civilem haud inducit. *Cf. Legg civily §. 34.*

8. Instruct. §. 50.

8-o Procurator non potest pro alio Matrimonium contrahere, nisi sit ad id provisus speciali facultate C. R. Officii Locumtenentiae; item literis mandatariis, in quibus persona, quacum matrimonium intenditur, sufficienter determinata sit (§. 20.).

9-o Matrimonio sententia Judicis vel morte mariti soluto, vetitum est uxori praegnanti ante partum, et si de graviditate ejus dubium oritur, ante completum sextum mensem, ad novas nuptias transire. Si vero idmodi mulier citius copulari cuperet, et judicio artisperitorum graviditas verosimilis haud censeretur, tunc post effluxum trium mensium in casu primo C. R. Officium Locumtenentiae, aut si in loco tale non esset, Jurisdictio Comitatensis — in casu autem secundo tantummodo C. R. Officii Locumtenentiae indultum ad matrimonium elargiri potest (§§. 76. et 77.).

Qui praedeductis prohibitionibus civilibus, demto puncto 5. superiore, contraveniunt, poenam (§. 35.) statutam, in stricta reclusione ad tempus trium usque sex mensium consistentem, imo pro re nata etiam graviorem incurrunt.

Ut ergo tutissimo calle procedatis (juxta §. 21.) a copulandis desiderabitis:

ad Instructio §. 70. Legg §. 21.

a) literas baptismales, nisi sponsi ex eadem parochia oriundi sint, intra cujus ambitum copulantur. *Kerpen pag. 15.*

b) testimonium de rite peracta proclamatione.

c) de consensu patris, vel tutoris, vel curatoris, ac respectivae civilis jurisdictiouis, in quantum tali egent.

d) testimonium de licentia concessa, si sponsi sint jurisdictioni militari obnoxii.

e) facultatem Officii C. R. Locumtenentiae, si matrimonium per procuratorem sit celebrandum.

f) prohibetur parochus ad copulationem procedere, si aliquod impedimentum seu dirimens, seu impediens obmoveatur, donec re in apricum deducta difficultates omnes sublatae non fuerint. Adeoque personae ignotae authenticum testimonium super statu suo libero; vidui, viduae literas mortuales defuncti conjugis; ad vinculum divortiati literas sententionales producant, est necesse, ut possint copulari.

g) si alterutra pars conjugum dispareat, et remanens novas nuptias expetat, eadem ad Jurisdictionem civilem invianda erit, ut in ubicationom vel mortem disparentis conjugis inquiratur; nec citius ab copulationem Curatus procedat, quam conformi utriusque potestatis ecclesiasticae et civilis judicio disparens pars pro mortua declarata fuerit. *Instructio §. 246.*

II.

De Dispensationibus.

A) Impedimenta canonica tam impedientia, quam dirimentia matrimonium, a quibus dispensatio datur, deinceps quoque per potestatem ecclesiasticam relaxabuntur. (§. 36.).

B) Quae parochus quoad proclamationes futuri matrimonii observare debet, ut huic legi civili satisfiat, ad ea potissimum reducuntur, quae hactenus quoque hac in re usu veniebant; eo excepto, quod si matrimonium post peractas trinas promulgationes non illico contrahatur, trina promulgatio non — prout hucusque — post duos, verum post sex menses solum repetenda sit (17.).

C) Majorem mutationem subit praxis, quae circa elargiri solitas dispensationes in bannis viguit. Nimirum jus dispensandi in promulgationibus, ut adusque fuit, manet penes Ecclesiam. Siquidem vero lex (§. 14.) prohiberet, sine denunciationibus sponsos copulare, etiam potestatis civilis in dispensationem per Ordinariatum datam consensus accedere debet, (§. 38.) et hinc quotiescunque dispensatio talis necessaria visa fuerit, primo a jurisdictione ecclesiastica, et hac obtenta a civili quoque potestate petenda erit. Etquidem

D) Si Dispensatio a duabus denunciationibus ab Ordinariatu obtenta est, sponsi pro consensu civili ad comitatensem, si haec in loco est; secus ad processualem jurisdictionem inviandi erunt. Si vero in tribus promulgationibus obtineatur ab Ecclesia relaxatio, sponsi inviabuntur ad C. R. Locumtenentiale Officium; in casibus tamen ocyorem copulationem urgentibus, v. g. si personae opinione communi pro conjugatis haberentur (§. 40.), tunc jurisdictio comitatensis adeunda erit. Si denique opinione medici, vel aliorum prudentium virorum et personarum, ob imminentem mortem, petendae a longinquo dispensationi tempus non supperteret, tunc parochus aut alter moribundo assistens sacerdos potestate mea, quam eidem pro hoc duntaxat casu delego, dispensationem a tribus denunciationibus verbaliter elargietur, simul tamen processualis etiam, et in hujus absentia localis jurisdictionis consensum impetrabit. Singulum autem idmodi casum mihi referetis, ut realitas periculi cognita habeatur. *Instructio §. 83.*

E) Curae vobis erit, ut ad exigentiam legis (§§. 39. 40.), quotiescunque a tribus promulgationibus necessariam censueritis dispensationem, primum et ante omnia adjuret parochus in praesentia fidedignae personae sponsos super eo, quod ad suam notitiam, nullum inter eos intercedat matrimonii impedimentum. *Inst. §. 85.*

F) E tenoribus praecedentium punctorum animadvertitis Charissimi! omnem dispensationem cum minori, majorive difficultate et molestia conjunctam esse, eapropter opportune consuletis fidelibus vestris, si eosdem praevie semper monueritis, ut conformiter dispositioni Ecclesiae, nisi justae adsint rationes, semet promulgari curent.

III.

Circa Matricam Copulatorum.

G) Praeter ea, quae hactenus matricae copulatorum inscribebantur, e dispositione legis civilis matrimonialis insuper inscribi debet etiam nomen et cognomen, religio et conditio parentum sponsorum; porro religio et conditio testium; item nomen Sacardotis copulantis, etquidem nomen Parochi adminus initio cujusvis paginae, Coopetatoris autem aut alterius Sacerdotis in singulo casu. Denique indicanda sunt etiam documenta, ope quorum occurrentes nefors obices sublati fuerunt, v. g. dispensatio in bannis, in impedimento canonico, aut civili prohibitione; consensus in matrimonium minorennium; licentia militi concessa; etc.

H) Si matrimonium contractum fuit coram Episcopo ipso, vel coram Sacerdote, qui immediate ab Episcopo delegationem habuit, tunc Parochus sponsorum proprius de contracto taliter matrimonio edoceri debet, qui illud in matricam suae parochiae praescripto modo inferre tenetur.

I) Si Parochus proprius sponsorum sacerdotem alterum deleget, ad sponsos in alia parochia, ad quam neuter illorum pertinet, copulaudos, tam ipse delegans, ubi intellexerit intra octiduum sponsos copulatos esse, in suae parochiae matricam, quam Delegatus in loco copulationis matrimonium hoc matricae inferet.

K) Si matrimonium aliquod pro nullo sententia judiciali declaretur, declaratio haec nullitatis adnotanda est, etquidem in matrica illius Ecclesiae, vel illarum Ecclesiarum, in quibus sensu superiorum punctorum inscribi debet. *Inst. §. 90.*

L) Subditus austriacus, qui matrimonium extra fines Imperii contraxit, tenetur matrimonii sui inscriptionem procurare in matriculam illius parochiae, intra cujus ambitum domicilium figet. *Instructio §. 78, 203 204.*

Atque haec sunt, Fratres et Filii in Christo dilectissimi! quae quoad legem civilem, novissime circa matrimonium latam, per summos apices vobis communicanda erant. Negotium hoc utique summa semper attentione prosequar, neque negligam ad vestram notitiam perferre, quae vobis necessaria vel utilia fore censuero. Imo illa etiam puncta, quae stricte ad sacra Judicia pertinent, subin vobis intimabo, in quantum nimirum eorumdem notitia necessaria erit, dum vos in vestra sphaera judicum munere fungi contigerit.

Pro coronide anuncio vobis aliqua jam prodiisse opuscula, quae ad rectius intelligendam novellarem legem multum conferre possunt; etquidem lingva latina:

1) Lex civilis matrimonialis catholicorum in Imperio Austriaco brevibus notis illustrata pro usu et directione parochorum in Hungaria et partibus eidem olim adnexis. In subsidium Sororum Misericordiae Pestinensium. Pestini erga 24 xr.

2) Sabariae, sub titulo: Jus matrimoniale novissimum, auctore Joanne Kopsz editum. Erga 30 xr.

Lingva germanica:

3) Erläuterung des Gesetzes über die Ehen der Katholiken im Kaiserthume Österreich, von Dr. Johann Fridrich Schulte; Pragae, erga 1 fl. 12 xr.

4) Das Eherecht der Katholiken im Kaiserthume Österreich. Viennae, pariter erga 1 fl. 24 xr.

Ubi desideria vestra aliquod operum horum possidendi innotuerint, Cancellaria mea non morabitur exemplaria procurare.

Datum Strigonii Festo S. Luciae V. et M. 1856.

Joannes Cardinalis Scitovszky m. p.
AEppus Strigon. Primas Regni Hungariae.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Strigonii, typis E. Horak.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 628.

Communitatis ad Docentem correlatio. Munus Notarii et Docentis quo pacto coniungendum?

E perlatis horsum pluribus casibus, in merito coniunctionis muneris notarialis cum officio Docentis novissime emergentibus manifestum fit, redditam Communitatibus locales suos Magistratus restaurandi libertatem, ad ipsos etiam scholarum elementarium Docentes muniis notarialibus gravandos, in proventibus scholaribus restringendos, quin imo locis suis movendos extendi. Perperam istud fieri, praeterquam quod nullo ausus idmodi legis praesidio nitantur, sat superque evincitur ex eo, quod Docentes scholarum, ceu Ecclesiae servi, ratione institutionis pubis scholaris et sacrarum functionum, ecclesiasticae Jurisdictioni, nequaquam vero Communitatum dispositioni obnoxii sint. Ut adeo ipsos aliis functionibus cum detrimento principalium suorum obligaminum gravare, emolumenta ipsorum imminuere, vel plane servitio scholari eosdem privare neutiquam Communitatibus integrum sit. Ne igitur hae simile quid via facti attentare praesumant, sequentes obtutus oculis ipsarum sistatis, oportet.

I. Quantum ad personam Docentum, Communitates in sensu altiorum ordinum in nominationem eorumdem voto suo positive influunt, desiderioque ipsarum legaliter manifestato, atque a reliquis etiam electionis factoribus, puta: scholarum Inspectore, Directore, terrestrali item Dominio congrue succollato, a parte Ordinarii in regula deferri solet. Igitur Docentem suum Communitas haud independenter eligit, ideoque nec independenter et arbitrarie cum persona ipsius disponere potest. Quodsi de Docente ob legales causas a munere amovendo agatur, in denunciationis veritatem ope fassionis testium investigari, et pro re nata admonitio exerranti Docenti a parte Officii dioecesani impertiri, nec nisi in casu incorrigibilitatis Docens idmodi loco suo per Ordinarium moveri, aut politico Dicasterio pro dimissione e servitio proponi solet. Quotiescunque igitur causa querulandi contra Docentem subversatur, malo medelam apud immediatos eiusdem praeordinatos, scholae Directorem scilicet et Inspectorem, atque adiunctis ita poscentibus, apud dioecesanum hocce Officium quaerere satagat Communitas, nequaquam vero iudicem ipsamet agere audeat.

Quod provisionem Docentum attinet, haec vel visitatione canonica defixa, vel ope fassionum, ut vocant scholarium, Loci altioris auctoritate probatarum, stabilita existit. Vim instrumentorum horum pro arbitrio infringere nemini integrum est. Nec proin ius ullum Communitatibus suffragatur, emolumenta Docentum ullo sub praetextu imminuendi, vel dimissionem eorumdem e servitio quocunquedemum sub titulo arbitrario praesuscipiendi. Omnis illegalis in hoc genere ausus, iniuriaque Docentibus quavis ratione inferenda legalibus remediis vindicabitur; siquae eatenus habent postulata, ad dioecesanum isthoc Officium se convertant, est necesse.

II. Designatio et electio, nec non provisio Notariorum ex toto pertinet ad Communitatem et processualem Judlium, et Notarius a Docente ordinarie debet esse distinctus, quia communiter officium Notarii profectum scholarium impedit; id quod sancte omnino constitutum est. Unde si de notarialibus muniis, cum Docentis officio coniungendis alicubi motus fierent, declarandum erit, id nisi cum scitu et annutu Dioecesani fieri posse, cum scholae ad iura Ecclesiae pertineant. Et hinc

III. Ratione coniunctionis muneris notarialis cum officio Docentis principii instar tenendum erit, coniunctionem dictorum duorum munerum in Communitatibus minoribus, habita insufficientiae earumdem Notarium distinctim providendi ratione, tolerari aut praesuscipi posse, dummodo institutio scholaris detrimentum haud patiatur, tempus institutioni sacratum Docens muniis notarialibus haud insumat, neque — et quidem sub comminatione amissionis servitii scholaris — institutionem scholarem proprio arbitrio, sine scitu et annutu scholae Directoris abrumpere, aut horas institutionis imminuere audeat, prout idipsum altioribus etiam ordinibus sub 10-a Augusti anni praet. Nr. 3257. abhinc publicatis cautum est. Haec porro coniunctio tantum ibi admittetur, ubi obli-

gationes notariales tam raro occurrunt, ut horae scholarum turbandae non sint, nec scholarium numerus quinquagenarium longe excedit; ubi enim hoc numero plures fuerint scholares, subdocente inomisse opus est, qui Docentis, ob munia notarialia absentis, aut secus impediti vices agat; ubi vero proles in duobus conclavibus instituuntur, conjunctio muneris notarialis cum officio Docentis admitti nullatenus potest. Ad fideles Vestros debite de principiis his capacitandos, si opus foret, politicorum etiam officialium operam congrue imploretis, nec patiamini, ut obventiones Docentum in solvenda fatigia notarialia imputentur, utpote quorum remuneratio ad privatam conventionem, inter Docentem et Comunitatem ineundam, referenda est. Strigonii die 7-a Februarii 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep. Strig.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Strigonii, typis E. Horák.

21 47

Nro. 11.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1485.
Statio Docentis in Bottfalu vacat.

Pro hac labii slavici Docentis una Cantoris statione Concursus in 5-am Junii a. curr. praesentibus annunciatur. Emolumenta eiusdem consistunt in 79 flnis val. austr. e fundis publicis percipi solitis; 16 flnis, quos coloni praestant; 6 flnis 40 xris val. austr. ab institutione prolium; 4 flnis 11 xris e fundatione; item 4 flnis 20 xris e stola obvenientibus; 10 metr. pos. grani mixti; in 10 curribus lignorum focalium; cauleto denique et fructu agellorum ¾ et ½ metr. pos. capacium. Domus scholaris duobus cubilibus, quorum unum prolibus scholaribus deservit, culina item et camera absolvitur, domuique hortulus adiacet.

Recursus debite instructi Martino Kiska Parocho Miaväensi, vices infirmi scholarum Inspectoris obeunti inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 3-a Maii 1861.

Nr. 1506.
Stationes Spiritualium Viennae et Strigonii vacant.

Tam in Collegio Pazmaniano Viennensi, quam in Seminario ad S. Stephanum Strigoniensi munus Spiritualis Directoris in vacantiam recidit. Notum hoc Vobis reddo cum eo, ut, siqui alterutram stationem obtinere cuperetis, recursus usque finem mensis Maii mihi exhibeatis.

Pro directione autem adnoto, utriusque Seminarii hujus Directori Spirituali praeter generalem Alumnos in Spiritualibus manuducendi obligationem incumbere: binis per annum vicibus Clero iuniori triduana Exercitia Spiritualia asservare, — matutinis pariter ac vespertinis communibus precibus intervenire, et post matutinas quidem preces meditationem sacram, quae diligenter pro singula die elaboranda et chartae mandanda est, per horae quadrantem instituere, post vespertinas autem materiam meditationis pro sequenti die assignare. Spiritualis Director Seminarii Strigoniensis insuper Exercitia spiritualia Ordinandorum toties, quoties ordinatio fit, asservanda habet. Budae die 29-a Aprilis 1861.

Nr. 1714.
Pestinense ad B. M. V. Assumtam Parochiale Beneficium vacat.

Per promotionem Antonii Szántófy, Praepositi, VADiaconi, Parochi Pestinensis ad Assumtam in Coelos B. M. V. in Canonicum M. E. Strig. nunc dictum Beneficium Parochiale in canonicam vacantiam recidit. Qui pro eo recurrere desiderabunt, recursus Magistratui civico Pestinensi inscriptos usque 10-am affuturi mensis Junii isthuc exhibendos habebunt. Strigonii die 6-a Maii 1861.

Nr. 1731.
Taxae a Parochis fundi Relig. et Studiorum, occasione nominationis indebite desumtae, restituentur.

Siquidem in aliquibus locis evenerit, quod a Parochis Patronatus fundorum Religionis, et Studiorum quaepiam taxae, in obversum praevigentis hoc in merito normae de Anno 1811. desumtae fuerint, financialis Directio eo inviata existit: ut indebite desumtas huiusmodi taxas concernentibus compensari faciat. Dispositionem hanc nexu Rescripti r. Locumtenentiae hungaricae ddto 17. Aprilis a. c. Nro. 19123. ad notitiam Vestram hisce perfero. Strigonii 6-ta Maii 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 37.
Instantiarum ordo republicatur.

In sensu Rescripti Regiae Locumtenentiae Hungaricae ddto 26-ae Decembris anni praeteriti Nr. 44775. emanati, Excelsa Hungarico-Aulica Cancellaria ex occasione certi specialis casus Clero in memoriam revocari desiderat Intimatum ddto 10-ae Decembris 1788. Nr. $^{5294}/_{47067}$, tenore cuius omnes idividuorum ecclesiasticorum tam secularium quam regularium ad altiores Instantias recursus non alia quam dioecesana, vel respectivi Superioris via promovendi veniunt. Strigonii die 4-a Januarii 1861.

Nr. 112.
Docentis in Sz.-Mihályfa statio vacat.

Pro Complenda hacce pure hungarica Docentis una cantoris statione Concursus in 19-am Februarii anni curr. praesentibus defigitur.

Emolumenta eiusdem sunt; fructus 7 iugerorum in pratis et trium iugerorum in agris, quos Docens cultivare tenetur; 35 metr. pos. tritici mixti, nec non 62. flni 64 xri titulo lecticalis praestationis ab hospitibus; ab institutione prolium incirca 56 flni et 200 libones panis; ex stola et Missae sacrificiis circiter 120 flni 29 xri; ex offertoriis et extraordinariis devotionibus 6 flni 80 xri. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera, stabulo et reclinatorio absolvitur, parvo item cubili pro subdocente, si talis adsit.

Recursus requisitis testimoniis instructi VADiacono et Parocho Dunaszerdahelyensi Joanni Szakváry inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 10-a Januarii 1861.

Nr. 220.
Inviatio in Matrimonialibus.

Ex officiosis relationibus mihi per conplures praestitis intellecto eo: quod novi Comitatuum, semet universim in basi legum 1848. coordinantium Magistratuales, editas sub priori Regimine in re matrimoniali ordinationes non tantum manutenere prorsus recusent, sed et Partibus ad eos recurrentibus, quod per Parochos suos irreflexe ad dictas civiles ordinationes matrimonio iungi possint palam declarent: ne exponamini periculo, non tantum cum Magistratualibus, sed et cum ipsis adeo Vestris fidelibus ad collisiones cum gravi curae pastoralis detrimento, Status autem publici nullo emolumento deveniendi: eo Vos praesentibus invio, ut ab urgendis fidelibus Vestris quatenus semet civilibus dispensationibus, consensibus, indultibusque sub antefato priori Regimine inductis providere teneantur, usque ulteriores ordines supersedeatis. Strigonii die 15-a Januarii 1861.

Nr. 127.
Bucsegh Canonicus obiit.

In Festo Epiphaniae Domini pie decedentis Joannis Nep. Bucsegh, E. M. S. Canonici, Abbatis S. Seraphini de Lekér in Scepusio, Archi-Diaconi Neogradensis, in annum tertium Jubilaris Sacerdotis animam piis omnium Vestrum suffragiis devoveo. Strigonii die 11-a Januarii 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

Nro 5.
1861.

JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, PENES EXCELSUM R. LOC. CONSILIUM HUNG. CONSILIARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS, EJUSDEM, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, INCL. COMIT. STRIGON. PERPETUUS ET SUPREMUS COMES, EXCELSAE TABULAE SEPTEMVIRALIS CO-JUDEX, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL., NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

Venerabili Clero Nostro — Fratribus, Filiisque in Christo carissimis!

Nr. 574. Statuta Synodi Dioecesanae Clero transponuntur.

Gaudemus in Domino! quod protegente senectutis Nostrae dies Ejusdem misericordia, praepotente quoque Patrocinio Magnae Dominae Nostrae adjuti, tantillo tardius licet ac optassemus, *Statuta Synodi* Nostrae dioecesanae, anno priore ad finem mensis Septembris in Basilica Strigoniensi asservatae, manibus Vestris consignare valeamus. Accipite ea cum reverentia non minore, ac animi solatio! Ast oro Vos carissimi! ut priusquam lectioni eorum Vos accinxeritis, pia meditatione animo Vestro eam convictionem ingenerare studeatis; quod volumen hoc sit pro Clero Archi-Dioecesis Strigoniensis *Volumen legum*, quemvis Sacerdotem- Clericum- una mecum in conscientia obligantium, neque absque reatu peccati violari queuntium.

Ille Deus locutus est Nobis Dilectissimi — in unum collectis, qui per Filium Suum JESUM Magistrum Nostrum edixit: „*ubi fuerint duo rel tres congregati in nomine meo* — causa veritatum divinarum et salutis fidelium — *ibi sum ego in medio eorum*“, ut dum locuti fuerint, „*non loquantur ex se, sed ex spiritu Patris, qui loquitur ex illis*“. — Fateamur itaque cum S. Paulo (ad Thessalon.) est necesse, quod cum Statutis his accipiamus ordinationes, „*non ut verbum hominum, sed sicut est verbum Dei*“. — Legatis proinde continentias Voluminis hujus diligenter et cum aviditate relegatis; sit autem lectio et relectio juncta cum correspondentibus *Decretis Concilii Provincialis*, velut principiis quibus Statuta Synodi superstructa sunt; haec duo, *Decreta* quippe et *Statuta* unum integrum efficiunt, nec sejunctim debite cognosci, nec cum fructu in usum deduci possunt; opportune proinde Decreta cum Statutis in unum Volumen tamquam manualem librum ligabuntur.

Ut vero evitetur in effectuandis et in praxim deducendis Statutis diversitas, inducaturque perfecta uniformitas, necessarium est: 1-o ut quivis ea legat, et super lectis pie meditetur. — 2-o inomisse conveniendum erit in unum locum, ut de practicis obligationibus, per Statuta praescriptis, eundem sensum adquiratis, et modum implementi observetis. — 3-o in hac communi Consultatione conveniendum erit in eo: quaenam Statuta, vel saltem Statutorum partes populo Vobis credito in forma sermonis sacri publicare et salutari cum cohortatione eorum observantiam inculcare debeatis. — 4-o ad munus Vice-Archi-Diaconi districtualis spectabit scrupulosa cum conscientiositate intendere, an a die asservatae Consultationis observantia quorumvis statutorum in vitam deducta fuerit — omnem intermissionem — recessum Nobis indicabit, super quo conscientiam ejus oneramus. — 5-o Tabellae precum, ante et post sacras functiones persolvendarum, et in Sacristia super flexorium appendendarum, parantur et transponentur.

Quam felices Nos — dilectissimi! qui de bonitate Domini imposuerimus finem longo nimis, plane ducentos duos (202) annos numeranti tempori, decursu cujus in principali hac Regni Mariani Ecclesia Synodus dioecesana coadunata, et asservata non

fuit. Benedictus sis eapropter Domine Deus — et benedictum sit pro misericordia — hac magna nimis — Nomen Sanctum tuum in Saeçula! — Ego imprimis (humilis Minister Christi — et indignus animarum Vestraram Pastor) in haec suspiria repetenda prorumpere obligor — cui Dominus de abundantia bonitatis suae voluntatem et vires tribuit; ut Basilica cultui Altissimi aperiatur — ad Ejusdem aram Sacerdotalis mei jubilaei festivitas haberetur — ministerio manuum mearum duodecim Sacerdotes Episcopali charactere insignirentur, etc. O Domine! — quid retribuam Tibi pro omnibus, quae tribuisti mihi!

Orate carissimi! ferventer et indesinenter; ut divinus Ille Navarchus JESUS Christus Dominus Noster inter peracerbas procellas fluctuanti Ecclesiae suae ferat auxilium — Vicario Suo PIO Papae IX. virtutum splendore et invicta animi fortitudine, toti catholico Orbi praelucenti porrigat dexteram — Augustissimo Principi Nostro conferat munimen — Patriae civibus tribuat patientiae et fiduciae spiritum — Nos demum in Atria Domini locatos amore virtutum clericalium et in executione muneris pastoralis fervente zelo repleat! — Oremus pro invicem — et salvabimur! Strigonii festo Purificationis B. M. V. 1861., Episcopatus Nostri Anno 34., Archi- Episcopatus 12., Jubilaei Sacerdotalis 2., aetatis 76.

Joannes Card. Archiep.

Strigonii, typis E. Horák.

24. 34

Nro 4.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 462.

De futuris Regni Comitiis.

Publica Regni Comitia in diem 2-am venturi mensis Aprilis convocanda esse, sine dubio jam innotuit Vobis; neque ignoratis, Fratres Charissimi! summum huic rei inesse momentum. Si enim sensus justitiae, sincerum veritatis studium, ardens pacis et publicae tranquillitatis desiderium, ac proinde ingeniorum moderatio et prona ad revehendam animorum unionem voluntas publicas has consultationes direxerit: utique pax et benedictio veniet super gentem nostram. Si vero dolores, qui non ex toto sine culpa nostra venerant nobis, continuo renovati — si vota et desideria quocunque potius obtutu, quam adjunctorum et necessitatis ratione concepta sine mensura proposita — si principia, quae compagem Reipublicae solvunt potius, quam firmant, civitate donata — si ordo, aeterna Dei Sapientia stabilitus, novaturientium systemati immolatus — si denique exulceratio magis, quam tranquillatio animorum intenta fuerit, quid aliud, quam communem calamitatem expectare licebit.

Vel ex his facile intelligitur, felicem Comitiorum exitum, plurimum a delectu individuorum, quibus vices Civium committentur, pendere. Ast recte delectus iste maxima cum difficultate conjunctus est; nam qualis sit spiritus hominis, nonnisi ille novit, qui nobis illum inspiravit, ac rectum innovare potest; neque casus desunt, ut homines integerrimae fidei, sive publico applausu animati, sive panico terrore correpti, subin a honestate defecerint, quod in praesentibus rerum adjunctis eo majorem sollicitudinem generat, quo majore repraesentantes populi utentur libertate, quae olim instructione Jurisdictionum salubriter limitata exstitit.

Ut in delicato hoc et gravissimi momenti negotio saltem cum aliqua securitate progredi possimus, consultissimum erit in electione repraesentantium, vel, ut dici amat, ablegatorum attendere: an fidem Deo servent; imprudenter enim homo sibi quidpiam pollicetur ab iis, qui, quae Dei sunt, obliviscuntur, vel plane cum protervia conculcant; an vita eorum legibus honestatis undequaque respondeat; qui enim graviori aliquo delicto maculati sunt, illis pretiosissimum thesaurum, de persona ac rebus nostris disponendi jus concredere extrema esset dementia; an etiamsi non copiosis, sufficientibus tamen temporalibus facultatibus gaudeant; qui enim his plane destituuntur, de jure proprietatis, omnis societatis basi vel nullum conceptum habent; vel saltem nullo illius respectu moventur; an pacis et charitatis amatores, et affectuum ac passionum suarum victores existant; sine hac dote facile dissidiis implicantur, quae si publicarum discussionum theatrum occupent, facile consultantes ad extrema delabuntur, et Regnum ipsum in discrimen adducunt.

Omnia haec hujus sunt indolis, ut ad illa discernenda et deligenda non quorumlibet, sed paucorum duntaxat ingenium aptum censeri possit. Et hinc sponte fluit obligatio Sacrorum Curionum fidelibus suis in arduo hoc negotio consilio et auxilio assistendi, omni tamen cum prudentia et cautione, quia omnibus debitores sumus, neque licet aestimium aliorum, qui praecipue moderandis negotiis praesunt, deprimere. Hic quoque charitas, praecipua pastorum dos, ingeniosa esse novit, atque ita studet totius corporis incolumitati, ut singulorum membrorum integritatem haud laedat.

Neque animarum Curatoribus, qui suorum fiducia pollent, occasio deest sana huiusmodi consilia illis installandi. Nam frequenter evenit, ut ipsi dociles fideles pastorum suorum mentem et consilia expetant, qua occasione officium ipsis incumbit, ut salutaria consilia suggerant; sed alias etiam modus suppetit salutarem suum influxum exerendi, quando nimirum insperate cum suis fidelibus conveniunt, vel vero publicis Communitatis consultationibus interveniunt. Ut in Sacro suggestu obligationes erga Principem, illius magistratus, ac generatim erga superiorem potestatem omni cum energia et frequentius inculcentur, utique ad hoc nos exemplum Apostoli provocat, dicentis: „*Omnis anima potestatibus subjecta sit, sive Regi tamquam praecellenti, sive Ducibus tamquam ab eo missis.*“ — Sed ut ibidem politica principia, quorum salubritas ab ancipiti exitu passim dependet, disseminentur, prudentia vetat; alioquin locum, ubi veritates aeternae annunciantur, in theatrum convertere opinionum, quarum commenta delet dies, grande nefas foret.

Caeterum ipsi Vos, Fratres Charissimi! nobis etiam non monentibus advertitis, omnem hanc commendatam prudentiam vix ad aliud valere, quam ut coram hominibus et mundo onere responsionis immunes existamus; veram enim et stabilem Regni felicitatem, quam ardenter desideramus, ille tantum largiri potest, qui emittit Spiritum suum, et prospera negotia creantur, atque sic renovat faciem terrae. Ad illum igitur confugere necesse est „*sine cujus numine nihil est in homine,*“ prout id praesentis aevi, novis inventis licet foecundissimi, historia abunde docet.

Praesentibus igitur dispono, et usque ad expressam revocationem observari volo, ut proxima a perceptione horum ordinum dominico vel festo die fidelem populum edoceatis, quantopere intersit Deum, „*a quo sancta desideria, recta consilia et justa sunt opera,*“ assidue exorare, ut tam Regi Apostolico, quam omnibus, qui in sublimitatibus sunt, vel secus negotia Regni tractant, „*Spiritum consilii, scientiae, pietatis et timoris nominis sui infundere dignetur,*“ quo sic „*et quae agenda sunt, videant, et ad implenda quae viderint, convalescant.*“ Tum vero in omnibus parochialibus et Conventualibus Ecclesiis diebus Domini et festis tam ad finem Missae quam etiam devotionis pomeridianae coram exposito in Ciborio Venerabili cum populo lingva vernacula oretis 3. Pater et Ave, cum subnexa oratione, primo pro Papa „*Deus refugium nostrum et virtus*“ deinde pro felici exitu Consultationum „*Vota quaesumus Domine, supplicantis populi*“ — quae habetur in Missali Dominica infra octavam Epiphaniae. Vos vero, Fratres Charissimi! qui una mecum vi muneris Vobis crediti mediatores Deum inter et homines estis, sine intermissione levate manus in altum, ut Pater misericordiarum et Deus totius consolationis Inclytum hoc Regnum, patrocinio Immaculatae Virginis commendatum, benigne respicere, vastatorem Angelum procul ab eodem arcere, et intercedentibus Sanctis, quos haec terra genuit, ad illum pacis et tranquillitatis gradum elevare dignetur, ut jam hic praegustare possimus felicitatem coelestis Jerusalem, „*in qua neque luctus, neque clamor neque dolor erit ultra.*“

Eousque etiam, donec optima Principis voluntate et concordi Regnicolarum studio omnia ad legitimum ordinem reducta fuerint, populum Vobis commissum omni meliori modo monere et obsecrare non intermittatis, ut Superioritati promptum obsequium exhibeat, onera publica — sic dictam contributionem, sine qua privata commoda pessum ire necesse est, ad exemplum Christi Domini et Principis Apostolorum: „*reddite Caesari, quae Caesaris sunt*“ — „*tributum, cui tributum, vectigal cui vectigal,*“ — diligenter dependat et patienter supportet; rectum ordinem observet, jura aliorum revereatur, et quod Christianos decet, cum omnibus charitatem foveat. Deus pacis et amator charitatis sit cum omnibus Vobis et fidelibus curae Vestrae commissis. Strigonii festo Conversionis S. Pauli Ap. 1861.

benevolus

Joannes Card. Arch. Strig.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Strigonii, typis E. Horák.

25. 34

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2897.

Normativum petendae redintegrationis Congruae.

Excelsum R. L. H. Consilium, edita ddto 16-ae Julii anni curr. Nr. 34225. resolutione, normam qualiter petendae abhinc redintegrationis Congruae, per contributionis solutionem infra normalem statum depressae, ut tota procedura in hoc negotio facilior et simplicior reddatur, stabiliendo, sequentem rubricatam formulam edidit:

Kimutatása

azon földadó- és adópótlékoknak, melyeket az alább nevezett plébános esztergomi főegyházi megyében létező plébánia-illeték földjeitől fizetett:

Megnevezése a		katonai év	földadó		hadi		földtehermentesitési		országos vagy megyei		Összesen:		Észrevételek.
			pótlék										
plebániának	plebánosnak		osztrák értékben										
			ft.	kr.	ft.	kr.	ft.	kr.	ft.	kr.	ft.	kr.	

Hogy a nevezett plebános az érintett idő alatt hivataloskodott, megismeri

Kelt ..... N. N.
alesperes

A fizetett adómennyiséget hitelesiti

Kelt .....

N. N.
helybeli vagy adószedő jegyző

Qui ergo e Vobis jure gaudent redintegrationem suae Congruae sollicitandi, normae huic conformiter rubricatam deductionem solutae contributionis per notarium loci, aut perceptoratus Officium contrasignatam, concernenti Officio VADiaconali sine omni recursu usque finem Novembris cujusvis anni exhibeant, VADiaconi districtuales dein facta eatenus, quod respectivus Curatus indicato tempore in possessione Beneficii fuerit, subsignatione, idmodi deductiones horsum transponant, abhinc Excelso Officio Locumtenentiali exhibendas. Strigonii die 13-tia Augusti 1861.

Nr. 2978.

Directores et Docentes labii non hungarici indicentur.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti sub 6-a curr. Nr. 44630. ad me directi et nexu benigni Rescripti aulici ddto 2-dae ejusdem Nr. 10871. editi urgenter me requirit in eo, ut consignationem Directorum et Docentum in scholis elementaribus et inferioribus realibus, intra ambitum ADioecesos meae existentibus adusque fungentium et linguae hungaricae ignarorum indilate exhiberem. Quare consignationem hanc, quae Docentum cognomen, patriam, aetatem, habilitatem, adplicationis loca, postremam provisionem pecuniariam et accidentias in summa, denique linguarum notitiam clare contineat, a parte scholarum Inspectorum sine mora praestandam opperior. Strigonii, die 15-a Augusti 1861.

Nr. 2983.

Statio Docentis in Felsö-Ludány vacat.

Concursus pro vacante hacce labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 24-am affuturi mensis Septembris praesentibus defigitur. Emolumenta ejusdem consistunt in 110. metr. poson. tritici mixti et 15. flnis v. austr. titulo lecticalis; 63. flnis titulo institutionis prolium; 10. orgiis ligni quercini; tribus curribus foeni; 105. manipulis canabum; 25. flnis e stola, et exiguo cauleto. Habitaculum commodum est, eique hortulus adiacet.

Recursus debite instructi scholarum Inspectori Districtus Szécsényensis Paulo Glacz, VADno et Parocho locali inscribantur et ad praedictum terminum exhibeantur. Strigonii, die 16-a Augusti 1861.

Nr. 3071.
Juvenes secundam statuendorum classem nondum egressi ad matrim. non admittendi.

In sequelam iteratae provocationis R. L. H. Consilii sicut ad reliquos Ordinariatus, ita ad me etiam directae, reintimare Vobis necessitor: juvenes, qui secundam pro milite statuendorum classem egressi nondum sunt, absque speciali indultu civilis potestatis, civiliter quoque licitum Matrimonium inire non posse; indultum hunc in sensu novissimi Rescripti ab antelato Dicasterio sub 3-tia Julii anni curr. Nr. 36899. emanati, in Civitatibus regiis ad jurisdictionem civicam, extra autem illas ad jurisdictionem Comitatensem elargiri pertinet. Strigonii die 26. Augusti 1861.

Nr. 3080.
„Liturgia Sacra" auctore Carolo Kozma, commendatur.

Auctore Carolo Kozma, ADioecesis Agriensis presbytero, vulgatur opus sub titulo: „Liturgia Sacra catholica" destinatum iis, qui sacrorum Ecclesiae catholicae rituum origines, causas, significationes, totiusque Liturgiae spiritum cognoscere desiderant; usibus proinde sacrorum Curionum quam maxime accommodum. Uti advoluta ·/. subscriptionalis philyra indicat, comparari potest apud auctorem pretio 2. fl. v. a. Commendo illud, prout meretur, benevolae reflexioni Vestrae. Strigonii, die 26-ta Augusti 1861.

Nr. 3008.
Könözsy Georgius obiit.

Georgii Könözsy, Parochi Csábensis, die 14-a curr. m. post suscepta moribundorum Sacramenta, anno aetatis 63. pie in Domino defuncti animam consuetis piis suffragiis commendando: pro vacante taliter Beneficio Csábensi terminum exhibendorum, Patronatui inscribendorum recursuum ultimam affuturi mensis Septembris diem praestituo. Budae, die 19-a Augusti 1861.

benevolus

Joannes Card. A. Eppus

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Strigonii typis E. Horák.

26. 32

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3395.
Omnis ratione librorum scholasticorum innovatio vetatur.

Observato eo, quod novissimo tempore libri scholastici diversi generis, cumprimis vero elementares, typis procudantur et usibus scholarum etiam commendentur; posteaquam librorum idmodi editio utplurimum questus rationem praeseferret, nec etiam ex obtutu systemisandae et superinspiciendae institutionis scholaris varietas, in libris scholasticis exinde necessario emersura, si sive Directores sive Docentes diversorum auctorum libros arbitrarie adoptaverint, admitti oppido possit: Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Intimati sub 21-a Sept. a. curr. Nr. 55028. ad me directi, habito etiam ad privilegium regiae Typographiae Universitatis hungaricae ddto 7-ae Maii a. curr. clementer restitutum debito respectu, Directores et Docentes scholarum elementarium eo inviat, ut, exceptis libris religiosi argumenti, signanter: catechismis et historia biblica, utpote de quibus providere ad partes Ordinariariorum pertinet, ab omni prorsus aliorum librorum scholasticorum acceptatione eousque, donec desuper positivi altiores ordines emanaverint, sub gravi responsionis, quin imo etiam reparationis damni, ex inobservantia dispositionis huius in alios nefors dimanaturi, onere abstineant. Id quod Curatis, qua scholarum Directoribus, nec non Docentibus pro stricta observantia hisce notum reddo. Strigonii die 2-a Octobris 1861.

Nr. 3483.
Quipiam a docendo arcetur.

Josephus Zürkl, Holeschovia (in Moravia) oriundus, annorum 21. rom. catholicus, antehac in Jamnitz, itidem Moraviae loco, per triennium subdocens, postremo in Malaczka in eadem adplicatione a mense Novembri 1860-i usque dimidium mensis Augusti a. curr. commoratus, aere alieno nimium gravatus, acceptis mutuo vestibus se subduxit. Quare eundem nullo sub praetextu muneri docendi admovendum, quin potius, ubi occurrerit, Officio Judlium Malaczkaensi tradendum hisce Vobis committo. Strigonii die 4-a Octobris 1861.

Nr. 3521.
„Magyar egyházi szónok“ fasciculi commendantur.

Aloysius Garay, Dioecesis Quinque-Ecclesiensis Sacerdos, in sphaera literaturae politico-ecclesicae quam optime notus, sub titulo „Magyar egyházi szónok“ edere parat collectionem sermonum sacrorum in fasciculis menstruis, cuiusmodi literarii sui moliminis uberiorem descriptionem exhibet advoluta sub ·|. annunciatio, qua simul praénumerationis conditiones et modus exponuntur. ·|.

Molimen hoc satis semet commendat utilissimo suo scopo pariter ac nomine auctoris, ut adeo opus non sit illud benevolentiae Vestrae pluribus commendare. Spero, quod pro noto Vestro in studia literarum et artium amore, praeallatum molimen alacri animo, liberaliterque succollaturi sitis; quodipsum praesentibus commendatum Vobis volui. Strigonii die 4-a Octobris 1861.

Nr. 3529.
Relationes quaepiam urgentur.

Consignationes conversionum et apostasiarum, quae currente mense exhiberi debent, usque finem huius mensis inomisse exhibeatis. Non absimiliter illi Districtus, qui tabellas pro Schematismo inservientes hucadusque non exhibuerunt, tales absque mora ad Cancellariam meam transponant. Strigonii die 5-a Octobris 1861.

Nr. 3414.
Bachta, Miskolczy, Kárász, Szabó Franciscus obiit.

Currentis mensis 7-a Joannes Bachta Parochus Récsensis, Carolo-Badenis — 15-ta Martinus Miskolczy VADiaconus emer. et Parochus Érsekujvárensis, — 18-a Ignatius Kárász Cooperator Patakensis, demum die 28-a Franciscus Szabó emer. VADiac. et Parochus N.-Sallóensis, post suscepta moribundorum Sacramenta, pie in Domino obierunt. — Dum itaque animas eorum solitis suffragiis devoverem, simul pro vacantibus parochialibus Beneficiis Récsensi et Érsekujvárensi Concursum usque ultimam proxime affuturi mensis Octobris diem duraturum hisce exscribo. Strigonii die 20-a Septembris 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

27.

Nr. 8.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1089.
Novae Tabellae pro Vis. VADiac.

Pro tabellari relatione super Visitatione VADiaconali praestanda, habentur iam nova, ad exigentiam Synodi Dioecesanae exacta formularia, quae in huiate typographia á 3. xris v. a. acquiri possunt, quodipsum VADiaconis hisce ad notitiam perfertur. Strigonii die 16. Martii 1861.

Nr. 1092.
Quipiam a docendo arcetur.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti, e Sessione 9-a Februarii a. curr. habita, Nr. 4873. ad me directi significat: Antonium Klima, in schola capitali suburbiali ad S. Josephum Viennae subdocentem, e capite seductionis ad lasciviam, tenore Rescripti aulici, sub 21-a Januarii a. curr. Nr. 733. editi, ad munus docendi publicum et privatum pro inhabili declaratum esse. Quodipsum Vobis, fine insertionis cognominis huius ad librum scholarem, praesentibus notifico. Strigonii die 16-a Martii 1861.

Nr. 1169.
Relatio tabellaris de fundationibus scholaribus deinceps deposcitur.

Extractus Rationum de fundationibus scholaribus qualiter administratis? a parte complurium scholarum Inspectorum plane non, ab aliis admodum tarde, a quibusdam vero fundationum harum summarii duntaxat conspectus dioecesano huic Officio exhibentur. Quo igitur ad exigentiam altiorum etiam ordinum status earundem activus et passivus rite cognosci, atque altiori Loco fine revisionis abhinc praesentari possit: extractus Rationum de iisdem qualiter administratis (non vero summarius tantum conspectus) juxta praescriptas rubricas, a concernentibus Curatis elaborari, a scholarum Inspectoribus revideri et subsignari, horsumque inomisse usque finem mensis Novembris annue exhiberi debet, Consilio regio Locumtenentiali hungarico pro exactorali revisione abhinc substernendus. Strigonii die 24-a Martii 1861.

Nr. 1176.
Vacantia Beneficia publicantur.

Beneficia parochialia: Érsek-Ujvár, Udvard, Holics et Bakabánya eo, quod actuales illorum possessores, et quidem duorum priorum ad stalla canonicalia promoti, duorum vero posteriorum ad auctum numerum Membrorum Instituti S. Adalberti cooptati sint, cum 1-a Maii anni curr. canonice vacabunt. Pro exhibendis recursibus terminus in 25-am proxime affuturi mensis Aprilis diem hisce defigitur. Strigonii die 25-a Martii 1861.

Nr. 969.
Matejka Venceslaus obiit.

Venceslai Matejka, Parochi Udvarnokensis, die 28-a pr. m. anno aet. 47. ex typho abdominali interventum obitum Vobis significando, animam illius consvetis suffragiis commendo, una pro exhibendis isthuc respectivo Patrono inscriptis recursibus pro taliter vacante Beneficio, diem 20-am Aprilis ceu terminum praeclusi exscribo. Strigonii die 10. Martii 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

28. 34

Nr. 9.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1221.
Jus nominandi Docentem Communitas infundate praetendit.

Ex occasione mutationum novissime in rebus politicis interventarum, Communitates quaepiam, ratione electionis Docentum, sub praetextu libertatis ante annum 1848-um hoc in genere exercitae, exclusivum veluti ius sibi attribuunt, indubie ideo, ut cum Docentibus idmodi, arbitrarie abs se electis, pro libitu disponere, oneribus notarialibus ipsos gravare, provisionem eorum regulare, ipsosque, ubi placuerit, e servitio dimittere possint. Jure idmodi, utpote capacitatem ruricolarum excedente et potestati ecclesiasticae, cui Docens qua Ecclesiae servus subordinatur, summe praeiudicioso, Communitates rurales haud unquam gavisas esse, antiqua praxis in Regno nostro vigens sat superque demonstrat, cuius testis sit (ut antiquiora documenta silentio praetereamus) opus sub titulo: „Ratio educationis publicae totiusque rei literariae per Regnum Hungariae et Provincias eidem adnexas“ Budae 1806. vulgatum, in quo Cap. VIII. de legendis dimittendisque scholarum vernacularum magistris, signanter §. 188. clare enunciatur: „eandem esse in pagis et oppidis, quam in scholis urbanis delectus magistrorum regulam, scilicet: patroni scholarum Candidatos regulariter instructos adprobatosque scholarum Inspectori praesentent, sine cuius adsensu magister nec assumetur nec etiam removebitur.“ Lapsu temporis editi per Excelsum Consilium regium Locumtenentiale hungaricum normativi ordines sub titulo: „Regulae pro scholis elementaribus Hungariae 1845“ §. 85. diserte praescripserunt: „neminem deinceps in aliqua schola elementari nominari in Docentem aut subdocentem posse, qui post cursum Praeparandiae biennalem terminatum examen non subiverit, taleque testimonium non obtinuerit, quo is pro gerendo munere Docentis idoneus declaratur.“ Huic principio innixum fuit „Proiectum stabiliendi per Regnum Hungariae systematis scholarum parochialium, institutionisque elementaris religioso-moralis“ Strigonii die 30. Maii 1851. typis excusum, cuius §. 16-o et 22-o habetur: „Magistros vel Docentes scholarum parochialium, ad capessendum isthoc munus, nonnisi mediante concursuali examine admitti posse. Concursum hunc scholarum Inspector districtualis, praesentibus Parocho loci, qua Directore locali, tum Repraesentantibus Communitatis, Dominii terrestris et eorum, qui dotatione magistri vel fundis immobilibus ad erectionem aut conservationem scholae peculiariter concurrerunt, sicque in illam sibi ius quasi patronale acquisiverunt, qui omnes et unice ius voti habebunt, asservabit.“ Ut adeo vel ex his liquidum fiat: Communitates rurales irrestrictum, illimitatumque ius circa electionem Docentum, apud nos haud unquam exercuisse, nec etiam in praetensivo hoc iure primum altioribus ordinibus, sub priore politico regimine editis, signanter Resolutione normativa ddto 27-ae Octobris 1857. emanata restrictos esse, utpote quae, tum ratione qualificationis ad munus docendi requisitae, tum ratione modi electionis Docentum, praxi dudum in Regno hoc vigenti superstructa fuit, a qua proin, usquedum alia norma stabilita fuerit, recedere neutiquam integrum est; id quod fidelibus Vestris opportune enucleetis. Strigonii die 23-a Martii 1861.

Nr. {1222. 1223.
Docentis in Sz. Péter et Varsány munus vacat.

Concursus pro utraque hac labii hungarici statione in 30-am Aprilis a. curr. praesentibus defigitur.

Emolumenta prioris consistunt: in 30. iugeris agrorum, quae fideles cultivare tenentur; 25. metr. pos. tritici mixti; 10. metr. pos. siliginis; una orgia ligni focalis duri; 42 flnis val. austr. titulo redemti didactri; 22. incirca flnis val. austr. e stola et Missae sacrificiis. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera et stabulo absolvitur, et domui hortus viridariis inserviens adiacet.

Posterioris stationis, ad parochiam Rimócz filialis, proventus 42. metr. pos.

siliginis, item 16. flnis 20. xris val. austr. titulo lecticalis praestationis; 12. metr. pos. siliginis titulo institutionis pubis scholasticae; 20. incirca flnis val. austr. e stola; 6. orgiis ligni pro usibus propriis, 4. item pro calefactione conclavis scholaris; nec non terris pro duplici calcatura 6. metretas pos. capacibus, cannabeto denique ½. metr. pos. et prato unius falcastri absolvitur. Hospitium duobus cubilibus, culina et camera absolvitur, domuique hortulus adiacet.

Recursus debite instructi, quantum ad Sz. Péter Ilmo Comiti Gabrieli Zichy inscribantur et concernenti scholarum Inspectori districtuali, surr. VADiacono Udvardensi Georgio Schnausz, Parocho in Kurtakesz exhibeantur; quantum ad Varsány vero VADiacono Szécsényensi Paulo Glacz, Parocho in Felső-Ludány inscribantur et praesententur. Strigonii die 28-a Martii 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGONIENSIS

Strigonii, typis E. Horák.

29. 35

Nr. 22.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3957.

Scholarum Inspectores moribus Docentum et scholarium invigilent; elenchum praescriptorum librorum Docentibus communicent; porro a) consignationem prolium frequentantium b) planum studiorum exhibeant et c) gravamina in re scholari exponant.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum in Rescripto, e sessione 20-a Octobris anni curr. celebrata, Nr. 61917. ad me dimisso acerbe queritur, in dies latius serpentem insubordinationis et anarchiae spiritum, decursu evoluti anni, ipsarum adeo scholarum limina penetrasse adeo, quod superinspectio earumdem, si non impossibilis, saltem multum difficilis reddita fuerit.

Ad tristem hunc, et in sequelis suis plurimum damnosum rerum statum efficaciter tollendum, atque rectum ordinem, debitam dependentiam et superinspectionem restabiliendam, e mente etiam dicti politici Regni Dicasterii, inomisse necessarium est, ut Inspectores Directoresque scholarum elementarium, huc intellectis etiam Praeparandiarum Institutis, moribus alumnorum non minus ac Docentum strictissime invigilent; lectionem librorum, principia bono status et societatis adversa, irreligionem item ac subversionem spirantia continentium omnimode impediant, Docentes principia idmodi Ecclesiae et statui perniciosa, utpote quae moralitatem et felicitatem integrae generationis funestum in modum subvertunt et periclitantur, spargentes, aut libros insani idmodi argumenti communicantes districtim commoneant, vigili oculo prosequantur, relapsos vero, omni respectu seposito, dioecesano huic Officio denuncient, Consilio regio pro dimissione abhinc proponendos, cum tolerari nullatenus possit, ut, qui alios ad iustitiam erudire deberent, charis parentum, Ecclesiae et status pignoribus, curae et institutioni suae creditis, pravitatis exempla suppeditent. Quare scholarum Inspectores tam locales, quam districtuales eo inviantur, ut scholas curae suae creditas frequentius invisant, conversationem Docentum et scholarium attentione sua comitentur, omnemque negligentiam et disordinem congruis monitis et dispositionibus tollere adnitantur, firmiter persuasi, zelum idmodi suum, levandae rei scholari salubriter impensum, abs antelato Regni Dicasterio in condignam recognitionem et reflexionem sumendum esse.

Occasione hac reflectuntur iidem scholarum Inspectores, ut eo quoque omni cum prudentia et energia intendant, ne proles scholae capaces a frequentanda institutione ullo sub praetextu abstrahantur; quem in finem, ad exigentiam memorati Rescripti expediens erit a) consignationem scholarium utriusque sexus, occoepto hoc anno scholastico inscriptorum, una cum numero prolium scholae capacium, dioecesano huic Officio fine promotionis indilate exhibere.

Dicti scholarum Inspectores dispiciant porro: num scholares requisitis libris provisi omnino sint? quo sic ea, quae in scholis audiverunt, domi repetant, memoriae mandent, et assignata sibi pensa ediscendo, in familiae etiam circulo utiles cognitiones disseminent; num porro Docentes libris praescriptis rite utantur ita, ut horas institutioni dicatas non nuda duntaxat libri scholaris lectione pessumdent, verum reflexionibus necessariis, debita praeparatione praeconceptis comitentur, eo ceteroquin subintellecto, subsidiarios libros occasione institutionis abs Docentibus adhiberi posse. Elenchum librorum pro scholis elementaribus labii hungarici, loco altiore ope Intimati sub 21-a Octobris a. curr. Nr. 61916. editi praescriptorum, quibus species catechismorum et historiae biblicae, decreto synodi provincialis Strigoniensis 1858-o acceptatae adiacent, distinctum sub ·/· folium comprehendit, Docentibus quoque Vestris ea cum diserta declaratione communicandum, quod ab iisdem sub gravi responsionis onere recedere, aut scholaribus alios immanuare, vel denique eosdem ductu alterius generis librorum examinare districtim vetetur. Pretium eorumdem publica auctoritate defixum levare nulli prorsus et nullo sub praetextu licet, quive id attentarent, extemplo denuncientur. Elenchus librorum scholasticorum alterius labii suo tempore publicabitur. Catechismorum et historiae biblicae exemplaria, in Agentia societatis S. Stephani Pestini, aut apud bibliopolam eiusdem Hartleben ibidem, reliquorum vero librorum Budae, in typographeo Universitatis hungaricae, aut apud bibliopolam Pfeiffer acquiri possunt.

·/·

Denique ratione systematis adusque in institutione vigentis, quod et porro

manutenebitur, antelatum Consilium regium b) planum institutionis et horarum repartitionem, cum debito ad tradendam linguam hungaricam respectu elaborandam, adiectis Docentum cognominibus et disciplinis per eosdem tradendis, una cum plano idmodi adusque vigente, a parte scholarum elementarium, etiam capitalium, sibi via Officii dioecesani substerni petit.

Has igitur relationes sub a) b) attactas, uti et c) expositionem gravaminum in re scholari, operae item ad ea tollenda impensae, scholarum Inspectores districtuales inomisse usque finem Decembris a. curr. horsum promovere satagant. Triplicis ordinis haec relatio, quarum singula distincto instrumento comprehendi debet, pro nunc vicem illius, quae de statu scholarum ope Tabellae A) nec non de scholis capitalibus, distincto formulari quotannis exhiberi solebat, subitura est. Tabellam hanc postremo horsum suppeditatam, atque ratione numeri prolium scholae capacium sub a) deposti usui futuram, sub ·//·. Vobis remitto, capto usu in Archivo districtuali conservandam.

·//·

Consignationem etiam Docentum et numeri scholarium pro usu schematismi, nec non relationem de Docentibus linguae hungaricae ignaris, a parte adhuc 16. Districtuum VADnalium restantem, ultro opperior. Strigonii die 2-a Novembris 1861.

Nr. 3981. Docentis musicae in Praeparandia Jaurinensi statio vacat.

Nexu requisitionis abs Consilio regio Locumtenentiali hungarico sub 14-a Octobris a curr. Nr. 58698. ad me directae, Vobis fine edocendorum docentium Individuorum curae Vestrae creditorum significo: Concursum pro statione Docentis musicae in Instituto Praeparandiae Jaurinensi vacante, cuius emolumenta 210. flnis val. austr. absolvuntur, in ultimam curr. mensis diem defixum esse, proque eadem impetranda recursus, dicto Regni Dicasterio inscribendos, literis baptismalibus, testimoniis item de absolutis studiis, servitiis musicalibus et in pulsu organi praestitis, moralitate, linguarumque hungaricae et germanicae cognitione providendos, atque via concernentis superioritatis, aut si officium nullum gererent, immediate directioni dictae Praeparandiae exhibendos esse. Strigonii die 3-a Novembris 1861.

Nr. 4009. S. Ladislai pro consociatione quando praestandae solutiones?

Cohaerenter cum emanatis abhinc ddo festi S. Stephani Protoregis Nr. 2996. anni curr. ordinibus, quibus consociationem S. Ladislai Vobis commendavi, praesentibus ad notitiam Vestram perfero: pro solvendis ex parte sociorum menstruis pensis, stabilitum esse initium anni, a die 1-a evoluti mensis Octobris ita, ut solutiones a die hac computando, singulo trimestri, scilicet in fine Decembris, Martii, Junii et Septembris praestentur. Quodipsum eo subnexo pro observantia Vobis communico, ut collectae summulae, quamcunque exiles forent, in praerecensitis terminis, via Officii VADiaconalis ad amussim isthuc transponantur.

Porro, siquidem multum mea interesset, super statu et profectu consociationis de tempore in tempus informari: ex eo praesentibus dispono, ut in protocollis Congregationum districtualium, tam vernalis, quam autumnalis, status et profectus consociationis breviter saltem adumbretur. Strigonii die 3-a Novembris 1861.

Nr. 3907. Szklenár obiit.

Francisci Szklenár, parochi Belobányaensis, die 25-a curr. mensis, post suscepta moribundorum Sacramenta, anno aetatis 63-io pie in Domino defuncti animam consvetis suffragiis Vestris commendando: pro exhibendis isthuc Patrono inscriptis, ad effectum impetrandi taliter vacantis Beneficii recursibus, diem 10-am Decembris anni curr. ut praeclusi terminum exscribo. Strigonii die 29-a Octobris 1861.

benevolus

Joannes Card. A. Eppus

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Strigonii typis Egydii Horák.

30

Nr. 23.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4127.
Catechismus D e-harbe-anus praescribitur.

Pastoralis officii una e praecipuis obligationibus est, tenerioris pubis in fide christiana et moribus institutio. Spes enim et anchora Reipublicae, Ecclesiae et populi christiani felicitas fundatur in debita puerilis et adolescentis aetatis ad recte credendum et pie vivendum informatione. Nam ipse Spiritus Sanctus ait (Proverb. 22.) „Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea“ Hac certe de causa SS. Synodus Tridentina obligationem imponit Episcopis (Sess. 24. Cap. 4. de Reform.) ut saltem dominicis ac festis diebus pueros, in singulis Parochiis fidei rudimenta et obedientiam erga Deum et parentes diligenter ab iis, ad quos spectat, doceri curent, et, si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellant. Quam quidem gravem muneris sui obligationem et ab omnibus Archi-Dioecesis meae Curatis agnosci et ab universis diligenter expleri eo lubentius mihi persvadeo, quod a me impetrare non possim, ut credam, reperiri quosdam, qui in hac praeinsigni muneris sui parte essent desides et negligentes, in quos quadret ille ploratus Jeremiae: „Adhaesit lingua lactantis ad palatum ejus in siti; parvuli petierunt panem, et non erat, qui frangeret eis.“

Cum autem, quemadmodum fidei et doctrinae, ita in docendi norma uniformitatem tenere conveniat, et ad hanc uniformitatem plurimum conferret, si pro fundamento normaque institutionis apti libelli catechetici, quos universi sequi teneantur, sint praescripti: Episcopi ad Metropoliticam Provinciam Strigoniensem pertinentes, occasione asservati anno 1858. sub meo praesidio Concilii provincialis, mutuo consensu determinarunt: ut in tota modo dicta Provincia metropolitica, pro usu tam scholae quam Ecclesiae, adhibeatur opus catecheticum a P. Deharbe e Soc. Jesu, lingua germanica concinnatum. Opus istud, prius per designatos ab eodem provinciali Concilio duos Episcopos debite revisum, et curis meis in omnes patriae nostrae linguas translatum, jam etiam apud Agentiam Societatis S. Stephani, jure editionis et distractionis abs me instructae, venale prostat, et via bibliopoliorum quoque procurari potest. Et quidem catechismus sic dictus elementaris (elemi) lingua hungarica et slavica, non compactus a xris v. a. 6., compactus a xris 9., lingua germanica non compactus a xris 6., compactus a xris 10. catechismus parvus (kis) omnibus tribus linguis non compactus a xris 12., compactus a xris 18., demum catechismus medius (közép) lingua hungarica et slavica non compactus a xris 30., compactus a xris 40., lingua vero germanica non compactus a xris 32., compactus a xris 42.

Universis itaque Archi-Dioecesis meae Curatis et Catechetis per praesentes iniungo: ut a modo et in posterum pro catechisationis norma, quam sequantur, tum in schola, tum in Ecclesia, nullum aliud, sed solum praedesignatum catecheticum opus exclusive adhibeant. Strigonii die 7-a Novembris 1861.

Nr. 4247.
Formatum litterarum offosarum praescribitur.

Ab aliquo tempore observatum est, quod in officiosis correspondentiis per nonnullos insolitae longitudinis, magnitudinis et latitudinis charta adhibeatur. Tales litterae debent omni ex parte circumscindi, et tunc primum accipiunt tale formatum, quod ad reliqua acta officiosa quadrat. Ad obtinendam igitur, quo fieri potest, majorem uniformitatem, sed et ut acta, quin destruantur et lacerentur ad archivum reponi possint, praesentibus pro stricta observantia dispono: ut expost officiosae litterae in communi formato scribantur, qualis est e. gr. charta haec, in qua Circulares im-

primuntur. Minus aliquanto potest esse formatum, dummodo majus non sit. Quantum ad qualitatem adhibendae chartae non adhibeatur nimis tenuis, ast firmior potius, quae valet pro conservatione; cumprimis fundationales Literae, in bene firma charta et in integra philyra sunt scribendae. Denique litteris distincta semper cortesia est danda, cumprimis illis, quae pecuniis sunt onustae. Strigonii die 13-a Novembris 1861.

benevolus

Joannes Card. A. Eppinger

BIBLIOTHECA F.M. RIGON.

Strigonii typis Egydii Horák.

Nr. 25.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4598. S. Angelae de Merici pro univ. Ecclesia Officium praescriptum.

Sacra Rituum Congregatio, annuente Beatissimo Patre Pio IX. Pontifice Maximo, auditis quamplurium per orbem Episcoporum votis, edidit Decretum Urbis et Orbis, ut Officium et Missa de S. Angela Merici, V. Monialium S. Ursulae Institutricis, sub ritu dupl. min. ab universa Ecclesia recolatur. — Ipsum Decretum sonat hoc modo:

„Angelorum praedita moribus et pulchritudine S. Angela Merici, sicut lilium inter spinas in terris degens, ubique mirum sparsit suavitatis odorem. Haec ab adolescentia alacriter iter perfectionis arripiens eo devenit, ut S. Carolus Borromaeus paucis post ejus obitum annis adfirmare non dubitaverit, dignam plane esse, quae ab apostolica Sede in sanctarum Virginum album referretur. Sanctissima Palaestinae loca summa cum religione perlustravit, et sepulchra Apostolorum Petri et Pauli Romam veneratura pervenit. Ibi sese excitatam sensit ad promovendam puellarum institutionem, probe noscens illas pravis ac foedis Calvinianae et Lutheranae haeresis, quae tunc late grassabatur, illecebris veluti inter vepres irretitas, virgineum florem amissuras. Quare Brixiae novum sacrarum virginum Sodalitium sub patrocinio et nomine sanctae Ursulae, Christi Virginis et Martyris instituit, cujus curae demandavit, ut adolescentulas tam divites quam pauperes fidei rudimenta doceret, ad recte casteque vivendum informaret, illisque eas, quae propriae mulierum sunt, exercitationes traderet. Uberes ex hoc Instituto Angela ad Ecclesiae et societatis bonum retulit fructus, eique Deus omnipotens ita gratiae suae dona copiose largitus est, ut ubique terrarum diffunderetur, suaeque famulae morti proximae pandere dignaretur, illud perenne futurum.

„Quum teterrimis hisce temporibus perversi ac scelerati homines omnem moveant lapidem ad catholicam Ecclesiam ac societatem labefactandas, et ad id facilius obtinendum mulierum mores, praesertim adolescentium, pervertere studeant, ut ex depravata earum mente erroris venenum altius in filiorum animos inseratur, nonnulli Eminentissimi ac Reverendissimi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, nec non quamplures amplissimi totius orbis antistites, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium IX. Pontificem Maximum humillimis precibus instantissime efflagitarunt, ut Officium et Missa sanctae Angelae Merici, Sodalitii sanctae Ursulae Institutricis, ad universam extendantur Ecclesiam; ut ejus ope et meritis dignetur Dominus foemineum sexum ab omni labe et errore immunem servare, ac hostium depulsis insidiis Ecclesia sua perpetua pace laetetur. Quibus omnibus a me, subscripto sacrorum Rituum Congregationis Secretario, Sanctissimo Domino Nostro fideliter expositis, Sanctitas Sua apostolica auctoritate edixit, ut deinceps festum sanctae Angelae Merici Virginis, cum Officio et Missa aliquibus locis jam concessis, sub ritu duplici minori ab universa Ecclesia recolatur. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 11-o mensis Julii anni 1861. C. Episcopus Portuen. et S. Rufinae Card. Patrizzi S. R. C. Praef. D. Bartolini S. R. C. Secretarius."

Charissimi! si quid provide in Ecclesia Dei factum est, istud omnimode peropportuno tempore constitutum esse confiteamur. Dolenter etenim experimur, in aliquot catholicis Provinciis Instituta religiosa mulierum impetita, imo hac temporum acerbitate dispulsa fuisse. — Nec patriae nostrae monialibus parsum esse, moerentes suspirare possumus. — Adoremus itaque providentiae divinae Bonitatem et admiremur Ecclesiae catholicae providentissimam sollicitudinem, quae praesenti necessitati subventura, unius Fundatricis monialium, religiosum cultum in universo catholico orbe celebrari disposuit. Nobis autem, quibus in ambitu Monarchiae Austriacae Altari Domini assistendi gloria obtigit, haec dispositio Sedis apostolicae eo quoque ex intuitu gratissima esse debet, quod in plaga Urbis Veronensis haec sancta Virgo et primo mundum aspexerit, et jam in tenera aetate ac continuative eundem despiciendo, Congregationem, in educationem catholicam sexui sequiori impendendam, pro maximo Ecclesiae Christi emolumento fundaverit.

Eapropter Vobis dilectissimi! denuncio: quod die 31-a mensis Maii quotan-

nis in futurum festum S. Angelae Merici Virginis, cum Officio et Missa celebraturi simus, Eandem sanctam Virginem devote exoraturi, ut nobis ab omnium bonorum Datore impetret, quo Instituti Ursulinarum, in patria nostra perbene noti, Domus adaugeantur, multiplicenturve in gloriam suam, parentum consolationem et pacis communis incrementum! Strigonii festo S. Andreae Ap. 1861.

Nr. 4628.

Docentis in Buda-Eörs statio vacat.

Pro vacante isthac, labii hungarici et germanici, Docentis una Cantoris statione Concursus in 14-am Januarii anni proxime venturi praesentibus defigitur.

Emolumenta eius consistunt in fructibus unius iugeri terrae, ¼. vineae postdomalis, item 15. orgiis lignorum focalium, quae omnia Dominium suppeditat. A Communitate obtingunt 57. metretae pest. tritici mixti, titulo lecticalis praestationis; 200. flni val. austr. in aere parato, 90. item flni titulo didactri; porro 30. flni et 4. orgiae lignorum, titulo institutionis in schola dominicali impertiendae, e quibus conclavia scholaria calefieri debent. Denique e cassa Ecclesiae titulo fundatorum sacrorum Missae sacrificiorum 60. flni, titulo stolae vero 200. incirca flni obveniunt. Cum ludirector eias una Regentem chori agat, festis diebus et aliis solennioribus occasionibus Missae sacrificium, uti et sepulturae defunctorum musicaliter peragantur, iuventusque in cantu, et musica instrui soleat: ludirectorem in cantu quoque et musica rite versatum esse oportet; cui praeterea subdocentem quoque intertenere, atque lotione, lumine et calefactione providere incumbit.

Recursus debite instructi scholarum Inspectori et surr. VADiacono Antonio Sujánszky, Parocho Pestinensi ad S. Josephum inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 1-a Decembris 1861.

Nr. 4683.

Consociatio S. S. Altaris Sacr. novitus commendatur.

Dignum est, nosse Vos Charissimi! eximium zelum et activitatem Consociationum Altaris Pestinensis et Posoniensis, quas, dum exurgercnt, benevolentiae ac favoribus Vestris commendavi. Noveritis ergo eum ex sequente specificatione paramentorum, utensiliumque sacrorum, quae laudatae Consociationes inter egentiores Ecclesias diversarum Dioecesium tribuerunt.

Objecta distributa.	Consociatio		Objecta distributa.	Consociatio	
	Pestinensis Anno 186⁰/₁.	Posoniensis a 1-a Januarii 1860 usque finem Maii 1861.		Pestinensis Anno 186⁰/₁.	Posoniensis a 1-a Januarii 1860 usque finem Maii 1861.
Humeralia . .	90	26	Pulvillos Altaris .	25	6
Albas . . .	59	27	Togas ministrantium	32	—
Rocheta . .	38	20	Calices . . .	6	—
Rocheta ministrantium	38	2	Ciboria . . .	4	—
Corporalia . .	95	24	Pacificalia . .	4	—
Pallas . . .	114	25	Thuribula cum naviculis	6	—
Purificatoria . .	194	25	Lampades Altaris .	2	1
Mantilia . .	23	25	Crucifixos Altaris .	2	—
Tobalea cum fimbriis	24	19	Statuas Resurgentis	2	—
Fimbrias pro tobaleis	9	—	Candelabra . .	12	2
Casulas . . .	73	26	Missalia. . .	6	—
Pluvialia . .	14	6	Dalmaticas . .	—	2
Vela . . .	10	8	Tabellas Canonum	3	3
Stolas . . .	13	3	Vexilla . . .	2	—
Ciborii vestes .	13	2	Baldachinum . .	1	—
Bursas . . .	19	2	Imagines Altaris .	—	1

Praeter haec plura adhuc minuta objecta, uti aspergilla, ampullae, pixides, marsupia etc. distributa sunt.

Ex recensione hac satis perspexeritis, quam beneficum sit istud in Ecclesias Institutum, quantopereque dignum, ut amplius atque amplius per nos succolletur. Attigisse adhuc juvat, in Archi-Dioecesi Strigoniensi universim 28. Ecclesias fuisse beneficii Consociationis utriusque participes. Agite itaque Charissimi! ut earum emolumenta omni meliore modo, signanter autem piis symbolis Vos ipsi pariter ac fideles Vestri promoveant. Strigonii die 3-a Decembris 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 784.

Conferentiae cum Docentibus et thematum elaboratio ultro inculcantur.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum datis ad me sub 23-a Januarii a. curr. Nr. 2617. literis ad notitiam meam pertulit, qualiter resultatum Conferentiarum cum Docentibus, anno elapso scholastico districtualiter asservatarum, e protocollis earumdem abhinc sibi substratis relucens, gaudenter et plena cum conquiescentia exceperit, ubertim advertendo, congregationes has finem sibi praestitutum, qui in recta prolium institutione et religiosa ipsarum educatione omnimode promovenda situs est, vigili sane oculo usurpasse; quare dictum Excelsum Dicasterium, penes gratitudinis contestationem, impense me requirit, ut admodum salutare hoc Institutum energica opera mea et ultro succollem. Insignem Conferentiarum idmodi debite celebratarum utilitatem tum ratione intellectualis Docentum culturae promovendae, tum ex obtutu harmonicae animorum unionis inter eosdem inducendae, tum denique e respectu defectuum scholarium mutuis consiliis efficaciter sufferendorum, ultra ea, quae in hoc merito identidem inculcaveram, non est, quod amplius Vobis commendem. Ut adeo mirari subeat, quod aliquot scholarum Inspectores dictas Conferentias, decursu anni elapsi, celebrare cum Docentibus intermiserint. Terminum congregationis idmodi horsum insinuare deinceps neutiquam oportebit.

Quod ad elaborata thematum attinet, dubitari nequit, Docentes eo, quod assignata pro Conferentiis accommoda paedagogica themata, principiis Ecclesiae catholicae consone elaborare et chartae mandare adstringantur, e sopore tantisper evigilare; iunioribus publica super elaboratis thematibus orali concertatione, in Conferentiis institui solita, calcar ad proficiendum addi; in tepidioribus denique vocationis, arctioris cum Ecclesia nexus et a superioribus suis ecclesiasticis dependentiae conscientiam excitari, id quod signanter aevo nostro, omnia pro lubitu agere connitente, iam in lucro ponendum est. Quare ea omnia, quae obtutu assignandorum (etiamsi unius solum singula vice) elaborandorum item et censurandorum idmodi thematum, circularibus meis ordinibus adusque sancita fuere, ultro etiam observanda erunt, omnimodeque eo enitendum, ut, adhibitis sedulo hisce perfectionis adminiculis, Docentes Vestri sint, quod esse debent, dextra Curatorum manus in aedificando corpore Christi. Strigonii die 20-a Februarii 1861.

Nr. 790.

Normativum intuitu redintegrationis Congruae.

Excelsum regium Locumtenentiale Officium hungaricum in ordine ad redintegrationem Congruae, per contributionis solutionem infra normalem statum depressae exhibitos recursus remittendo, rescripto, ddto 31-ae Decembris 1860. Nr. 46570. edito statuit: ut loco contributionalium libellorum dehinc ex parte cuiuslibet Parochi, qui redintegrationis particeps fieri cupit, specialis deductio solutae inde ab anno 1855. fundualis contributionis una cum suis additamentis (pótlék, Zuschlag) paretur; deductioni hinc superinducenda est adtestatio 1-o Iudicis nobilium, quod recurrens tempore, pro quo redintegrationem sollicitat, reipsa in non interrupto usu tenutorum illorum, a quibus contributio soluta fuit (respective in usu tenutorum parochialium) exstiterit. 2-o Adtestatio concernentis Officii contributionalis, quod specificata contributio unice ab his tenutis, et non etiam ab alia nefors privata proprietate soluta fuerit, et quidem soluta per ipsum recurrentem, non autem per Communitatem.

Cum Excelsum Officium Locumtenentiale non obstante iterato facta in obversum remonstratione dispositioni huic inhaereat, eandem Vobis pro directione et norma ad notitiam perfero, ut recursus huic normativo congrue adornatos exhibeatis; quare etiam recursus in hoc negotio adusque, inde a mense Junio exhibitos, prout sensim ab Officio Locumtenentiali remissi fuerint, Vobis una cum libellis contributionalibus via postali transponendos disposui. Strigonii die 21. Februarii 1861.

Nr. 902.

Docentis in Csáb statio vacat.

Concursus pro hacce ´Docentis et Cantoris labii hungarici statione in 10-am Aprilis a. curr. defigitur. Emolumenta eiusdem tribus agrorum iugeris, quae fideles colunt; 32. metretis pos. siliginis; octo orgiis ligni focalis; sex urnis musti; media metreta tritici pro pinsendis hostiis, incirca 50. flnis titulo didactri et 18. flnis titulo stolae absolvuntur.

Recursus debite instructi scholarum Inspectori, VADiacono et Parocho Drégelyensi Laurentio Gály inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 27-a Februarii 1861.

benevolus

Joannes Lard. Episc.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGONII

Strigonii, typis E. Horák.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Strigoniensis Salutem in Domino!

Nr. 1410.
Statio Docentis in Vámos et Szabadi vacat.

Pro utraque hac labii hungarici statione Concursus in 16-am affuturi mensis Maii diem hisce praestituitur.

Emolumenta Docentis una Cantoris in Vámos consistunt in 6 iugeris catastralibus et 12 orgiis agrorum, e quibus Communitas unum duntaxat iugerum cultivat; porro in 38 flnis Mon. Conv. titulo instructionis prolium, uti et 61 flnis 10 xris pro institutione dominicali a Communitate, in didactro item a parte prolium scholarium percipi solito, quod 38. incirca flnos adaequat; in lecticali ad 52 flnos aestimato; in 10 flnis titulo pulsus organi, quos filialistae Szabadienses dependunt; in 12 flnis e stola, fundationibusque Missarum percipi solitis. Fasces ligni, quos coloni praestant, in 13 flnis calculantur, omnes denique proventus fassionetenus in 274 flnis defiguntur.

Posterioris stationis filialis proventus in flnis 141. mon. Conv. computantur, quos fructus 2. metr. agri per Communitatem cultivati, pratum unius falcastri, usus pascui pro 6. pecorum frustis, pensum pro institutione prolium etiam dominicali, lecticale item et fasces virgultorum a colonis praestari soliti efficiunt.

Pro calefactione conclavis scholaris ligna utrobique Communitas suppeditat, domusque scholaris uno cubili, culina, camera, stabulo et hortulo absolvitur.

Recursus debite instructi scholarum Inspectori Districtus Hedervareusis, surr. VADno et Parocho in Zámoly, D. Sigismundo Pecz inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 14-a Aprilis 1861.

Nr. 1478.
Concursus pro statione Docentis in Dunaszerdahely et Alistál publicatur.

Pro statione Docentis una Cantoris in Alistál Concursus in 16-am, pro illa vero in oppido Duna-Szerdahely (labii utrobique hungarici) in 23-am mensis Maii a. curr. diem defigitur. Percipit vero Docens huias ab oppido titulo didactri flnos 50 val. aust.; a filialistis circiter flnos 10.; pro institutione in schola dominicali flnos 30; titulo lecticalis praestationis siliginis metretas circiter 100; eodem titulo in parato aere flnos 70; e stola et Missis circiter flnos 200; praeterea habet agrum 2¾ iug. et hortum ¼. iugeri. Habitatio constat ex 2. cubilibus, culina, camera et stabulo. Cum schola haec II. classium sit, Docens obligatur subdocentem ipse intertenere et solvere.

In Alistál tenet Docens 7. iugera agrorum, canabetum ½ iug. quae ipsemet cultivare debet. Titulo lecticalis praestationis percipit 12. metretas tritici et 30. metr. siliginis; eodem titulo in aere parato 20 flnos v. a.; ex fundatione Széchenyi et Kolonics 32 flnos 80 xr.; titulo didactri 24 flnos; e stola et Missis 35 flnos; ex offertoriis et fundationibus 6 flnos; pro pulsu 100. libones panis. Habitatio uno cubili, culina, camera, stabulo et reclinatorio absolvitur.

Recursus suis requisitis provisi VADno, una scholarum Inspectori D. Joanni Szakváry, oppidi Dunaszerdahely Parocho inscribantur et ad praeindicatos terminos rite exhibeantur. Id quod DD. scholarum Inspectores et Directores Docentibus et subdocentibus suis congrue notificare velint. Strigonii die 17-a Aprilis 1861.

Nr. 1400.
Jánosy Lad. obiit.

Ladislaum Jánosy, Cooperatorem Ipolysághensem, anno aetatis 26-o, 5-a curr. ex paralysi pulmonum repente mortuum esse hisce annunciando: animam ejus consvetis piis suffragiis commendo. Strigonii die 11-a Aprilis 1861.

benevolus in Christo Frater

Michael B. Fekete m. p.

El. Eppus, Vicarius Cathedralis.

Nro. 15.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2538. 2561. 2564.

Docentis in Sz. Lélek, Lamacs et Gyermel stationes publicantur.

Concursus pro vacante in Sz. Lélek et Lamacs labii slavici, in Gyermel vero labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 19-am affuturi mensis Augusti praesentibus defigitur.

Emolumenta prioris consistunt in ¼ sessionis localis, quam Communitas cultivat; 14. metretis pos. siliginis titulo lecticalis praestationis; 12. flnis M. Conv. a Communitate; 10. lignorum orgiis a Dominio; e didactro incirca 4. flnis; habet insuper ius liberae pascuationis. Habitatio commoda est.

Proventus stationis in Lamacs sunt: agri 12. metr. et prata trium falcastrorum, quorum cultivationis titulo a Communitate 13 flni penduntur; 12. metretae siliginis; unus manipulus a singula domo; 2½. urnae musti e collectione; 6. orgiae ligni fagini a Patronatu; 40 flni titulo didactri a Communitate; 12 flni titulo adiutae e fundatione Makkiana; incirca 20 flni titulo stolae. Calefactio scholae per Communitatem providetur. Habitaculum cubili, culina, camera et stabulo pro tribus vaccis, quae libere pascuntur, constat, domuique hortulus ½ metr. pos. capax adiacet.

Reditus denique stationis Gyermelensis absolvuntur 18. iugeris terrae arabilis; 10. iugerorum prato; canabeto org. quadr. 613., cauleto item 142. org. Tenuta haec Docens suis sumtibus cultivat. Porro 16. metr. pos. mixti; 8 lignorum orgiis serratis a Dominio; 18 flnis 40 xris MConv. titulo salarii a Communitate; 27 flnis 54 xris pro sedula prolium institutione et e fundationibus; 13 flnis 30 xris ex offertoriis et stola. Pascuatio ad ratam duorum iugerorum libera est. Habitaculum tribus cubilibus, culina, camera, stabulo, cellario, curruli, area trituratoria et fundo postdomali constat.

Recursus debite instructi concernentibus scholarum Inspectoribus, utpote: Ord. VADno Strigoniensi Josepho Alex. Ürge, Parocho in Nyergesujfalu; VADno et Parocho Stomffaensi Nicolao Teőreős, nec non surr. VADno et Parocho Bajóthensi Rudolpho Simonyi inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 10-a Julii 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

35.

Nr. 24.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4404.

Pensiones et subsidia Docentibus resolvuntur. Regulativi in hoc merito ordines.

Distributionem pensionum ac subsidiorum e fundo Docentum pensionali, decursu anni huius secundo abs me praesusceptam, Vobis hisce ad notitiam perferre gestio. Individuorum praevio fine recurrentium testimoniis, favorabili Cleri et Docentum suffragio, omni item reliqua qualificatione in maturam deliberationem sumta,

I. Pensionis participes redditi sunt:

a) Josephus Hutkay, Docens in Nagy-Szelezsény, ob pectoris malum ad docendum inhabilis, cum quotta classi primae, cui inscriptus est correspondente, in flnis annuis 100. v. a.

b) Gregorius Racskó, emeritus Docens in Felső-Ludány, muneri suo ob morbidum statum renunciare coactus, cum quotta primae classis, in flnis 100.

c) Michael Miska, Docens in Balassa-Gyarmat, 1-ae membrorum classi insertus, cum annuis flnis 100.

d) Josephus Riha, choralista Ecclesiae praeposituralis in Vág-Ujhely, ob chronicum morbum ad serviendum inhabilis, cum primae classis penso, in flnis annuis 100.

e) Vidua Ignatii Machácsek, Docentis olim in Alsó-Botfalu, cum dimidia quotta pensionis, maritum 3-ae classi olim insertum ferientis, in flnis annuis 30.

f) Vidua Michaelis Farkas, Docentis, dum viveret, in Kéménd, cum penso classis 1-ae, in annuis flnis 50., succursu item pro filiola octenni, in flnis annuis 10.

g) Vidua Josephi Stefl, organoedi Nitriensis, classi membrorum primae inserti, cum annuis flnis 50.

h) Vidua Josephi Pélyi, Docentis condam in Tesmag, cum pensionis classi 2-ae respondentis dimidio, in annuis flnis 40.

i) Vidua Joannis Marsovszky, Docentis in Sipek, 3-ae membrorum classi adlecti, cum annuis flnis 30.

II. Dimidia pensio Docentibus, citra culpam statione orbatis, pro annis duobus, nisi interea adplicationem nanciscerentur, in sensu statutorum obtigit his:

a) Joanni Kovács, antea Docenti, postremo Notario in Héregh, 1-ae classi adlecto, cum annuis flnis 50.

b) Josepho Kupka, Docenti postremo in Abalehota, dimidium pensionis classi 2-ae respondentis, cum flnis annuis 40.

c) Francisco Pizinger, Docenti antehac in Sz. Péter, primae classi inscripto, cum annuis flnis 50.

III. Subsidium semel pro semper acceperunt:

a) Josephus Martsek, prov. Docens in Vámos-Mikola, graviter incendio damnificatus, cum flnis 30.

b) Ladislaus Öveges, Docens in Révfalu ad Jaurinum, annum aetatis agens 72. cum flnis 25.

c) Ignatius Tóth, Docens in filiali Kural, admodum pauper et multis prolibus gravatus, cum flnis 20.

d) Stephanus Farkas, Docens in Kőhidgyarmat, nimis tenuiter provisus, cum flnis 20.

e) Martinus Luzsinszky, Docens in filiali Bajmócska, per incendium damnificatus, cum flnis 20.

f) Joannes Schinczl, Docens in Deménd, cum inedia colluctans, cum flnis 20.

g) Blasius Raák, Docens in Balassa-Gyarmat, grandine damnificatus, cum flnis 20.

h) Franciscus Kardos, Docens in Kossút, in proventibus falcidiam passus, cum flnis 20.

i) Joannes Balogh, Docens emeritus, admodum pauper, in flnis 15.

Positiones hae cum quottis illis, quae in pensiones et subsidia sub 5-a Julii a. curr. Nr. 2488. assignatae sunt, summam, mille tercentos flnos val. a. adae-

quantem efficiunt. Sic igitur non solum census annuus Capitalis (21,000. fl. v. a.) fundum pensionalem constituentis, verum aliquantula annuorum etiam oblatorum pars, in sensu circularium ordinum nunc memoratorum, in distributiones conversa est. Quodipsum praeliminariter Vobis Charissimi! eo addito hisce notifico: 1-o quod deinceps pensiones et subsidia distribuenda sint initio mensis Januarii et Julii. 2-o quod succincte status fundi, in conformitate §. 29-i statutorum, cum fine cujusvis anni civilis, ope circularium literarum, ad Cleri, Docentumque notitiam perferendus sit. Quo igitur dictus fundi status in evidenti servetur, 3-o inomisse opus est, ut pensa a parte membrorum Instituti ordinate dependantur; atque ab iis, qui oblatis suis restarent, debitum idmodi quo ocyus depuretur.

Normativi instar hic enunciatum esto:

A) Siquod Instituti membrum tribus annis quottas suas haud dependeret, eoipso e numero membrorum expungendum erit. In hunc sensum modificantur §§-i 3-us et 33-us statutorum Instituti, quibus restantium quottarum incassatio semestraliter a VADnis adurgenda et in casum renitentiae restans quotta e proventibus Docentum desumenda disponitur.

B) Cum distributio pensionum et subsidiorum (ut nunc memoratum est) binis per annum vicibus praesuscipienda sit, scholarum Inspectores VADni tam occasione vernalis quam autumnalis congregationis, cum Curatis districtualibus asservandae, recursus Docentum aut viduarum praevio scopo exaratos et rite instructos, a Curatis ipsorum recipere, omnes qualificationis notas, pro pensione aut subsidio impetrando requisitas, tabellis abhinc suppeditandis inserere, easque subscriptione sua et aliquot Docentum, qui supplicantes petito beneficio dignos esse hac ratione attestabuntur, munitas, dioecesano huic Officio, in sensu praeexistentium eatenus dioecesanorum ordinum, una cum recursibus et eorum adminiculis praesentare noverint.

C) Cum status pensionis ideam actualis servitii excludat, suapte intelligitur, pensionis beneficio provisis statione Docentis decedendum esse, quin tamen interimalis, aut subsidiaria in munere docendi adplicatio, si viribus valent, iisdem vetetur.

4-a) Qui membra Instituti non sunt, nec ipsi, nec viduae eorum, pensionis aut subsidii e fundo pensionali, ad quem obulis suis haud concurrerunt, capaces sunt.

D) Quiqui in numerum membrorum cooptari nunc primum cuperent, pensum classi abs se deligendae correspondens pro elapso triennio, uti etiam quottam titulo redemtionis annorum, normalem 20-um excedentium suppletorie dependere, ratione autem determinandorum annorum, quibus, ut petendae pensionis capaces evadant, pensum ipsos adhuc solvere oportebit, ope recursus Curato suo exhibendi et abs eodem in congregatione Cleri districtualis VADno immanuandi, ad dioecesanum hocce Officium semet convertant.

Quae omnia congruae notitiae et directionis causa Docentibus Vestris communicetis. Strigonii die 21-a Novembris 1861.

Nr. 4511.

Consignatio casuum mortis c. r. financiali Dir. communicanda.

C. r. financialis circularis Directio Posoniensis iam secundo interpellat me, velim disponere, quo Curati subalternis financialibus Officiis, ubi ab his requisiti fuerint, consignationem interventorum a 1-a Novembris 1860-i usque 31-am Augusti 1861. casuum mortis communicent.

Officiosae huic interpellationi deferendo praesentibus dispono, ut ubi ex parte concernentium c. r. financialium circularium Officiorum requisiti fueritis, desideratam oonsignationem iisdem extradetis. In hac tamen praeter diem obitus, nomen, cognomen et aetatem defuncti nihil ultro notetur. Strigonii die 26-a Novembris 1861.

benevolus

Joannes Card. Hyppy

Strigonii typis Egydii Horák.

JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, PENES EXCELSUM R. LOC. CONSILIUM HUNG. CONSILIARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS, EJUSDEM, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, INCL. COMIT. STRIGON. PERPETUUS ET SUPREMUS COMES, EXCELSAE TABULAE SEPTEMVIRALIS CO-JUDEX, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL., NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

Nro 2.
1861.

In Christo Charissimi!

Nr. 348.
De S. Quadragesima.

Adpropinguant dies redemtionis nostrae mysteriis inclyti, inde ab Apostolicis temporibus fidelium Ecclesiae Christi observantia ad id consecrati, „ut in iis dicente S. Leone Papa, aliorum anni temporum culpas et pia opera, imprimis eleemosyna, redimerent et jejunia casta decoquerent. — Ecclesia Catholica Divini Salvatoris secuta exemplum, observantiam Quadragesimalis jejunii, veteris Testamenti paginis, ac Apostolorum exemplis commendatam, in leges retulit et observantiam praescripsit saluberrimo illo fine, ut fideles praeeunte nostro ad majorem perfectionem vocatorum exemplo, domata per abstinentiam exaestuantis carnis nequitia, ad jugem Dominicae passionis memoriam, proprii corporis mortificatione excitentur, conditionisque humanae dignitas per protoparentum nostrorum intemperantiam sauciata, medicinalis huius parsimoniae studio reformetur". Sunt verba praecitati S. Patris.

Est itaque Sacra Quadragesima tempus acceptabile, sunt dies salutis, stricte dies orationis jejunio glorificati; ut immutetur habitus peccaminosae vitae nostrae in cinere et cilicio, jejunemus et ploremus Charissimi! ante Dominum, quia benignus et misericors est, ut gratia sua visitet nos in die tribulationis nostrae quam maximae! Ut levemus oculos nostros in montes Dei, unde veniat auxilium nobis, mole adversitatum pressis, ut veniat auxilium Potentatibus saeculi ad comprimendos pacis publicae inimicos, veniat auxilium Ecclesiae Dei, quae constanter in Capite et membris gravem et continuam sustinet persecutionem. Sunt verba Statuti 30. in Synodo Nostra Dioecesana ante tres menses perlati, brevi ad Vos in toto statutorum complexu perferendi.

Jejunabimus ergo, fiducialiter spero in Domino, quod dies 76. anni vitae meae ad occasum properantis, Sacrae abstinentiae continuata observantia, sit multum refocillatura! Sequamini insufficientiam meam Charissimi! et Dominus, qui dat abundanter petentibus se, confortabit misericorditer debilitates nostras, perducetque incolumes ad paschalia gaudia!

Caeterum dispositiones anni prioris ddto 21-ae Januarii sub Nro 314. circa qualiter dispensandos fideles sancte observari facietis; e Vobis autem vere infirmi aut debiles peculiari recursu Nobis aut Vicario Nostro Districtuali exhibendo, necessitatem dispensationis exponendam habebitis. Memineritis denique

1-o Ut pericopae Evangeliorum quotidie per S. Quadragasimam post missam cum brevi cohortatione perlegantur, et 5. Pater et Ave ad SS. Vulnera D. N. Jesu Christi persolvantur.

2-o Ut singula feria V. 6. hora Vespertina praescripta devotio asservetur.

3-o Ut Vos ipsi evidenti cum fructu et ineffabili fidelium solatio adusque asservari solita Sacra expiatoria Exercitia tanto exactius celebrare non intermittatis, quanto haec avidius a fidelibus e vicinia quoque confluere svetis, expetuntur. — Domine JESU Salvator mundi respice Nos propitius! ut gratia Tua suffulti in spiritu humilitatis et animo contrito percurramus dies reversionis ad Patrem, quem peccando reliquimus, utve stola innocentiae redonati ad gaudia paschalia felices perveniamus! Strigonii die 20. Januarii 1861.

Joannes Card. Strigoniensis

Nr. 19.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3210. Tabellae precum dimittuntur.

Datam fidem exsolvo, dum Vobis, utut ob interventos obices tantisper tardius ac cupivissem, precum, appendici actorum Synodi Dioecesanae sub Nr. I. insertarum Tabellas, pro numero Ecclesiarum cuiusvis VADiaconalis Districtus, penes praesentes ·. transpono: ut illas e cassa Ecclesiae lista et vitro providendas, non tantum in Sacristia, super flexorio appendi faciatis, sed et contentas illis preces, ante et post celebrationem sacro-sancti Missae Sacrificii, — item ante collationem Sacramentorum, aliarumque sacrarum functionum persolutionem sedulo, pie, ac devote recitetis, quo sic et Vos ipsi peragendae sacrae functionis sensu imbuamini, et fideles Vestros, hac Vestra pietate ad reverentiam Sacramentorum et sacras functiones inflammetis.

Dum autem hac ratione unius e salutaribus praelaudatae Synodi constitutionibus implementum promovere gestio, non possum non hac etiam vice Vobis impensius commendare: ut et reliqua eiusdem Synodi statuta conscientiose et fideliter exequi, atque ad vitam et praxim deducere omni virium contentione adnitamini. Strigonii, die 4-ta Septembris 1861.

Nr. { 3221. 3325. Statio Docentis in Duna-Ujfalu et Eberhard vacans est.

Concursus pro Docentis et Cantoris labii hungarici statione, in possessione Duna-Ujfalu, ad Parochiam Comaromiensem adfiliata vacante, in 8-am Octobris a. curr. pro illa vero in Eberhard, filiali ad Féll, neoerecta in 16-am ejusdem mensis praesentibus defigitur.

Emolumenta prioris consistunt in fundo extravillano 18. iugerorum in uno terrae frusto, cuius dimidia pars in agros arabiles converti, residuum vero prati et pascui instar usuari potest. Tria exhinc iugera fimare, subarare et semine per Docentem suppeditato inseminare Communitas tenetur. Porro in 60. fascibus arundinis qualitatis melioris, 90. vero vilioris; in 22. metretis tritici a parte colonorum, 2½. metr. pos. ab inquilinis dependi solitis; 11. flnis 12. xris v. austr. in aere parato; titulo didactri pro quadrante anni a singula prole scholari, quales 35—40 numerantur, 20. xri val. austr. et libo panis iustae magnitudinis obtingit; denique titulo stolae 4—6 flni val. austr. calculari possunt. Habitaculum cubili sat amplo, culina, camera, stabulo pro tribus vaccis absolvitur, domuique hortulus adiacet.

Reditus posterioris efficit fructus agrorum 2¾ iug. capacium; 12 metr. tritici et totidem siliginis; 300 fasces lignorum focalium; 100 flni val. a. titulo institutionis prolium, quae omnia Communitas dependit; porro 12 metr. fagopyri; 20 metr. cyclaminum; 300. fasces lignorum focalium: 10 centenarii straminis autumnalis, totidem et vernalis; 50 denique flni in aere parato, quae Dominium terrestrale praestat. De conclavis scholaris calefactione Communitas iunctim cum Dominio terrestrali providet. Habitaculum uno cubili, dispensa, stabulo et horto postdomali constat.

Recursus probe instructi districtuali scholarum Inspectori, Praeposito, VADiacono et Parocho Comaromiensi Michäeli Paunácz, item Andreae Kollárik, VADno Samariensi et Parocho in Csütörtök inscribantur et ad praememoratum terminum exhibeantur. Id quod docentibus Individuis curae Vestrae subiectis congrue notificetis. Strigonii, die 13-a Septembris 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

38.

Nr. 16.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2765.

Pericopae Evangeliorum Tyrnaviae venales.

Interpellatus in eo, ut pericopas Evangeliorum S. Quadragesimae, sub Missae Sacrificio legi solitas edendas disponerem: praesentibus Vobis significo, quod hujusmodi pericoparum, per Josephum Horth VADiaconum Parochum Kátlóczensem editarum exempla venalia habeantur in Conventu PP. Franciscanorum Tirnaviensi. Singulo exemplari ab initio imago, ad finem Passio Domini adnexa habetur. Exemplar tale in pelle compactum venit 70. non compactum 40. xr. v. a. Distinctim haberi potest Passio Domini non compacta 4. — compacta 10 xr. v. a. Qui igitur sive pericopas sive Passionem Domini distinctim desiderarent, convertant se ad Superiorem dicti Conventus. Strigonii, die 28-a Julii 1861.

Nr. 2840.

Liber precatorius publicatur.

Paradigmata precum variarum, scopo obtinendae in peculiaribus devotionibus per Archi-Dioecesim hanc uniformitatis, statutis Synodi Dioecesanae subnexa, in sequelam manifestati a compluribus Districtibus VADiaconalibus desiderii distinctim pro usu etiam fidelis populi, omnibus tribus linguis, quae intra ambitum Archi-Dioeceseos vigent, et quidem hungarica in exemplis sex mille, slavica in exemplis quatuor mille, demum germanica in exemplis bismille imprimi curavi.

Unum exemplum, iam compactum, a 5. xr. v. a. haberi potest.

Provoco itaque Vos, ut idipsum fidelibus vestris notum reddatis, tum vero via respectivorum VADiaconorum usque 15-am affuturi mensis Septembris diem Cancellariae meae Primatiali penes transpositionem obvenientis pretii insinuetis: quot numero, et cujus lingvae exempla quis vestrum pro parte suorum fidelium sibi submitti cupiat? Strigonii, die 4-ta Augusti 1861.

Nr. 2759.

Finka Joannes obiit.

Die 25-a curr. pie in Domino defuncti Joannis Finka, Parochi Jászfalvensis animam solitis precibus et suffragiis devovendo: simul pro vacante hoc Beneficio concursum, usque 15-am affuturi mensis Septembris diem duraturum, hisce exscribo. Strigonii die 27-a Julii 1861.

benevolus

Joannes Card. Hyrossy

JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQUES, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL. NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

39.

Nr. 314.

De S. Quadragesima.

Deus in mundi huius gubernatione admirabilis, eumdem in perpetua quadam conservat vicissitudine; ita fit, ut dies unus alteri per omnia nunquam sit similis. Idem quoque in homine videre licet; modo namque spe sustollitur, modo timore deiicitur; modo per consolationem in dexteram, modo per adflictionem in sinistram vergit. Demus ergo operam, hortatur piissimus Genevensium Antistes S. Franciscus Salesius, ut continuam et inviolabilem quamdam in tanta accidentium et casuum inaequalitate aequabilitatem cordis habeamus; esto omnia diversimode circa nos vertantur et volvantur, nos nihilominus constanter immobiles maneamus in Deo, semper intuendo et ad Eum tendendo.

Regula haec semper aurea et unica salutis anchora fuit; nostris tamen diebus eo velocius adprehendenda est, quo frequentius subitae rerum mutationes et repentinae recti ordinis convulsiones oculis nostris obiiciuntur. Vis vaporum, mira celeritate onera propellens, ad mundum quoque spiritualem transmigrasse videtur; nec infrequens est, ut dum malis medelam, bonis firmitatem quaerimus, opera tenebrarum ceu consummata nobis sistantur. Filii huius saeculi non tantum prudentiores, sed etiam velociores filiis lucis in generatione sua sunt.

En! haud pridem evenit, quod in medio tumultuum bellicorum, humano sangvine torrentis instar adhuc manante, laetissimus de pace clamor auribus nostris insonuerit; vicissim quando de pace laetabamur, et vastatoris Angeli ensem ad longius tempus positum credidimus, nova surrexit tempestas, quae nisi Verbo, per quod facta sunt omnia sedari posse videtur. Dies diei eructat verbum, quod sacrata foedera rumpantur, iuris et iustitiae ima fundamenta subruantur, sublimiores potestates despiciantur, sanctissimae fidei veritates et augustissima Religionis mysteria proscindantur, morum honestas et salutaris continentia variis et exquisitis artibus risui exponantur; verbo, quaecunque societati humanae salutaria, singulis autem necessaria et chara sunt, quotidie novo discrimini obiiciantur. Quod autem quemlibet cordatorum virorum sollicitudine replet illud est, quod mendaces chartae et pagellae veritatem studiose occultent, saepissime in contrarium detorqueant, sicque incautis fucum faciant, sed et cautos in devia deducant.

Fratres et Filii Charissimi! dolor, quo cor nostrum vehementer afficitur, cogit nos ad specifica quoque descendere, quia neminem Vestrum esse arbitror, qui pari animi moerore non premeretur, dum e tenore pagellarum publicarum videt acheronta moveri, ut Beatissimo Patri ipsique Sedi Apostolicae eripiantur ditiones, Patrimonium S. Petri dictae, quae a duodecim incirca saeculis in possessorio Summi Ecclesiae Pontificis existunt, et communi populorum suffragio, gentiumque consensu pro eiusdem proprietate ea ex gravissima causa reputantur, ut Pontifex qua non unius nationis sed omnium populorum Doctor, Pater ac Rector, suis liberrime praesit, nec proinde ullius terreni Principis imperio subesse cogatur. Ut adeo gravissimam toti Ecclesiae Catholicae, eiusque ducentenos milliones numerantibus filiis iniuriam inferret, qui tantorum iura in suo sanctissimo Capite violare attentaret. — Tela quidem iniquitatis istius alias iam, imo nostris quoque diebus in Patrimonium hoc sacrum iaciebantur, dum Pius hoc nomine septimus omnibus exutus, in exteras violenter rapiebatur oras; evenit hoc unius terreni Principis iniquissimo facto, aliis potentatibus iura Sedis Apostolicae tuentibus; sed nunc Deus meus! multiplicati sunt super capillos capitis, qui oderunt iustitiam et sacrilegam rapinam moliuntur. Solus et unicus prope augustissimus Caesar noster est, qui catholico spiritu, quo gaudet, animatus, communi Christianorum

Patri suppetias ferre, pericula ab Eo repellere promtum paratumque semet exhibet, quia perbene novit, quod si Papae eripere licet, quae iure possidet, nullius Principis thronus securus erit. Caeterum etiamsi ultro libenter confiteamur: Nihil sub sole esse perfectum, adeoque in Statibus quoque Pontificiis naevos dum et quando reperiri, omnis attamen illarum partium notitiam habens recognoscat, est necesse: ibidem artes et scientias florere, instituta bono communi promovendo sacrata, imprimis charitativa continuo multiplicari, vias publicas optime constructas, onera publica moderata haberi, verbo nihil eorum desiderari, quae ad vitam commode ducendam et salutem temporalem non minus ac aeternam assequendam requiruntur. — Non possumus itaque non horrore percelli, non moerore consumi, dum rebus sic stantibus, videamus „fremere gentes, convenire Principes terrae in unum adversus Dominum et adversus Christum eius„!

Quid ergo facto opus, quaeritis Charissimi! imprimis Nobis, qui foris pugnas, intus timores experimur? Nos Dilectissimi! qui plus una vice iam vidimus impium, superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani, qui transivimus, et ecce non erat, quaesivimus eum et non est inventus locus eius, Nos inquam in hac rerum vicissitndine pacem tranquillitatemque animi nonnisi in Illo quaerere possumus, imo debemus, cui cura est de nobis, qui dat escam esurientibus, dat vitam, vires, inspirationem et omnia. — Post Deum, speremus meliora ab iis potestatibus proventura, qui vice Omnipotentis in spiritualibus et temporalibus nobis praesunt; non enim est potestas nisi a Deo; — alleviemus sollicitudinem eorum nostra obsequiositate, et reddetur iugum illorum svave et onus leve.

Attamen in protectione Dei coeli tunc tantum commorabimur, si fidem illibatam servaverimus, et mandata fideliter custodierimus. Quia vero in multis offendimus omnes, non alia, quam sincerae conversionis patet nobis via ad consequendam misericordiam et inveniendum tempore opportuno auxilium. Frustra Fratres et Filii Charissimi! calamitatum et adversitatum causas seu in temporum iniquitatem, sive in hominum improbitatem coniicimus; sub provido Deo, nemo miser, nisi sua culpa mereatur, esse potest. Recessit cor nostrum a Deo: fodimus cisternas, cisternas dissipatas, quae non valent continere aquas; animo contrito et in melius mutato revertamur ad Deum, et illius etiam antiquae benedictiones revertentur ad nos.

Si ergo vitam nostram generatim continuam quasi poenitentiam oportet esse, talibus operibus nunc praecipue nos intentos esse convenit, quando et metus adversitatum et imminentis Sacrae Quadragesimae tempus, poenitentiam quodammodo clamant.

Quod igitur ante omnia a Vobis exigo, imo ad quod paterne hortor, est, ut praedicationi verbi Dei ferventius instate, annunciate omne consilium Dei fidelibus Vestris, signanter autem, quod per virgam et verbera intendit, ut mimirum intellectum nostrum in obsequium Christi, et rebellem voluntatem ad obedientiam Evangelii compellat. Annunciate, ut potestati sublimiori subiecti sint, alioquin inobedientia et dissolutio ordinis non aliis tantum concivibus, sed ipsis etiam rebellantibus serius ocyus gravissimas aerumnas consciscit. Annunciate, ut pacem et charitatem cum omnibus foveant, quae praecipuum christiani nominis ornamentum, simul firmissimum salutis publicae fundamentum constituit. Deinde autem divinorum mysteriorum, quae hoc tempore sacro celebrabuntur vim et efficaciam Vestra devotione, sensibili pietate et morum sanctimonia augere studeatis. Si ergo alias, quod pro nostra consolatione servivit sacrum recessum et publicam Sacramentorum susceptionem in aliqua Districtus Vestri Ecclesia pie frequentastis, id eo fidentius modo a Vobis expecto, quo peiores sunt dies, quas decurrimus; orate autem ferventer et constanter, ut Dominus dives in omnes dissipet consilia impiorum — protegat Beatissimum Patrem nostrum, ne tumentium fluctuum tempestatibus obruatur, sed fortitudine dexterae Excelsi incolumis conservetur. Ast sine intermissione fundite quoque preces, ut Pater misericordiarum effundat miserationes suas in Augustissimum Dominum nostrum et omnes Reges et Principes terrae, quo nationibus pacem, sibi tranquillitatem adquirant. — Caeterum in observanda quadragesimalis ieiunii disciplina nunc quoque eadem constituo, quae aliis annis, signanter festo S. Agnetis V. M. anno 1854. Nr. 450. observanda praescripsi.

Utinam Pater misericordiarum et Deus totius consolationis ita contritum et humiliatum cor det nobis, ut misericordiae recordetur et avertat indignationem suam a Nobis. Pax Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus Vobis. Amen. Dabam Strigonii festo S. Agnetis V. M. anno 1860., Episcopatus nostri anno trigesimo secundo, Archi-Episcopatus undecimo, Presbyterii vero quinquagesimo primo.

Joannes Card. Archiep.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 920.
Formularia testimonialium pro scholis altioribus ubi acquirenda?

Evenit casus, quod formularia testimonialium pro scholis sic dictis mediis, personae loco altiori ad hoc haud activisatae, in privatis typographiis, scopo committendae cum iisdem falsificationis, prelo excudenda constituerint. Excelsum publicae institutionis Ministerium ope Resolutionis sub 3-a Januarii a. curr. N. 1444. editae declarat: se quidem procusionem dictorum formularium ad quaspiam typographias restringere non intendere; quo tamen abusus superius perstrictus inpósterum praecaveatur, congrue disposuit, ut formularia haec in charta, distincto signo aqueo provisa, c. r. bibliopolii Viennensis Directio excudi faciat, utprimum a scholarum realium, gymnasialium, nec non altiorum literariorum Institutorum Directoribus via officiosa et erga exhibitionem paradigmatis petiti testimonii scholastici eatenus requisita fuerit. Impressa idmodi formularia, requirentibus praedictorum Institutorum Directoribus, c. r. bibliopolii Viennensis Directio extemplo transponet, imo chartam quoque usibus his peculiariter adparatam typographiis illis, quas ceu pro excudendis scholasticarum testimonialium formularibus activisatas c. r. sectio Consilii Locumtenentialis nominetenus designatura est, suppeditabit. Id quod pro congruo concernentium Directorum notitiae et directionis statu, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis sub 3-a curr. N. 2435. editi, hisce publicatur. Strigonii die 20-a Februarii 1860.

Nr. 925.
Liber methodicus slavicus commendatur.

In c. r. bibliopolio bohemico liber methodicus, ad librum lectorium slavicum subsidii instar serviturus, venalis prostat et medio etiam c. r. bibliopolii Viennensis acquiri potest, sub titulo: „Wyučowáni v druhé tříde národnich škol v cisarstvi Rakouském. Sepsal Josef Walter."

Pretium eiusdem compacti in 27. xris val. austr. defigitur. Librum hunc, in c. r. Praeparandia Tirnaviensi praescriptum, nexu Resolutionis ministerialis sub 31-a Decembris a. praet. N. 17202. editae et mecum ope Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis ddto 8-ae curr. N. 695. communicatae, scholarum Inspectoribus ad notitiam hisce perfero et Docentibus labii slavici commendo. Strigonii die 21-a Februarii 1860.

Nr. 997.
Statio Docentis in N. Zellő vacat.

Concursus pro hacce labii hungarici Docentis et Cantoris statione in 10-am Aprilis a. curr. praesentibus defigitur. Emolumenta eius consistunt in 6. agrorum iugeris; ¼ iugeri cauleto; eiusdem extensionis canabeto; prato duorum falcastrorum; 54. metretis pos. tritici mixti; una metr. pos. tritici puri pro pinsendis hostiis; 8. urnis vini, totidem orgiis lignorum pro usu proprio, duabus insuper pro calefactione scholae; a singula prole scholari, quarum numerus ad 80. excurrit, obvenit 1. flnus val. austr. a scholis dominicalibus 12. flni; titulo stolae 20. flni in eadem moneta. Ad casum commassationis media sessio in terris et correspondens pascuum accedet. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera et stabulo absolvitur, domuique hortus ½ iugeri adiacet. Recursus debite instructi mihi inscribantur et VADiacono Kékkeőensi Antonio Perkinkó, Parocho in Zséły, usque praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 23-a Februarii 1860.

Nr. 1019.
Joann. Binder a docendo amotus.

Individuum hoc ex Straudorf, inferioris Austriae loco oriundum, annorum 30. religionis catholicae, uxoratum, postremo Docentis in Maria Elend munere functum, ob crimen seductionis ad lasciviam gravi trium annorum carcere mulctatum, ideoque ad docendam ubivis locorum sive publice sive privatim iuventutem pro inhabili declaratum est. Quodipsum fine adnotationis in libro scholari faciendae, nexu Resolutionis ministerialis sub 4-a curr. Nr. 1570/181 editae et ddto 18-ae eiusdem N. 3635. medio Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis ad notitiam meam perlatae, hisce Vobis communico. Strigonii die 26-a Februarii 1860.

Nr. 1036.
Intentiones Sacrorum suscipi petuntur.

Usque annum 1855., demto unico Gymnasio in Einsiedeln, nullo per totam Helvetiam catholico Instituto existente: eximii ac prorsus singularis zeli religiosus P. Theodosius Florentini constituit Collegium condam Jesuitarum in civitate Schwyz comparare, atque in eo educatorium Institutum pro catholica iuventute erigere, cujusmodi propositum non potuit non communem Antistitum Helvetiae adprobationem ferre. Auxilium divinum tanta mensura adfuit religioso viro, ut is ex piis oblatis in comparationem instructionemque dicti Collegii 120,000. francorum collegerit, Institutumque educatorium, quod Lyceum cum Gymnasio, scholas item realem ac industrialem complectitur, solique Episcopi Churensis influxui subest, anno adhuc 1855. inauguraverit. Educantur in eo actu plus quam 160. iuvenes. Sed vero inhaeret Instituto adhucdum onus 96,000. francorum (totidem floreni in valuta Vienn.) a quibus annuus 3840. francorum census pendendus est. Laudatus Religiosus, locata in Deum fiducia, adhuc et istud debitum piis benefactorum subsidiis depuraturum se confidit. Et ecce certus pius Praesul 8,000. fl. val. austr. eidem offert, erga absolvenda Sacra. Ille igitur coram constitutus in eo me interpellavit, velim Clerum meum dioecesanum ad suscipiendas huiusmodi intentiones Sacrorum provocare. Cui quidem petito eo pronius defero, quod parte ab una notum habeam studium Vestrum, quo communem Ecclesiae rem non domi tantum, sed et foris libenter promovetis, parte vero ab altera tale quid petatur, quod absque onere, imo dicam cum spirituali emolumento suscipere possumus. Etiamsi parum singuli, multum tamen in communi praestabimus. Dum igitur negotium isthoc benevolentiae et charitati Vestrae impensius hisce in Domino commendarem: VADiaconis districtualibus committo, ut per Districtus suos philyras subscriptionales circulent, in quibus singuli Fratres numerum susceptorum Sacrorum consignabunt. Philyras taliter expletas Officio dioecesano subin exhibebunt. Charitas nostra nunquam evacuetur! Strigonii die 27-a Februarii 1860.

Nr. 1110.
Synodi Prov. super statutis practicae observationes communicentur.

Dimittendo ad Vos sub 14-a Maii 1859. Nr. 2142. exempla Decretorum Concilii Provincialis Strigoniensis a. 1858. habiti, provocaveram Vos, ut ea attente legatis, et si quas quoad practicam illorum executionem observationes vel difficultates habueritis, eas primum in Congregatione districtuali proponatis, et ubi unanimi consensu acceptatae fuerint, horsum transmittatis.

Cum id hactenus vix ex parte unius alteriusve Districtus praestitum sit, ego autem in animo constituerim, Synodum Dioecesanam, ni Dominus aliter disposuerit, affuturo mense Septembri celebrare: exhinc praesentibus ordino, ut quod praecitatis ordinibus meis disposueram, id in proxima Congregatione vernali singulis in Districtibus inomisse fiat, proponendaeque difficultates sive observationes, ubi unanimi consensu acceptatae fuerint, distincto Protocollo usque finem mensis Maii mihi substernantur. Ubi nihil observabitur: negative referet VADiaconus. Strigonii die 3-a Martii 1860.

Nr. 1102.
Balassa Steph. obiit.

Stephanus Balassa, Administrator Névedensis, die 14-a Februarii anni curr. aet. 48. ex ictu apoplectico, susceptis praevie moribundorum Sacramentis, pie in Domino obiit. — Commendo animam eius piis omnium Vestrum suffragiis. Strigonii die 3-a Martii 1860.

benevolus

Joannes Card. A. Eppinger

Strigonii, typis E. Horák.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 757.

Examen suppletorium ubi subeundum?

Excelsum publicae institutionis Ministerium, ope Resolutionis sub 12-a Januarii a. curr. Nr. 20107. editae, ex occasione emergentis unius casus, quaestionem illam: num videlicet suppletorium sive reparatorium examen a scholari quopiam Instituto ex disciplina aliqua admissum, in sensu §-i 73. punct. 7. projecti organisationis, coram alio scholari Instituto subiri possit? decidit ita, quod examen idmodi in illa duntaxat schola praesuscipiendum sit, cuius personale Docentum tale ad effectum complendae in suspenso relictae classificationis subeundum decrevit. Quodsi tamen peculiaria adiuncta examen hoc praescripto loco praesuscipiendum haud admitterent, sicque necessitas emergeret aliud scholae Institutum ad praevium actum deputandi: Excelsum institutionis Ministerium, ex respectu sufficientium rationum scopo hoc allegandarum, pro facultate eatenus elargienda interpellandum erit. Directiva haec regula concernentibus scholaribus, occasione exhibitionis interimalium scholasticorum testimoniorum, deinceps debite ob oculos sistenda est. Id quod nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis sub 28-a Januarii a. curr. Nr. 1827. ad notitiam meam perlati, cynosurae instar Vobiscum communico. Strigonii die 12-a Februarii 1860.

Nr. 804.

Beneficium Szomolány vacat.

Joanne Kovács, Parocho Szomolányensi, studio amplioris perfectionis Societatem Jesu ingresso, Beneficium isthoc parochiale in canonicam vacantiam recidit. Qui pro eo concurrere volunt, ii recursus suos, Patrono Comiti Joanni Pálffy inscriptos, usque 15-am affuturi mensis Martii ad me promovendos habebunt. Strigonii die 14-a Februarii 1860.

Nr. 811.

Statio Docentis in Köbölkút vacat.

Concursus pro hacce labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 29-am affuturi mensis Martii praesentibus defigitur. Proventus eius consistunt in sequentibus: Tenet terram arabilem 27½. metr. pos. capacem, pratum item semialterius iugeri et canabetum; circa quae omnia labores, praeter frugum demessionem, parochiani perstringunt. Praestant porro fideles coloni 35. metr. pos. mixti, inquilini vero 2. flnos 48. xros Mon. Conv. Ab J. Dominio obtingunt 5. orgiae ligni duri, titulo stolae incirca 20. flni; pro sacris fundationalibus 33. flni et 2. flni e cassa Communitatis titulo pisturae hostiarum. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera, stabulo, cellario, reclinatorio absolvitur, cui hortus postdomalis et area trituratoria adiacet. Recursus debite instructi Principi Antonio Pálffy ab Erdőd inscribantur et surr. Districtus Párkányensis VADiacono Stephano Tölgyesy, Parocho Szölgyénensi, ad praeindicatum Concursus terminum exhibeantur, supradicto Domino terrestri fine praesentationis cuiuspiam idonei Individui ab eodem transponendi, hocque facto eadem via horsum pro definitiva nominatione extemplo substernendi. Quodipsum Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 15-a Februarii 1860.

Nr. 833.

Formularia pro usu relationum schol. ubi acquirenda?

Observato hic iteratis vicibus eo, quod tabellares in rebus scholasticis relationes apud complures scholarum Inspectores et Directores sub praetextu defectus impressorum formularium ad praevium finem praescriptorum adhaereant: eo Vos inviandos duxi, quod omnis generis isthaec formularia tam ex c. r. bibliopolio Viennensi, quam a Budensi c. r. Universitatis Typographiae Directione, et quidem:

Formularium usibus testimonialium scholasticarum pro I. II. III. et IV. classe 100. exemplaria ab 1. flno 26. xris val. austr.

Formularium Tabellae A) phylira a 4. xris; denique

Formularium Tabellae pro scholis capitalibus praescriptae phylira erga 3. xros val. aust. via c. r. bibliopoliorum comparari possint. Lubenter Vobis formularia haec gratuito suppeditarem, nisi a concernentibus politicis Dicasteriis, congrue eatenus suo tempore requisitis, ipse iterato ad eadem e bibliopoliis procurari facienda inviatus essem, demtis forte formularibus Tabellae A) abinde hucdum suppeditari consuetis. Per se vero intelligitur, tabellares idmodi relationes, etiam de scholis capitalibus, utut a Directoribus vel dirigentibus Docentibus adparari solitas, a scholarum Inspectoribus debite sollicitandas et Officio dioecesano ad praescriptum terminum transponendas esse. Strigonii die 16-a Februarii 1860.

Nr. 845.

Baptismales de prolibus subditorum Principatus Schwarczburg exhibendae.

In sensu Edicti a caes. regio Ministerio cultus ddto 22-ae Januarii anni curr. Nr. 849. emanati, sicut super casibus obitus subditorum Principatus Schwarzburgici intra ambitum Imperii austriaci decedentium: ita etiam super nativitate prolium a praedicti Principatus subditis seu legitime seu illegitime isthic progeneratarum literae testimoniales per concernentes Curatos ex officio extradandae et ad respectivam Locumtenentialem sectionem fine ulterioris promotionis via Ordinariatus transponendae sunt. Strigonii die 17-a Februarii 1860.

Nr. 860.

Pro Docentis statione in schola capit. Levensi Concursus.

Concursum pro hac Docentis statione, cui munus Directoris quoque iunctum est, c. r. sectio Locumtenentialis Posoniensis sub 5-a curr. Nr. 2535. in 15-am affuturi mensis Martii defixit, usque quem terminum recursus dicto politico Dicasterio inscripti literis baptismalibus, attestatisque super supplicantis habilitate, moralitate, applicatione, linguarum item hungaricae et germanicae cognitione instructi surr. VADiacono Districtus Levensis Mathaeo Dualszky, Parocho in Csejkő exhibeantur, Communitati oppidanae Levensi pro praesentatione communicandi, deinque horsum fine promotionis transponendi. Emolumenta stationis huius 300. flnos val. austr. nec non 100. flnos titulo fatigiorum Directoralium efferunt. Competentes artis delineatoriae gnari ceteris paribus praeferentur. Strigonii die 18-a Februarii 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Strigonii, typis E. Horák.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1355.

Exercitia Posonii asservanda publicantur.

Firmissime persvasus, Sacerdotem in vocationis suae perfectione per sacrae solitudinis Exercitia vel maxime proficere posse, desidero filum salutarium huiusmodi Sacrorum Exercitiorum, duobus proxime praeterlapsis annis, uno quidem ob praeparationem pro asservata per me Synodo Provinciali, altero ob tumultus belli interceptum, rursum resumere Fratres Filiique dilectissimi! quosic vehiculo illorum gratia Dei in nobis vitae emendationem, veram sinceramque cordis compunctionem et animi conversionem operetur, Nosque excussis mundanarum sollicitudinum et passionum sordibus, ad christianae et clericalis virtutis alacre exercitium, atque ad sanctam cum Deo in spiritu unionem potentius inflammemur!

Cum solatio itaque annuncio Vobis, quod Sacra idgenus Exercitia currente isto anno Posonii in Sacello Residentiae meae Primatialis Mense Maio, sub protectione Magnae Nostrae Dominae, cuius honoribus mensis hic peculiariter sacratus est, Vobiscum agere, in animo constitui.

Quo maiori numero aderitis, eo magis exultabit spiritus meus, et laetabitur paternum cor meum!

Sumet autem initium sacer hic noster Recessus die 21-a praedicti Mensis Maii a prandiis hora quarta et die 25-a horis matutinis finem accipiet. Eidem interventuri maxima ex parte in mea Residentia hospitio providebuntur, residui in Domibus Religiosorum, aliorumque eiatum Sacerdotum illocabuntur. Ut vero eatenus de tempore congrua disponi possint, qui e Vobis venire constituerint, animi sui determinationem inomisse usque ultimam proxime affuturi mensis Aprilis diem, via respectivorum VADiaconorum, mihi insinuandam habebunt. Interea etiam Gratia Dei sit cum omnibus Vobis! Strigonii die 21-a Martii 1860.

Nr. 1183.

Nedeczky Caspari sermones publicantur.

Casparus Nedeczky, Archi-Dioecesis huius Presbyter, Parochus Dömösensis, edidit penes indultum et adprobationem meam cyclum sermonum sacrorum dominicalium et festivalium a Dominica 1-a Adventus usque ad Pascha currentem, sub titulo: „Vasár- s ünnepnapi egyházi beszédek.“ Utile isthoc ad 24. philyras extensum opus, quod in Cancellaria mea dioecesana pretio 2. fl. val. austr. adquiri potest, hisce reflexioni Vestrae impensius commendo. Strigonii die 9. Martii 1860.

Nr. 1222-

Beneficia vacantia currentantur.

Beneficia parochialia: Vallis-Mariae, Komjáth et Prassicz, duo quidem priora cum 1-a Maii, posterius cum 1-a Augusti a. c. in sequelam benevolae resignationis, per concernentes Beneficiatos factae, canonice vacabunt. Qui praedictis Beneficiis potiri volent, recursus suos, respectivis Patronis inscriptos, et quidem pro Valle-Mariae et Komjáth usque ultimam Aprilis, pro Prassicz autem usque ultimam Julii anni labentis mihi exhibendos habebunt. Strigonii die 12-a Martii 1860.

Nr. 1307.

Docentis in schola capit. Znyo-Várallyae statio vacat.

Nexu requisitionis abs c. r. sectione Locumtenentiali Posoniensi sub 13-a curr. Nr. 3845. factae, Concursum pro vacante in schola capitali Znyo-Várallyaensi Docentis statione in 10-am Maii a. curr. defixum esse hisce annuncio. Emolumenta eiusdem, cum munere Directoris coniunctae, in 420. flnis val. austr., 12. ligni orgiis et gratuito hospitio consistunt. Competentes recursus suos supramemorato c. r. Dicasterio inscribant, atque genuinis super religione, patria, docendi habilitate, in servitiis scholaribus adplicatione, moralitate item, nec non linguarum slavicae et germanicae peritia attestatis instructos, scholarum Inspectori in Szklenó (Comit. Thurócz.) Ludovico Sartoris, via concernentis Superioritatis usque praedictum terminum exhibeant. Strigonii die 17-a Martii 1860.

Nr. 1311.

Concursus pro statione Docentis in Bagota publicatur.

Terminus Concursus pro filiali hac labii hungarico- slavici Docentis una Cantoris statione in 26-am Aprilis a. curr. praesentibus defigitur. Proventus eius consistunt: in 10. iugeris agrorum commassatis, quae fideles cultivant; in 2. iugerorum prato; 11. metretis pos. siliginis titulo lecticalis; 15. flnis 43. xris val. austr. e

fundatione Szilyana; ab J. Compossessoratu 16. flnis 70. xris; a prolibus scholaribus incirca 40. flnis, unde et scholae calefactio perstringenda; in 4. flnis 20. xris e fundo Religionis et studiorum; denique incirca 6. flnis titulo stolae. Recursus testimoniis habilitatis et moralitatis instructi J. Compossessoratui inscribantur et VADiacono Districtus Udvardensis Adolpho Majthényi, pro officiosa pertractatione, ordinibus ministerialibus ddto 27-ae Octobris 1857. N. 741. praescripta exhibeantur. Id quod Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue ad notitiam perferatis. Strigonii die 18-a Martii 1860.

Nr. 1218.

Veszely Joannes obiit.

Joannes Veszely, Cooperator Udvardensis, die 7-a curr. Szeniczii, ubi valetudinem curabat, anno aetatis 31-o pie in Domino obiit. Animam eius piis suffragiis commendo. Strigonii die 12-a Martii 1860.

benevolus

Joannes Card. A. Eppinger

Strigonii, typis E. Horák.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1422.

Kopsziani operis „Presb. in synodali Examine“ secunda editio publicatur.

Joannes Kopsz, Secretarius Eppalis Sabariensis, SS. Theol. Doctor, alteram, auctioremque editionem operis abs se editi: „Presbyter in Synodali examine,“ annunciat. Superfluum foret continentias operis huius, utilitatemque pluribus recensere, cum illud ex prima editione utique quam plurimis notum sit. Auctior attamen isthaec editio reflexioni Vestrae peculiarius commendari meretur. Quibus proin animus fuerit librum hunc sibi comparandi, ii nomina sua via Vice-Archidiaconali Cancellariae meae ecclesiasticae insinuent. Strigonii die 25-a Martii 1860.

Nr. 1612.

In Besse Docentis statio publicatur.

Concursus pro hac labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 18-am mensis Maii a. curr. praesentibus defigitur. Tenet in agris 4. iugera, quibus post imminentem commassationem 3. iugera accedent. Titulo lecticalis obveniunt 11. metr. pos. tritici et 4. metr. siliginis; e fundo Religionis et studiorum 37. flni 86. xr. titulo didactri incirca 20. flni; titulo stolae et offertorii incirca 30. flni; pro pinsendis hostiis 2. flni 40. xr. val. austr.; ligni cum frondibus incirca 2. orgiae. Habitaculum e duobus cubilibus, camera, culina constat; domuique scholari hortus 300. org. quadr. amplus adiacet. Recursus debite instructi surrog. Districtus Verebélyensis VADiacono Laurentio Gyurics, Parocho in Füss inscribantnr et exhibeantur. Strigonii die 4-a Aprilis 1860.

Nr. 1620.

Subdocentis statio vacat Levae.

Recursus pro hac labii hungarici, slavici et germanici in schola puellarum statione, usque 18-am affuturi mensis Maii a. curr. surr. VADiacono et Parocho in Csejkő Matthaeo Dualszky, fine nominationis abs eodem in sensu ministerialis Resolutionis praesuscipiendae exhibeantur. Emolumenta stationis huius in 100. flnis val. austr. hospitio, item victu et lotione in domo ludimagistri, quem subdocens in funeribus iuvare et supplere obligatur, consistunt. Id quod ad notitiam docturae Candidatorum, actualiumque Praeparandiae alumnorum, qui ex obiectis alterius quimestris privatim subin tentamen subire possent, extemplo perferatis. Strigonii die 5-a Aprilis 1860.

Nr. 1625.

Curati a dependendis communalibus adiectamentis liberi.

Altissimis Patentalibus ddto 24-ae Aprilis 1859. §. 29-o in genere cautum est: ne legalis Congrua Curatorum, item publicorum Docentum per contributionem Communitatis (Gemeinde-Zuschläge, községadó) imminuatur. Ex occasione autem certi specialis casus, qui in ambitu Locumtenentialis sectionis Soproniensis recenter evenit, caes. regium Ministerium cultus, ope sui Edicti ddto 15-ae Februarii anni curr. Nr. 18395. decrevit: quod intuitu Curatorum, quorum Congrua per publicam conributionem infra systematicum statum deprimitur, normativa sit dispositio caes. regii Ministerii negotiorum internorum ddto 5-ae Octobris 1858. Nr. 14113. sensu cujus iidem Curati a depensione communalium adjectamentorum (Gemeinde-Zuschläge, községi pótlékok) prorsus ita immunes sunt, sicut Officiales Status. Quodipsum Vobis pro directivo notitiae statu, nexu Rescripti caes. regii Locumtenentialis sectionis Budensis, ddto 29-ae Februarii labentis anni Nr. 4015. hisce communico. Strigonii die 10-a Aprilis 1860.

Nr. 1550.

Jos. Klezsó, fatis functus.

Josephum Klezsó, in generali Seminario Pestinensi studiorum Praefectum, post pie suscepta moribundorum Sacramenta, die 2-a curr. mensis, anno aetatis 39. supremum diem obiisse hisce Vobis annunciando: animam eius singulorum piis suffragiis commendo. Strigonii die 5-a Aprilis 1860.

Nr. 1634.

Adolphus Olgyay obiit.

Adolphus Olgyay, Parochus Köbölkútensis, die 8-a curr. postquam praevie Sacramentis moribundorum provisus fuisset, anno aetatis suae 51. pie in Domino decessit. Quod autem tristissimum est, decessit in sequelam lethalis ictus, quem manus sicaria in caput eius lapide ante decem dies vibravit! Dum animam eius piis Vestrum omnium suffragiis commendarem, simul terminum pro recursibus, per adspirantes ad vacans redditum parochiale isthoc Beneficium exhibendis, in 15-am proxime affuturi mensis Maii diem hisce defigo. Strigonii die 12-a Aprilis 1860.

benevolus

44.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1737.

Quipiam a docendo arcetur.

Georgius Magdák, Docens postremo in Ráthot, ob crimen seductionis ad sicariam necem, vi Rescripti Ministerialis ddto 27-ae Martii a. curr. Nr. 4513. ad munus docendi publicum non minus ac privatum inhabilis declaratus est. Quodipsum, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis sub 9-a curr. Nr. 8867. editi, Inspectoribus, Directoribusque scholarum elementarium, fine arcendi a munere institutionis dicti Individui, praenotationisque cognominis eiusdem in protocollo scholari faciendae ergo, hisce notum redditur. Strigonii die 19-a Aprilis 1860.

Nr. 1744.

Statio Docentis in Kis-Ujfalu vacat.

Concursus pro hac labii slavico-hungarici Docentis una Cantoris statione, ad Parochiam Szklabonya filiali, in 29-am affuturi mensis Maii praesentibus annunciatur. Emolumenta eiusdem consistunt: in 4. agrorum iugeris; 34. metr. pos. siliginis et 4. hordei; 2½. urna vini; uno curru foeni; duabus orgiis lignorum et totidem pro usu scholae; 40. flnis a Communitate, totidem a scholaribus titulo didactri; 5. flni pro institutione dominicali et tantumdem titulo stolae obtingit. Aedificio scholari hortus ⅛. iugeri adiacet. Recursus debite instructi Antonio Perkinkó, VADiacono Kékkeőensi et Parocho in Zsély inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 20. Aprilis 1860.

Nr. 1864.

Individuorum militariorum matrimonia quoad, instructio datur.

Specialis casus, qui intervenit, praebet mihi ansam Vos reflectendi: quod nefas sit individua militaria cum aliis personis copulare, praeterquam cum illis, respectu quarum expresse et nominetenus a concernente Superioritate militari indultum contrahendi matrimonii obtinuerunt. Personae etenim, militaribus individuis nubere volentes, debent prius certas cautelas implere, signanter debent comprobare statum suarum facultatum, Litteras baptismales et testimonium moralitatis exhibere, atque Reversales super eo dare: quod nullum ius ad qualemcunque militarem pensionem forment, neque pro casu, si maritus ad Regimen revocaretur, hunc ullo sub praetextu eorsum sequuturae sint; — nisi accenserentur quindecim illis mulieribus, quibus hoc penes singulum Regimen admissum est. (Cf. Circulares ddo. 21-ae Octobris 1858. Nr. 4267.) Strigonii die 57-a Aprilis 1860.

Nr. 1882.

Statio Docentis in Uj-Bars vacans publicatur.

Concursus pro hac labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 6-am Junii a. curr. praesentibus defigitur. Emolumenta eiusdem sunt: 16½. metr. pos. frumenti mixti; incirca 12. metr. pos. hordei a scholaribus; incirca 37. flni M. C. titulo lecticalis; titulo institutionis prolium 12. flni 30. xri M. C., porro perna et pullus a singula prole, vel calculo relutionali 7. flni 30. xri M. C.; ab Ecclesia in aere parato 8. flni M. C.; titulo calefactionis scholae quoque tres orgiae lignorum; praeterea reditus stolares et canabetum ½. metr. pos. capax. Tempore commassationis ½ sessio colonicalis in agris et pascuo accedet, uti etiam fixa solutio e cassa Communitatis pro institutione in scholis dominicalibus. Recursus debite instructi surr. VADiacono Districtus Levensis Matthaeo Dualszky, Parocho in Csejkő inscribantur et exhibeantur. Quodipsum Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 29-a Aprilis 1860.

Nr. 1896.

Taxas pro matr. extractibus competentes quoad editi ordines republicantur.

Caesareo-Regium Ministerium Cultus abusibus obviaturum, qui in taxandis matricularibus dilucidationibus, quas a militia immunitari volentes, coram Commissionibus statutoriis producere debent, hinc inde per Curatos commissi fuisse praetenduntur, eosdem Curatos in suo ddto. 23-ae Martii anni curr. Nr. 3517. Edicto eo universaliter inviari postulat: ut pro idgenus matricularibus dilucidationibus, etiamsi illas ampliores esse oporteret, haud ultra consvetam extractuum matricularium taxam, nullo autem in casu, nequidem a valentioribus, ultra duos florenos praevio titulo desumant, miseris vero quaestionatas matriculares dulicidationes gratis subministrent. Quodipsum Vobis in cohaerentia mearum Circularium ddto. 11. Septembris 1859. Nr. 3604. pro directione hisce intimo. Strigonii die 20-a Aprilis 1860.

Nr. 1948.
Kurtakeszense Beneficium vacat.

Per translationem Georgii Schnausz ad Nagy-Salló, parochiale quod adusque tenuit Beneficium Kurtakesziense in vacantiam reccidit, terminus pro exhibendis recursibus in ultimam curr. mensis praestituitur. Strigonii die 3. Maii 1860.

Nr. 1928.
Markovich, Orgonás †

Antonium Markovich, Ordinarium VADiaconum Districtus Malaczkaensis, Parochum Konyhaensem die 27-a Aprilis anni curr. aetatis 72-o post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiisse, hisce Vobis significo, animamque illius piis singulorum suffragiis commendo. Qui pro vacante taliter Beneficio recurrere volunt, ii recursus suos, Patrono inscriptos, usque ultimam curr. mensis isthuc submittendos habebunt. Non absimiliter Antonii Orgonás, Administratoris Szkiczóensis 27-a proxime praeteriti mensis anno aetatis 27-o pie in Domino defuncti animam solitis piis suffragiis commendo. Strigonii die 1-a Maii 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

Strigonii, typis E. Horák.

45.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2014.
Aedilare scholarum element. negotium.

Inter negotia, quorum cura scholarum Inspectoribus et Directoribus incumbit, haud postremum locum aedilitas scholaris sibi vindicat; qua in re principii instar serviat, ut, ubi domus scholaris erigenda est, eadem non solum loco accommodo, sanitati haud nocivo, aeri pervio et quieto, ab Ecclesia denique, uti et aede parochiali haud remoto struatur, verum summis duntaxat indigentiis prae oculis habitis et citra ullum concurrere obligatorum aggravium, numero prolium scholas frequentare obligatarum correspondenter, ac quo paucioribus cum expensis structura idmodi ad effectum perducatur. Ad sic dictos necessitatis hoc in genere articulos concernens Communitas, utpote quae iuxta §§-os 72-um et 73-um systematis scholarum elementarium onus struendarum, restaurandarum et instruendarum aedium scholarium ferre tenetur, in expetito Dominii terrestralis, aliorumque compossidentium concursu districtim obligatur; quae proin commoditatis potius, quam necessitatis rationem praeseferunt, benevolo duntaxat ad aedilitatem concurrere obligatorum assensu perfici possunt. Hunc tamen in censum cubile pro Docentis habitaculo deserviens, quodve a conclavi institutioni destinato, quin imo a subdocentis hospitio etiam distinctum sit oportet, venire neutiquam potest. Structurae vel instaurationes idmodi domuum scholarium, in ordine iuxta planum et sumtuum proiectum, loco competente adprobatum praesuscipiuntur. Quodsi igitur notabiliorem aedilitatem adiuncta deposcerent, Curatus, in mutua cum locali scholae Curatore cointelligentia, pro incumbentis sibi ceu scholae Directori muneris ratione, populum fidelem ad aedilitatem scholarem ultro praesuscipiendam, respective ad sumtus scopo hoc necessarios perstringendos omni meliore modo permoveat, cum secus negotium aedilare vel penitus succuti, vel saltem nimium quantum protelari necesse sit. Hoc facto scholarum Inspector, comparata sibi, si opus foret etiam personaliter, de necessitate structurae idmodi convictione, congrua item de promtitudine vel renisu populi et reliquorum ad aedilitatem concurrentium, aliisque localibus adiunctis informatione capta, negotium comite opinione sua indilate c. r. circulari politicae Jurisdictioni substernet, nec nisi tunc, ubi officiosae suae interpositioni impedimenta poni, vel talem effectu carere adverterit, de casu in casum ad dioecesanum hocce Officium fine sollicitandae medelae se convertat, prout idipsum Circularibus ordinibus sub 2-a Januarii 1859. Nr. 50. publicatis abhinc intimatum fuit. Commissionibus, iu sequelam remonstrationis idmodi a scholarum Inspectoribus, vel pro re nata, a dioecesano meo Officio exhibitae, in merito neoerigendarum aut ampliandarum scholarium aedium a c. r. politica Jurisdictione ordinari solitis, ad exigentiam ministerialis Resolutionis sub 4-a Aprilis a. curr. Nr. 114. editae, mecumque via c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis ope Rescripti ddto 23-ae eiusdem Nr. 9879. communicatae, districtuales scholarum Inspectores, quantum vero ad civitatem Budapestinensem scholarum elementarium Directores inomisse interveniant, quo sic fundamento numeri prolium scholae capacium genuine eruendi, intuitu numeri localitatum scholarium, earum extensionis et debitae instructionis, nec non quaestionum institutionem attinentium semet enunciare possint; quodsi vero in persona pertractationi officiosae intervenire impedirentur, mentem suam in praevio aedilari negotio aut scripto, dictae Commissioni scholari intimando aperiant, aut locali Curato vices suas committant. Strigonii die 6-a Maii 1860.

Nr. 2123. 2124.
Statio Docentis in Vágujhely et Babindal vacat.

Concursus pro vacante in oppido Vágujhely Classis 2-ae, nec non in Babindal, filiali ad Nagyhind, Docentis statione in 17-am Julii a. curr. praesentibus annunciatur.

Proventus prioris consistunt in 189. flnis val. aust. e cassa Communitatis; 12. flnis 60. xris eiusdem monetae e cassa Ecclesiae; 49. flnis 80. xris e fundatione pro musicis; 31. flno et 50. xris e parte Beneficii Praeposituralis; totidem pro institutione in schola dominicali a coetibus opificum dependendis, quibus 10. incirca

floreni e stola, item 6. flni 30. xri pro purgatione scholae obvenientes accedunt. Denique tenet Docens agrum ½ metr. pos. et 3. orgias lignorum a Communitate percipit. Habitatio duobus cubilibus, camera et culina absolvitur.

Posterioris vero stationis, pure hungaricae, laudabili Communitatis opera novissime erectae emolumenta, ope scholaris fassionis debite assecurata, 224. flnos 40. xros val. austr. adaequant. In specie percipiet Docens: a singula sessione, quarum numerus ad 11. excurrit, unam metr. pos. siliginis; a singula prole scholari (sunt incirca 30) 52. xros item ¼ metr. pos. tritici puri; e cassa Communitatis 80. flnos, item 26. flnos 25. xros pro lignis focalibus usui proprio inservituris ab eadem Communitate. Domus scholaris conclavi pro institutione, duobus cubilibus pro habitaculo Docentis, item culina, camera, reclinatorio et stabulo absolvitur, eique fundus 600. org. quadr. amplus, per Communitatem cultivandus adiacet. Recursus debite instructi pro statione primum memorata, quae linguae slavicae ac germanicae nec non musicae et cantus cognitionem requirit, Districtus Csejthaensis VADiacono, Parocho in Pobedim Emerico Mráz; pro posteriore vero Joanni Druzsbovics, VADiacono Nagy-Czétényensi et Parocho in Vajk inscribantur & exhibeantur. Strigonii die 13-a Maii 1860.

Nr. 2125. 2127. Beneficia Zohor et Alsó-Palojta vacant.

Per transitum Arnoldi Stummer, Parochi Zohorensis ad Archi-Dioecesim Agriensem, parochiale, quod adusque tenuit, Beneficium Zohorense; per translationem vero Vincentii Gyürky ad Rimócz parochiale Beneficium Alsó-Palojtaense in vacantiam reciderunt; qui alterutrum horum Beneficiorum obtinere cupiunt, recursus suos respectivis Patronis inscriptos usque 15-am affuturi mensis Junii mihi exhibeant. Strigonii die 13. Maii 1860.

Nr. 2003. Czaban Andreas obiit.

Die 3-ia curr. mensis, post tolerata exemplari cum patientia et plenaria in divinam voluntatem resignatione diuturni morbi incommoda, susceptaque praevie moribundorum Sacramenta, anno aetatis suae 47. pie in Domino obiit Andreas Czaban, Parochus, dum viveret, Komjáthensis. Octavum hunc iam decursu labentis anni mortis casum Vobis annunciando, simul animam eiusdem Andreae Czaban piis omnium Vestrum suffragiis hisce commendo. Strigonii die 5-a Maii 1860.

benevolus

Joannes Lippay

Strigonii typis E. Horak.

46.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2803.
Concursus pro Docentis statione in Uj-Bars republicatur.

Concursus pro hac labii hungarici Docentis una Cantoris statione snb 29-a Aprilis a. curr. Nr. 1882. publicatus, in 16-am Augusti a curr. novitus annunciatur. Emolumenta eiusdem illic recensita facilioris communicationis gratia isthic enumerantur, nempe: 16½ metr. pos. frumenti mixti; incirca 12. metr. pos. hordei a scholaribus; incirca 37. flni MC. titulo lecticalis; titulo institutionis prolium 12. flni 30. xri MC; porro pullus et perna a singula prole, vel calculo reluitionali 7. flni 30. xri MC; ab Ecclesia in aere parato 8. flni MC; titulo calefactionis scholae quoque tres orgiae lignorum; praeterea reditus stolares et canabetum ½ metr. pos. capax. Tempore commassationis ½ sessio colonicalis in agris et pascuo accedet, uti etiam fixa solutio e cassa Communitatis pro institutione in scholis dominicalibus. Recursus debite instructi scholarum elementarium Inspectori Districtus Levensis Matthaeo Dualszky, Parocho in Csejkő, inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 10-a Julii 1860.

Nr. 2930.
Statio Docentis in Prácsa vacat.

Pro hac labii slavici Docentis et Cantoris statione Concursus in 23-am Augusti a. curr. praesentibus defigitur. Proventus illius consistunt in 180. flnis v. austr. a Communitate, item 4. flnis 62. xris ab Ecclesia percipi solitis; in 36. metr. pos. siliginis; incirca 6. urnis musti; 8. orgiis ligni, unde et schola calefieri debet; 8. denique agrorum iugeris propriis sumtibus cultivandis. E stola incirca 15. flni, ex offertoriis 10. flni v. austr. obtingunt; pro expropriatis vero societati strati ferrati fundis 7. flni 20. xri annue obveniunt. Habitatio duobus cubilibus, culina, duabus cameris, reclinatorio et stabulo absolvitur, domuique hortulus adiacet. Recursus requisitis testimoniis instructi scholarum Inspectori Districtus Baziniensis, Canonico hon. Stephano Szuchányi, Parocho Modrensi inscribantur et ad praeindicatum Concursus terminum exhibeantur. Quodipsum Docentibus subdocentibus item Vestris congrue ad notitiam perferatis. Strigonii die 15-a Julii 1860.

Nr. 2974.
Consignationes quottarum visitationalium, necnon relationes quaepiam deposcuntur.

Dum ope circularium ordinum sub 1-a Octobris 1859. Nr. 3585. dimissorum visitationem scholarum elementarium impense Vobis tum ex ratione incumbentis Officii, tum ut altissimae intentioni Suae Maiestatis Sacratissimae satisfiat, commendassem, scholarum Inspectores ad desumendas titulo peractae visitationis scholarum e fiscis Ecclesiarum pro anno 185⁸/₉ quottas cum eo activisavi, ut quottarum harum a parte Ecclesiarum ipsas perstringere nequeuntium consignationem pro duobus annis, signanter 185⁸/₉ et 18⁵⁹/₆₀ fine exassignationis ad fundum studiorum sollicitandae, simul et ad semel horsum exhibeant. Cum igitur annus scholasticus postremo memoratus ad finem vergat, neque dubitem praementionatam scholarum visitationem aut jam occasione publicorum examinum a scholarum Inspectoribus rite praesusceptam, aut certe occasione visitationis VADiaconalis praesuscipiendam esse: connotationem Ecclesiarum, tam matricum quam filialium, quarum fisci pensum visitationis scholarum perstringendo haud sunt, una cum summa quottarum pro utroque anno obvenientium, a parte Districtuum c. r. condam sectioni Consilii Locumtenentialis Posoniensis adscriptorum, opperior. Reflecto hac occasione scholarum Inspectores illorum Districtuum, intra quorum ambitum Gymnasia reperiuntur, ut relationem de profectu iuventutis in Doctrina Religionis per decursum anni scholastici facto, quanto ocyus horsum exhibendam apud Directores Gymnasiorum adurgeant, tabellas item pro usu schematismi tempestive submittant, consignatione Docentum et numeri scholarium primum mense Novembri exhiberi solita. Strigonii die 18-a Julii 1860.

Nr. 3029.
Statio Docentis in Babindal vacans iterato publicatur.

Concursus pro hac labii pure hungarici statione, ad Matrem Nagyhind filiali, ope circularium literarum sub 13-a Maii a. curr. Nr. 2124. annunciatus, praesentibus republicatur, proque eodem asservando 25-a Augusti a. curr. defigitur. Emolumenta ipsius dictis circularibus ordinibus speciatim recensita 224. flnos 40. xros val.

austr. efferunt et ope fassionis scholaris debite assecurata existunt. Recursus ad praeindicatum Concursus diem VADiacono Districtus Nagy-Czétény Joanni Druzsbovics, Parocho in Vajk exhibeantur. Strigonii die 22-a Julii 1860.

Nr. 2903.
Ondrejkovics Alexius obiit.

Alexii Ondrejkovics emeriti Parochi Mariavallensis, die 11-a curr. m. post suscepta moribundorum sacramenta, anno aetatis 73. pie in Domino defuncti animam piis suffragiis Vestris commendo. Strigonii die 14-a Julii 1860.

benevolus

Joannes Card. Egger

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Strigonii, typis E. Horák.

47.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2190.
Quipiam ad docendum inhabilis declaratur.

Bergauer Josephum in Warta, Bohemiae loco natum, catholicum, uxoratum, duarum prolium patrem, postremo provisorium in Reichenbach subdocentem, ob maleversationis crimen quinque mensium carcere mulctatum, ideoque ad munus sive publice sive privatim docendi inhabilem declaratum esse, c. r. sectio Locumtenentialis Posoniensis sub 10-a curr. Nr. 9808. mihi insinuat. Id quod fine adnotationis in libro scholari faciendae hisce Vobis notum redditur. Strigonii die 16-a Maii 1860.

Nr. 2194.
Statio Docentis et subdocentis in Szobotist vacat.

Concursus pro gemina hacce labii germanici et slavici statione in 19-am affuturi mensis Julii praesentibus defigitur. Proventus Docentis, ope fassionis scholaris, sub 9-a curr. Nr. $^{9323}/_{1760}$ altiore Loco ratihabitae, summam 436. flnorum val. austr. efferunt, e quibus subdocentis solutio cum 100. flnis in dicta moneta, nec non intertentio eiusdem perstringi debet. In specie: tenet Docens agellos tres, sex metr. pos. capaces; pascuum commune; ab agris Ecclesiae percipit 6. metr. pos. tritici; e cassa Ecclesiae 8. flnos 40. xros; e cassa Communitatis 252. flnos 78. xros; e fundo studiorum 51. flnum 60. xros, insuper 42. flnos ad durationem trium annorum; pro lignis 9. flnos 10. xros; titulo stolae 10. flnos; e fundationibus denique 7. flnos. 49. xros val. austr. Habitatio duobus cubilibus, culina, camera et area 12. org. quad. ampla, quae vices horti antea obivit, absolvitur. Recursus debite instructi surr. VADiacono Districtus Szeniczensis Francisco Zajcz, Parocho in Jabloncza inscribantur et ad praeindicatum Concursus terminum exhibeantur. Id quod Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 18-a Maii 1860.

Nr. 2337.
Adminicula paedagogica inculcantur.

Omnis, ut probe singulis Vestrum constat, prolium institutio eo collineare debet, ut vis intelligendi earum pedetentim acuatur, voluntas ad honesti leges fingatur, tenerique animi virtutis amore sensim capiantur, id quod Docentum ad rite instituendum sufficientem habilitatem, probatamque morum honestatem necessario praesupponit. Observavit hoc jam olim Plutarchus, dum in oratione sua, quam de educatione dixit, leges circa informatores iuventutis praescriberet, inquiens „Quaerendi sunt praeceptores, quorum et mores sint honesti et vita careat opprobrio et eruditio atque experientia sit haud vulgaris. Fons enim, ac veluti radix virtutis, atque honestatis omnis est proba institutio“ (Cap. VI.) Et sane, sine idoneis Docentibus vana est omnis de meliore scholarum popularium statu, nec non institutionis elementaris provectione spes et sollicitudo. Ferit haec observatio cumprimis Curiones sacros, utpote qui personis in institutionem publicam influentibus seu qua Directores, seu denique qua catechetae principaliter accensentur. Hoc igitur scopo indispensabiliter necessarium est, ut scientia et arte paedagogica, non theoretice solum sed et practice ediscenda, penitius imbuantur. Exiguam sane habebunt coram subordinatis sibi scholarium magistris auctoritatem, si cognitione paedagogica iisdem superiores aut saltem aequales non fuerint, suamque ignorantiam identidem prodere necessitentur in iis, quibus dirigendis sunt praefecti. Quam igitur hauserunt paedagogiae cognitionem, eadem tenuiter nefors libata haud contenti, privata quoque lectione et experientia in dies excolere, augereque studeant. Quare meliora hoc in genere opera, in ephemeridibus publicis annunciari solita, quale signanter illud sub titulo „Tanférfiak, szülők s nevelők évkönyve“ redactore Antonio Lonkay propediem prelum deserturum censetur, prout et scripta periodica huius argumenti, uti sunt „Österreichischer Schulbote“ aut vero illud redactore nunc memorato editum, quod sub nomine „Tanodai lapok“ venit, Curatis et Docentibus comparandum, ac sedula manu volvendum revolvendumque impense commendo. Strigonii die 4-a Junii 1860.

Nr. 2348.
Sacrae icones comparandae commendantur.

Bernardus Galura, Princeps-Episcopus condam Brixinensis, ad facilitandam domi, in Ecclesia item et schola institutionem catecheticam, sacrarum iconum collectionem sub titulo „Gallerie heiliger Bilder“ edidit, cuius textus subin in idioma hungaricum translatus, siquidem nil contineret, quod fidei catholicae et bonis moribus adversum esset, quin imo Curatis et Docentibus in institutione prolium religiosa et fidelium aedificatione potenti adminiculo deserviret, nexu provocationis a parte Excelsi cultus et institutionis Ministerii sub 30-a Martii 1858. Nr. 3736. factae, dioecesana mea adprobatione provisus est. Icones hae sacrae cum subiecto sibi textu, opera c. r. librorum scholasticorum Directionis Viennensis, ad expensas fundationis Sigismundi olim Sauter pro edendis opellis catecheticis factae, linguis in patria nostra plurimum vigentibus novissime procusae sunt, quarum specimen linguis in singula Parochia principaliter obtinentibus hicce finem in eum advolvitur ./· ut, sumto in maturam considerationem eo, quod — dicente S. Gregorio papa — in iconibus conspiciant lectionis ignari id, quod in libris legere haud norunt; quod item teste Horatio „segnius irritant animos demissa per aures, quam quae sunt oculis subiecta fidelibus“ praedictas icones sacras, tum ad alleviandam ope intuitionis earundem religiosam institutionem, tum ideo, ut munusculorum catecheticorum vices obeant, etiamsi ex Ecclesiae peculio, studiose adprocuretis. Strigonii die 4-a Junii 1860.

·/·

Nr. 2444.

Significo Vobis, quod amodo et imposterum e dieocesanis Circularibus ad singulum VADiaconalem Districtum semper uno plura exemplaria ac secus, spectato Parochiarum numero, requireretur, submittenda sint eo scopo, ut supernatans exemplar exclusivo usui VADiaconalis Officii deserviat. Strigonii die 12-a Junii 1860.

Nr. 2352.
Emericus Nagy et Andreas Czentár obierunt.

Emericus Nagy, Parochus, dum viveret, Bátorkesziensis, die 29-a proxime praeteriti mensis, in sequelam apoplectici ictus in Domino obiit. Commendando animam ejus solitis piis suffragiis, simul pro recursibus concernenti Patrono inscriptis, ad effectum obtinendi canonice vacantis huius Beneficii mihi exhibendis, 10-am affuturi mensis Julii diem hisce praefigo. Non secus obitum Francisci Czentár, Parochi postremo Kolpachensis, die 6-a curr. mensis interventum, Vobis fine absolvendorum pro anima ejus piorum suffragiorum hisce annuncio. Strigonii die 8-a Junii 1860.

benevolus

Joannes Card. Egger

Strigonii, typis E. Horák.

48.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2616.
Mutuum Papale Clero ADioec. commendatur.

Pericula quae Statum Pontificium, inter abnormes modernas rerum in Italia convulsiones, circumdant, prout et damna quae idem vel adusque ab iniquissimis hostibus suis, perpeti debuit, omnibus Nobis nota sunt. Tristia haec adiuncta, necessitatem Sanctissimo Patri imposuerunt ut status sui vires armatas augere contendat iamve etiam ex omnibus christianis Nationibus confluunt Volontarii, sub signis Papailibus pro Patrimonio Sancti Petri, libertate Sedis Apostolicae, recto rerum ordine, et iustitia dimicaturi.

Quo auctae taliter Status Pontificii expensae publicae perstringi possint, Sua Sanctitas mutuum 10. millionum Scutatorum, 20. milliones in val. austr. efficientium, aperuit, subscriptionesque pro eodem mutuo non tantum intra ditiones suas, sed et extra has colligi disposuit.

Terminus subscriptionum durat usque 15-am affuturi mensis Julii diem. Possunt autem subscribi Summae 100., 500., et 1000., Francs, (unum Franc á 54. xris val. austr. computando) et concernentibus quinque percentuale interusurium ferent, quovis semestri in argento exsolvendum.

Majorem itaque in modum provoco Vestram, in Sanctam Sedem Apostolicam, pietatem, ut quibus id e Vobis pecuniariae vires admiserint, in praedicto mutuo partem capere velitis.

Licebit ad finem hunc fundationales quoque nec non Ecclesiarum pecunias, in quantum elocabiles praesto essent, convertere.

Relationem de effectu huius meae provocationis una cum subscribendis summis, e quovis Districtu via respectivi Officii VADiaconalis, saltem usque 20-am Julii a. c. certo, operiturus sum. Strigonii die 22. Junii 1860.

Nr. 2338.
Duplicata testimoniorum extrodanta.

Communicavit mecum c. r. Consilium Locumtenentiale Budense ddto 19-ae Maii a curr. Nr. 13317. cognomina plurium, quibus in vicem deperditarum testimonialium scholasticarum annuentibus politicis Dicasteriis Duplicata extrodata sunt, signanter;

Gunsch Francisco, testimonium maturitatis de 1855-o a Directione Gymnasii Schässburgensis;

Hejja Andreae, de examine maturitatis 1851-o absoluto, a Directione Gymnasii Claudiopolitani;

Hermann Emmanueli, testimonium maturitatis de 1856-o a Directione Gymnasii Klagenfurtensis;

Hörte Colomanno, absolutorium super conclusis studiis iuridicis, ab J. Universitate Pestinensi;

Nagy Gabrieli, testimonium maturitatis de 1854-o a Directione Gymnasii Debrecinensis;

Pollár Ernesto, de examine maturitatis de 185¾ item 6-a 7-a et 8-a classe, a Directione Gymnasii Jaurinensis;

Schreiner Georgio, absolutorium super conclusis studiis iuridicis, a J. Universitate Pestinensi;

Skala Ernesto, testimonium habilitatis de 1856-o ab Episcopali Consistorio Reginohradeciensi;

Stiaszny Maximiliano, testimonium maturitatis de 1853-o a Directione Gymnasii Nitriensis;

Umlauf Mauritio, de absoluto juridico status examine 1859-o a Praesidio Commissionis Pestinensi;

Vásárhelyi Geysae, absolutorium de superato cursu studiorum iuridicorum, ab Univ. J. Pestinensi;

Zdaril Joanni, testimonium maturitatis de 1857-o, a Directione Gymnasii Cremsiriensis. Cognomina haec scholarum Inspectores protocollis Gymnasiorum, scholarum realium, et ratione memorati Ernesti Skala Praeparandiarum quoque et scholarum elementarium medio concernentium Directorum ad praecavendum cum deperdito originali omnimodum abusum inseri faciant. Strigonii die 12-a Junii 1860.

Nr. 2456.

Docentis in Boleráz statio vacat.

Concursus pro vacante in oppido Boleráz, Patronatui Illmi Comitis Joannis Pálffy ab Erdőd obnoxio, labii slavici Docentis una Cantoris statione in 25-am affuturi mensis Julii praesentibus defigitur. Emolumenta eiusdem sunt: 10. iugera et 262. org. quad. in agris; 500. org. quad. in pratis; 35. metr. pos. siliginis a Communitate; una crux siliginis a singulo extraneo tenuta in oppido possidente; 2. urnae vini; tres orgiae ligni pro calefactione scholae; pascuum pro pecore; 7. flni Mon. Conv. e cassa Communitatum; 200. flni titulo didactri; 25. flni e fundationibus item stola et aliis; denique 133. flni ad complementum congruae in 360. flnis M. Conv. defixae et locumtenentialiter ratihabitae, unde subdocens solvi, interteneriique debet. Habitaculum tribus cubilibus, culina, camera, stabulo et reclinatorio absolvitur, domuique scholari hortus 476. quad. org. amplus adiacet. Recursus debite instructi supramemorato I. Patronatui inscribantur et ad praedictum terminum surr. VADno Districtus Szomolányensis Francisco Jelinek, Parocho Longovillensi exhibeantur. Strigonii die 17-a Junii 1860.

Nr. 2462.

Observationes ministeriales de statu schol. elem.

Excelsum cultus et publicae institutionis Ministerium, nexu substratae sibi abs c. r. sectione Locumtenentiali Soproniensi de statu scholarum elementarium pro anno $185^{7}/_{8}$. relationis, sub 28-a Aprilis a. curr. Nr. 1528. quaepiam normae instar praescripsit, signanter:

Ratione frequentationis scholarum, quo ad notitiam prolium scholae capacium perveniatur, conscriptio earumdem in locis scholae ingremiatis quotannis ad finem feriarum autumnalium, per Docentem, in consortio localis scholae Curatoris, cooperante, si adesset, etiam subdocente praesuscipi debet, quam consignationem Curatus accurate cum Matrica baptisatorum conferet.

Cum rei scholaris progressus a sedula Docentum adplicatione utplurimum dependeat, peculiari attentione prosequendi sunt illi, qui obligationibus suis partim defectu habilitatis, paratim vero e defectu necessariae solertiae et zeli minus respondent, semet in munere institutionis inordinatos et incurios exhibent, ideoque in tabellari de statu scholarum relatione ceu mediocres sistuntur. Negligentes vel inordinata vitae ratione offendiculum praebentes subdocentes non tolerentur, verum citra omnem respectum ab institutionis munere amoveantur, si iteratis monitionibus morem haud gererent.

Interruptio institutionis tempore scholarum frequentationi favente, quae pluribus in locis notatur, omnimode praecaveatur. Quare Docentibus sub comminatione amissionis partis proventuum inhibendum erit, institutionem scholarem proprio arbitrio et sine scitu ac expresso assensu Curati et scholarum Inspectoris abrumpere.

Ratione denique divisionis praestationum naturalium inter Docentem in matre et illum in filiali inducendum occasione erectionis scholarum filialium praesuscipiendae, omni cum circumspectione procedatur. Ante omnia disquiri et stabiliri debet, num muneri Docentis, vel Cantoris, aut vero utrique praestationes in quaestione vertentes primitus destinatae fuerint. Id quod iu occurrentibus casibus normativi instar deserviturum hisce ad notitiam Vestram perfertur. Strigonii die 18. Junii 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

49.

Nr. 2343. Congregationes Docentum opportune celebrentur.

Communicavit mecum c. r. Consilium Locumtenentiale Budense sub 10-a Maii a. curr. Nr. 10426. ordines, ad c. r. Jurisdictiones Comitatenses intra ambitum sectionis huiusce Locumtenentialis constitutas scopo eo dimissos, ut eaedem ad praestandam Docentibus, pro Congregatione semel in anno proficiscentibus, intra spatium trium milliarium gratuitam vecturam, Communitates rurales omni meliore modo persuadere connitantur. Occasione hac praememoratum Dicasterium optabile esse enunciavit, ut fine alleviandi Communitatibus hoc in merito gratuitu obsequii, terminus pro dictis Congregationibus talis defigatur, quo ruriculae labore campestri ope equorum perficiendi vel non, vel saltem minus distinentur. Quodipsum pro futura directione scholarum elementarium Inspectoribus hisce ab notitiam perfertur. Strigonii die 20-a Junii 1860.

Nr. 2638. Examen habilitationis asservandum.

Terminum pro examine habilitatis decursu anni huius scholastici in locis intra ambitum c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis Praeparandia provisis, signanter Strigonii asservando, dictum politicum Dicasterium, ope Rescripti sub 14-a curr. Nr. 15731. editi, in 19-am et sequentes affuturi mensis Julii; pro Praeparandia autem Pestinensi, et quidem: pro illa muliebri domicellarum Anglicanarum in 4-am et sequentes, pro virorum vero in 7-am et sequentes mensis Augusti dies defixit. Id quod fine edocendorum Docentum, examen idmodi pro congrua sui, dum ad meliorem stationem aspirant, reflexione subire cupientium hisce Vobis annunciatur. Suppletorium idgenus examen pro Docentibus muliebribus, intra ambitum c. r. sectionis Consilii Locumtenentialis Posoniensis ad scholas puellarum publicas adplicitis, 6-a Augusti anni curr. in Praeparandia Tirnaviensi, 13-a vero in Neosoliensi praesuscipietur. Strigonii die 26-a Junii 1860.

Nr. 2701. Liber stilaris praescribitur.

In c. r. bibliopolio Viennensi venalis prostat liber, manuductionem ad stilum negotiorum et epistolarem rite ediscendum complectens, sub titulo: „Ergänzungsheft zum dritten Sprachbuche für die oberste Klasse der Haupt- und Stadtschulen im Kaiserthume Österreich. Anleitung zu Briefen und Geschäftsaufsätzen.“ Liber hic scholasticus, vi Resolutionis ministerialis sub 7-a Maii a. curr. Nr. 1884. editae, in vicem illius sub titulo: „Anleitung zu schriftlichen Aufsätzen“ adusque usuati, ad supremam scholarum capitalium et civicarum classem inducendus disponitur. Ubi exemplaria eiusdem, uti et libri linguistici, cuius nunc partem integrantem constituit, distracta fuerint, uterque in uno volumine venui exponetur, titulumque geret: „Drittes Sprachbuch. Mit einer Anleitung zu Briefen und Geschäftsaufsätzen.“ Id quod pro conformi effectu scholarum capitalium et civicarum Directoribus, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis ddto 17-ae curr. Nr. 11336. hisce intimatur. Strigonii die 28-a Junii 1860.

Nr. 2706. Petri Schmidt „Dallamok“ commendantur.

Excelsum publicae institutionis Ministerium ope Resolutionis sub 7-a Maii a. curr. Nr. 3417. opus Petri Schmidt, in Praeparandia Quinque-Ecclesiensi Musicae Docentis, melodias ad cantica, in primo et secundo libro linguistico, hungarico idiomate concinnato occurrentia continens, usibus scholarum popularium commendat. Pretium primi in 36. alterius vero in 40. xris v. austr. defixum est. Id quod, erga insinuationem c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis sub 14-a curr. Nr. 10813. factam, hisce Vobis notum reddo. Strigonii die 29-a Junii 1860.

Nr. 2725. Quipiam a docendo amoti.

Andreas Lázár ex Dubocz oriundus, annorum 44. rom. cath. postremo Docens scholae elementaris in Roskovány, propter commissam maleversationem; porro Joannes Prantner, annorum 43. rom. cath. postremo privatus Docens in Austria inferiore, ob crimen furti; denique Vincentius Reitschläger anno 40. rom. cath. uxoratus, postremo Docens in Elbogen, ob seductionem ad lasciviam, ab elargienda sive privatim, sive publice institutione ministerialiter inhibiti sunt. Cognomina ipsorum, ne ad docendum unquam admittantur, scholarum elementarium Inspectores et Directores in protocollo scholari rite adnotent. Strigonii die 1-a Julii 1860.

Nr. 2726.

Institutione scholari labentis anni scholastici sensim ad finem vergente, quo requisitae de statu scholarum elementarium notitiae de recente

pro 185⁸/₉ concinnatam fine alleviandi laboris, differentiarumque inter positiones anni prioris et currentis facilius perspiciendarum ergo, scholarum Inspectoribus cum eo transpono: ut adminiculo eiusdem praescriptam Tabellam A) pro anno 18⁵⁹/₆₀ iuxta datas abhinc inviationes rite concinnare, reflexionibus, ubi opus fuerit, comitari atque una cum tabellis de scholis arborum, dominicalibus, et apum cultura ad minimam usque positionem aeque summisatis, pro usu dioecesani huius Officii, una cum nunc communicata anni prioris scholastici Tabella A) tempestive exhibere satagant. Strigonii 1-a Julii 1860.

Nr. 2729.
Beneficium parochiale Alsó-Jattó vacat.

Beneficium parochiale Alsó-Jattóense, per resignationem Joannis Fekete, in canonicam vacantiam recidit. Terminus pro exhibendis recursibus in ultimam curr. mensis defigitur. Strigonii die 1-a Julii 1860.

Nr. 2763.
Missalis Romani nova editio commendatur.

Commendandum duxi reflexioni Vestrae novum Missale Romanum, quod Henricus Reiss in stilo medii aevi Viennae edit. Editio duplex est: altera in initialibus auro et argento distincta, altera simplex, pictura duntaxat ornata. Assurgit Missale hoc ad 190. philyras in folio, editurque in fascibus, de tempore in tempus administrandis. Editio illa elegans comparatur a 150. flnis, altera simplex a 45. flnis v. a. Subscriptiones sive praenumerationes in omni bibliopolio fieri possunt. Siqui, signanter urbici Curati pro Missali isto, quod Ecclesiam insigniter ornabit, ex fisco eiusdem subscribere intenderetis: subscribere poteritis in Cancellaria mea dioecesana. Spero via ista exemplaria leviori pretio comparanda esse. Strigonii die 3-a Julii 1860.

Nr. 2779.
De Parochorum congrua per denegatas varias praestationes qualiter redintegranda.

E pluribus Districtibus perlatae sunt ad me querelae, qualiter multi Parochi falcidiam in proventibus suis per id patiantur, quod fundi urbariales, a quibus secus eisdem Parochis vigore normalis de anno 1802. Conscriptionis, aut canonicae visitationis, proinde legaliter, praestationes quaepiam, seu in natura, seu aere parato competunt, via venditionis ad manus Acatholicorum, aut plane iam nunc Judaeorum deveniant, per quos dein similes praestationes denegantur.

Normativum hac in re est Intimatum ddto 27. Maii 1824. Nr. 10,265. huius tenoris: „A solutione stolae aut lecticalis, Parochis et Ludimagistris catholicis praestanda, Augustanae et Helveticae Confessioni addicti eximuntur. Art. 26. A. 1791. Verum decessus, quos Parochi in proventibus suis ex incidenti colonorum evangelicorum, catholicis substitutorum patiuntur, fine bonificationis, e fundo religionario impetrandae, sua forma remonstrentur.“ (Opportune id fieri potest in recursibus, qui pro redintegratione congruae nunc exhiberi solent) „Illae nihilominus praestationes, quae in fundationali quopiam pro catholicis sonante instrumento radicantur, ad avertendum a fundo religionario onus iuxta legum tenores manuteneantur“.

Et revera non desunt recentiora quoque exempla, ut acatholici acquisitores fundorum catholicorum, quibus quaestionatae praestationes inhaerebant, ad illas ultro Parochis catholicis dependendas, per Jurisdictiones civiles adstricti exstiterint; quia interim recentissime talis casus evenit, in quo respectivus Parochus a petito suo ideo amotus est, quod in contractu venditionali nulla mentio idgenus praestationis, acquisito per Acatholicum fundo inhaerentis occurreret, e re futurum existimavi concernentes reflectere: ut eos, quorum cum interventu similes venditionales contractus ineuntur (uti sunt Notarii) requirant, fine notificandorum sibi de tempore casuum, in quibus de emendis per Acatholicos fundis catholicis, praevio onere affectis, agitur; quo sic tales emtores, de inhaerente fundis illis obligatione praestationis tempestive iudicialiter admoneri curare, taliterque ius suum assecurare possint.

In reliquo novissimis etiam legibus iniunctum habetur Judicibus processualibus, ut competentias Ecclesiarum, Parochorum, uti stolam, lecticale etc. a morosis solutoribus — utique erga recursum Curatorum — exigant, id est exequantur. Vide Landes-Regierungs-Blatt für Ungarn 1853. Nr. 24. §. 50. et Reichs-Gesetz-Blatt 1854. Nr. 96. §. 3. Strigonii die 4. Julii 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

Nr. 3100.

JOANNES

S. R. E. TITULI S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQUES, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL. NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Salutem et Archi-Episcopalem Nostram Benedictionem!

Proxime complebitur biennium, quod largiente Domino Concilium Provinciale iure Metropolitano in Sacra Basilica Strigoniensi a Dominica XVII. usque XIX. post Pent. praesentibus omnibus, qui de iure et consvetudine Concilio Provinciali intervenire debent, cum Reverendissimis Antistitibus Suffraganeis, per Canones praescripto modo celebraverimus. — Desiderio desideravimus, omnemque impendimus sollicitudinem, ut Concilii eiusdem Decreta, per Congregationem Concilii Romae recognita, et per Litteras Apostolicas Beatissimi Pii IX. Pontificis Maximi die 31-a Mensis Januarii anni proxime elapsi laudata, eodem adhuc anno Clero Nostro, in Synodum circa Nos coadunando publicaremus, observantiam eorum inculcaremus, ac necessarias et opportunas inviationes tribueremus.

Placuit interim Providentiae Divinae peccata populorum et nostra, exorto in ditionibus Monarchiae italicis peracerbo bello vindicare, et hoc modo intentionibus nostris impedimenta ponere. — Nos attamen, etsi continuative calamitosis hisce diebus sancta pace, quam mundus dare non potest, perfrui non liceat, imo Ecclesiam Catholicam et Summum Christi in terris Vicarium, a tenebrarum filiis incessanter impugnari tristes videamus, ad muneris Nostri partes explendas, et Sacro-Sancti Concilii Tridentini (Sess. 24. Cap. 2. de Ref.) Decreto exhibendum obsequium, praemissa matura deliberatione, in animo constituimus; ut Synodum e Honorabili Clero Dioecesano, Nobis Charissimo, collectam, Mense Septembri anni huius 1860. auxiliante Domino celebraremus; firma spe succensi, quod Pater coelestis, Largitor omnis consolationis, Qui dedit velle, dabit pro sua in Nos Misericordia etiam perficere.

Itaque Nostrorum gloriosae memoriae Praedecessorum vestigiis insistentes Synodum Dioecesanam in Basilica Strigoniensi, sub potenti protectione Beatissimae in Coelos Assumtae Virginis Mariae et S. Adalberti Ep. Martyris pro die 25-a Mensis Septembris, Beato Gerardo, Csanadiensium Episcopo in hac alma Dioecesi ad Budam Martyrio coronato, Sacra — indicimus, et praesentium per vigorem in Nomine Domini convocamus eum ob finem: ut Vobis, in unum collectis, Decreta Concilii Provincialis anno 1858. lata publicaremus, eorum conscientiosam observantiam paterne commendaremus, inculcaremus, et respectu practicarum obligationum opportuna disponeremus.

Idquidem solatii Nostri sensus quam maxime augeret, si omnes et singulos, penes oves pascuae Nostrae pondus diei et aestus egregie sustinentes, circa Nos videre, adsalutare et paterno pectori Nostro adstringere valeremus; ast quia idmodi omnium filiorum in consortio senescentis Patris conventum continuativa cura animarum per longe lateque diffusam Dioecesim haud pateretur, penes Apostolicam Beatissimi Patris sub die 11-a praeteriti mensis Junii anni curr. editam in Lege Concilii

Tridentini dispensationem, ad indictam taliter Synodum solum Metropolitanum cum duobus Collegiatis Capitulis — porro singuli VADiaconi tantum, ac notabilium urbium (oppidorum) Parochi et Theologi Professores venire obligantur; reliquo Clero Curato per id in synodales consultationes influente, quod in districtualibus Congregationibus omnis et singulus Curatus sensa sua depromendi occasionem habuerit.

Omnibus itaque his in virtute sanctae et salutaris obedientiae praecipimus et mandamus; ut die 25-am Mensis Septembris praecedente ita Strigonium adpellere contendant, quod eadem (id est die 24-a Sept.) horis pomeridianis praeliminari Sessioni in Ecclesia Seminarii S. Stephani R. C. intervenire valeant. — Ferent autem secum singuli: Rochetum, Stolam col. rubr., Biretum (Dignitarii Mozettam quoque) Breviarium et Decretorum Concilii Provincialis exemplar. — Caeterum quiqui Dioeceseos huius Presbyteri absque neglectu officiorum suorum advenerint, facta apud Ceremoniarium synodalem insinuatione, sessionibus qua auditores interesse poterunt.

Quo vero studia nostra et conamina desiderato coronentur effectu, confugiamus Charissimi! — praeferenter, qui consultationibus synodalibus interventuri sumus, ad Patrem Luminum, suppliciter orantes: ut qui nihil possumus ex Nobis, sed omnis sufficientia nostra a Deo est, largiatur de Sede Maiestatis Suae gratiam praevenientem et perseverantem! — infundat mentibus nostris Spiritum suum Sanctum! — quatenus Eo duce simus corde et ore unum, — in nullo deviemus a vero — in cunctis teneamus moderationem — observemus charitatem — et quae Nos tantopere commendat Deo, Magistri Nostri Christi Jesu humilitatem!

Quia vero multorum oratio coelos penetrat, Dom. XVI. post Pent. celebrationem Synodi populo ex ambone annunciabitis — quo scopo haec fiet, explanabitis, et tam hac quam et Dominica sequente XVII. post Pent. finita Missa, sub exposito Venerabili Sacramento celebranda, 3. Pater et Ave cum oratione ex Dom. I-a post Pent. „Deus in te sperantium fortitudo“ lingva vernacula persolvetis — item singulus Celebrans pro felici successu Synodi eamdem Collectam quotidie assumet. — Denique diebus a 24-a usque 28-am Septemdris, quibus ipsa Synodus consultationes habitura est, duplicate preces! et Sanctissimam Dei Matrem — Auxilium Christianorum — devota mente iunctis manibus rogate! ut in Synodum collecti, quae Ei placita sunt, et dictis exequamur et factis! — Auxilium Nostrum in Nomine Domini! Amen. Datum Strigonii festo S. Jacobi Apostoli (25-a Mensis Julii) Anno Domini 1860. Episcopatus nostri trigesimo tertio, Archi-Episcopatus undecimo, Sacerdotiii vero nostri Jubilaris primo.

Joannes Lud. Archiep.

Strigonii, typis E. Horák.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3030.
Liber methodicus commendatur.

In c. r. bibliopolio Viennensi venum prostat hungarica editio libri lectorii sub titulo: „Al-osztály. Utmutatás az ‚A. B. C. és olvasókönyv szellemében' kezelendő első oktatásra. Németül irta Hermann Ferencz. Magyar iskolák számára átdolgozta Mészáros Imre. Bécsben. 1860." Pretium compacti exemplaris in 41. xris val. austr. defixum est. Methodicum hunc librum, nexu Resolutionis Excelsi publicae institutionis Ministerii sub 26-a Junii a. curr. Nr. 8220. editae, mecumque ope Rescripti Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddto 10-tae Julii Nr. 611. communicatae, Docentibus scholarum elementarium labii hungarici, nec non Docentibus Praeparandiarum impense eo addito commendo, quod occasione examinum habilitationis ratione tractandi libri lectorii juxta methodum isthic contentam pertentandi sint. Strigonii die 21-a Julii 1860.

Nr. 3047.
Domibus e correctoriis dimissos tractandi modus.

Caesareo-regium Ministerium internorum negotiorum sub 15-a Junii a. c. Nr. 13233. praescripsit normas, iuxta quas tractandi sunt illi, qui e domibus correctoriis rursum ad consortium et societatem hominum remittuntur. Normae hae eo collineantes: ut quaestionata individua in tramite recti ac honesti retineantur, contra relapsus praeserventur, in quaerendis iusto modo vitae mediis adiuventur, verbo utilia societatis humanae membra evadant, recenter per Caes. regiam Locumtenentialem sectionem Posoniensem pro conformi effectu cum Jurisdictionibus Cottensibus, in comitiva congruae instructionis, communicatae existunt. Et quia in sensu modo memoratae instructionis ab praeadtactum salutarem finem cooperatio quoque Curatorum iterato expetenda erit, ut hanc provocaturis organis politicis omni cum promtitudine, iam vel ex obtutu humanitatis et christianae proximi charitatis, praestare connitamini, nexu directae ad me eatenus ab antelata Locumtenentiali sectione officiosae requisitionis, Vobis hisce impense commendo. Strigonii die 24-a Julii 1860.

Nr. 3125.
Késmarkini statio Docentis scholae puellarum vacat.

Nexu requisitionis Consilii regii Locumtenentialis hungarici sub 15-a curr. Nr. 2791. ad me directae, Concursum pro vacante Docentis in schola puellarum Késmarkini statione in ultimam mensis Augusti diem praestitutum hisce Vobis annuncio. Emolumenta stationis huius, in defectu Docentum muliebrium viri opera providendae, in annuis 273. flnis val. austr. titulo salarii, 42. flnis titulo pensi quarterialis, nec non 6. lignorum orgiis consistunt. Concurrere intendentes recursus suos, testimonio super habilitate pro scholis capitalibus, perfecta linguae germanicae et hungaricae peritia, aetate, religione, inculpata morali et politica conversatione, cognitione linguarum nefors plurium, sique mulier concurreret, super habilitate quoque puellas in manualibus laboribus muliebribus instituendi instruant, atque via concernentium Inspectorum scholarium Districtus Késmarkinensis VADiacono et Parocho in Leibitz usque praeindicatum Concursus terminum transponant. Strigonii die 29-a Julii 1860.

Nr. 3145.
Beneficium Nádas vacans est.

Per translationem Michaelis Laucsik ad parochiale Beneficium Alsó-Palojthaense, Parochia Nádasensis in vacantiam recidit; pro qua competentes recursus suos, concernenti Patronatui inscriptos, usque 16-am affuturi mensis Septembris diem mihi exhibendos habebunt. Strigonii die 1-a Augusti 1860.

Nr. 3154. 3155.
Concursus pro Docente scholae capitalis Schemniciensis et Znyo-várallja-ensis indicitur.

Terminus Concursus pro utraque hac Docentis statione asservandi, ope Rescriptia Locumtenentiali Consilio ddto 21-ae Julii Nr. 6701. editi, in 24-am mensis curr. defixus est. Emolumenta Docentis Schemniciensis in annuis 210. flnis titulo salarii, 52. flnis 50. xris titulo pensi quarterialis, 31. item flnis et 50. xris titulo lignorum, nec non 63. flnis val. austr. titulo institutionis in schola dominicali impertiendae obvenientibus consistunt. Proventus vero Docentis scholae capitalis in Znyo-várallja, qui una Directoris munere fungetur, 420. flnis v. austr. 12. lignorum orgiis et gratuito hospitio absolvuntur. Competentes recursus suos Consilio regio

Locumtenentiali hungarico inscriptos genuinis super religione, patria, docendi habilitate, in servitiis scholaribus adplicatione, moralitate, linguarum item germanicae et slavicae peritia documentis instruant, atque concernentibus scholarum Inspectoribus Schemnicium et ad Szklenó (Comit. Thurócz.) usque praememoratum Concursus diem dirigant. Id quod Docentibus Vestris congrue ad notitiam perferatis. Strigonii die 1-a Augusti 1860.

Nr. 3192.

Duae Docentum in schola reali Jaurinensi stationes vacant.

Concursus pro utraque hac statione in 20-am curr. mensis, ope Rescripti Consilii Locumtenentialis hungarici sub 21-a Julii Nr. 9305. editi et nunc primum mihi exhibiti, defigitur. In vacante una classe lingua germanica, arithmetica, geometria et geometrica delineatio; in altera vero historia naturalis, physica et chemia, et utrobique quidem lingua praeferenter hungarica tradentur. Emolumenta singulae stationis in 630. flnis val. austr. penso item quarteriali 84. flnorum consistunt, cum sperativo post decennium salariali augmento. Recursus manu propria exarandi regio Locumtenentiali Consilio hungarico inscribantur, testimoniisque super aetate, religione, docendi habilitate pro scholis realibus, servitiis in re scholari adusque praestitis, perfecta linguarum hungaricae et germanicae notitia, super inculpata denique morali et politica conversatione instruantur et via scholarium Inspectorum Reverendissimo Ordinariatui Jaurinensi transponantur. Strigonii die 5-a Augusti 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

BIBLIOTHECA ARCHIEP. STRIGON.

Strigonii, typis E. Horák.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3213.
Liber arithmeticus praescribitur.

In c. r. bibliopolio Viennensi nova prostat editio libri arithmetici, annis superioribus ad scholas elementares inducti, sub titulo: „Methodik des Kopfrechnens, für die I. und II. Klasse. Wien 1859“ a 30. xris; item: „Methodik des Zifferrechnens in Verbindung mit dem Kopfrechnen, für die III. und IV. Klasse der Volksschulen. Wien 1859“ a 37. xris v. a. Uterque hic liber, utpote habita ad novam valutam austriacam attentione novitus concinnatus, nexu Rescripti ministerialis sub 6-a Julii a. curr. Nr. 8427. editi, mecumque via Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddto 26-ae ejusdem Nr. 3852. communicati, pro scholis elementaribus superioribus et Praeparandiis labii germanici in vicem priorum, usui scholari dehinc subducendorum praescribitur. Strigonii die 6-a Augusti 1860.

Nr. 3257.
Reflexiones ministeriales ad statum scholarum de $185^{7}/_{8}$ exhibitum.

Siquidem observationes, quas Excelsum publicae institutionis Ministerium, ad exhibitam sibi de statu scholarum elementarium Locumtenentiae olim Posoniensis, anno $185^{7}/_{8}$. obtinente relationem sub 21-a Junii a. curr. Nr. 4238. fecit, mecumque via Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddto 8-ae curr. Nr. 375. communicavit, maiore sui parte directivo notitiae statui deserviant: non moror tales pro congruo in futurum usu ad notitiam Vestram praesentibus perferre. Et quidem:

a) Notabiles occurrunt in rubricis quibusdam inter annum quaestionatum et mox praecedentem differentiae, quas ut attente in futurum observetis, Tabellam A) anni prioris et adusque Vobiscum communicare consuevi. Ubi igitur differentiae idmodi reapse occurrunt, earum causam et explanationem in rubrica observationum, vel distincto instrumento adiicere oportebit.

b) Cum lingua institutionis pluribus in scholis duplex obtineat, numerus idmodi scholarum distincta rubrica comprehendatur. Hunc in finem rubricae columnae 5-ae Tabellae A) utpote quae e praescripto vacuae relinquuntur, facta congrua capiti inscriptione, opportune deservient.

c) Ratione aedilitatum scholarium Excelsum Ministerium nil in obversum habet, ut in casibus singularibus, et praesertim tunc, dum vir fiducia dignus Communitati praeest, aut Curatus ipse localis inspectionem aedilitatis in se assumit; porro ubi ad aedilitatem concurrentes in idipsum consentiunt, nec etiam structura ad rationes fundi cuiuspiam publici praesuscipitur, cura aedilitatis Communitati committatur; invigilandum erit attamen, ut aedificium per omnia scopo conforme, durabile et indigentiis apprime respondens educatur, habitatioque Docentis semper intra septa domus scholaris constituatur.

d) Quoad subdocentes mediocris adplicationis notandum: tales primum medio scholae Directoris item Inspectoris ad institutionem sedulo impendendam et ad semet uberius perficiendum exstimulandos, et ubi iterata adhortatio in irritum caderet, alio transponendos, aut pro re nata a munere docendi amovendos esse.

e) Excelsum Ministerium indiscriminatim haud urget, ut, nominatim in Communitatibus illis, quae mediis Docentem congrue dotandi destituuntur, munus Notarii ab illo Docentis separetur; curandum attamen enunciat, ut ubi coniunctio munerum horum adhuc praeexistit, institutio scholaris detrimentum haud patiatur, tempus institutioni sacratum Docens muniis Notarialibus haud insumat, neque — et quidem sub comminatione amissionis servitii scholaris — institutionem scholarem proprio arbitrio, sine scitu et annutu scholae Directoris Inspectorisve, pro breviori vel longiori tempore abrumpere audeat. Denique

f) Sollicitatam ratione frequentationis scholarum dominicalium adurgendae coactionem externam nisi tunc efficacem futuram enunciat dictum c. r. Ministerium, ubi regularis institutio ferialis, singularis in Docentibus et Catechetis officii zelus et seria e parte Directorum et Inspectorum scholarum ad intentum finem cooperatio — veluti

conditio, sine qua non — praeexstiterit. Notandum quoque, nullum ibi bonificationi pro dominicali institutione locum esse, ubi Docentes institutionem hanc impertientes congrue dotati sunt.

In reliquo Excelsum Ministerium cum solatio confitetur, statum scholarum elementarium ADioecesis huius, c. r. olim sectioni Locumteneutiali Posoniensi ingremiatarum, tam internum quam externum, adminiculo conformis tradendarum disciplinarum methodi, conferentiarum cum Docentibus et regulatae institutionis scholaris multum omnino profecisse, spemque haud infundatam fovet, quod penes adusque testatem promtam, energicam et fructuosam dioecesani huius Officii operam, sedulam item deinceps quoque cooperationem Vestram, res scholaris in dies amplius promovenda et ad laetam efflorescentiam perducenda sit. Strigonii die 10-a Augusti 1860.

Nr. {3296. {3320.

Vacans Docentis in Lamacs & Románfalva statio publicatur.

Concursus pro utraque Docentis et Cantoris labii slavici statione in 22-am Septembris a. curr. hisce defigitur. Emolumenta prioris consistunt: in agris 12. metr. et pratis trium falcastrorum, pro quibus titulo cultivationis 13. flni MC. dependuntur. Porro in 40. flnis titulo didactri a Communitate solvendis; 12. flnis titulo adiutae e fundatione; 20. incirca flnis titulo stolae; 12. metretis siliginis titulo lecticalis, uno insuper manipulo a singula domo; 2½ urnis musti; sex lignorum orgiis ab J. Patronatu percipi solitis. Calefactionem scholae Communitas perstringit. Habitaculum cubili, culina, camera et stabulo pro tribus vaccis, quae libere pascuntur absolvitur, domuique hortulus ½ metretae capax adiacet. Proventus posterioris constituuntur: in agris 4 metr. pos. cauleto ¼ metr. pos. canabeto itidem tantae capacitatis, quae omnia a Communitate cultivantur, quibusve per commassationem 4 metr. pos. adiicientur. E cassa Communitatis obtingunt 50. flni val. austr. a singula prole scholam frequentante, quales 60—70. numerantur, 42. xri val. austr. ½ metr. pos. siliginis et 5. fasces lignorum. Habitaculum commodum est. Recursus juxta praescriptum instructi Districtus Stomffaensis VADiacono Nicolao Teőreős, oppidi cognominis Parocho, item Antonio Fritsch VADiacono Ujlakensi et Parocho in Lakács inscribantur et ad praeindicatum Concursus terminum exhibeantur, ratione stationis Lamacsensis cum Patrono, si talis jus praesentandi exerceret, abs scholarum Inspectore prius memorato communicandi. Id quod Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 16-a Augusti 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Strigonii, typis E. Horák.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3335.
Kis-Vendéghense Beneficium vacat.

Vilhelmo Szecsányi ad Beneficium parochiale Prassiczense translato, quod adusque tenuit Kisvendéghense, canonice vacans effectum est; pro quo competituri recursus suos usque ultimam proxime affuturi mensis Septembris diem mihi exhibeant. Strigonii die 16-a Augusti 1860.

Nr. 3424.
Circularium de manipulatione peculii sacri observatio inculcatur.

Admodum frequentes iam occurrerunt casus, e quibus non sine resensu cognoscere debui, quam multi sint, qui in adparandis literis fundationalibus semet haud adcommodant normis, abs me ope Circularium ddt. 8-ae Aprilis 1859. Nr. 1637. pro universali eaque stricta observantia praescriptis, merito sic suspicionem moventes, illos praecitatas Circulares vel prorsus non, vel saltem nimis obiter legisse, una Ordinariatui necessitatem imponentes, ut illis defectuosas idmodi literas fundationales sine adprobatione remittere, atque eos ad novas adparandas inviare debeat. Quod ut pro futuro evitetur, omnibus Vobis praecitatas meas Circulares in memoriam revocando, normarum, quas in se complectuntur, sicut in genere, ita in specie illarum, quae pias fundationes adtinent, exactam observantiam hisce novitus ac districtim iniungo.

Cum porro observaverim, qualiter aliqui in eo adhaerere soleant, quod praescriptum literarum fundationalium formular unice de fundationibus causa mortis, medio testamenti factis, et non etiam de illis diserte sonet, quae per vivos seu scripta voluntatis declaratione fiunt: isti ad speciem solum difficultati obviaturus suppletorie innuo: quod videlicet loco eo, quo in formulari punctum testamentariae dispositionis inferendum indicatur, ipsa illa aut oralis aut scripta pii Fundatoris declaratio per extensum inseri debeat.

Demum insinuo Vobis hac fidelia, quod positas in quaestione Circulares, instructionem de qualiter manipulandis peculiis sacris in se continentes, posteaquam huius cognitio Syndicis quoque, in manipulationem influentibus necessaria esset, ex his autem vix aliqui linguae latinae gnari forent, in lingvas vernaculas transferri procuraverim, quodve requisito numero exempla pro parte cuiusvis Districtus consignanda sint VADiaconis, Synodo dioecesanae interventuris. Strigonii die 27-a Augusti 1860.

Nr. 3556.
Munus magistrae in Praeparandia muliebri Cassoviensi vacat.

Excelsum publicae institutionis Ministerium, ope Resolutionis sub 18-a Junii a. curr. Nr. 6979. editae, Cassoviae institutum formandarum pro pube foeminea magistrarum et educatricum in eiate puellarum schola capitali, Monialibus S. Ursulae credita erexit. Institutum hoc bienni cursu provisum, in sensu altiorum ordinum de Praeparandiis emanatorum organisabitur et cum termino 1-ae Octobris a. curr. initium sumet. Muliebres concurrentes recursus suos et testimonia super absoluta cum bono successu 4-a classe scholae capitalis, superato 16-o aetatis anno, morali conversatione, corporea sanitate et immunitate ab omni defectu physico, qui easdem ad munus docendi inhabiles redderet, praecognitis item in cantu et pulsu clavicordii, usque praeindicatum terminum dicti Instituti Directori Rssmo D. Canonico Josepho Árossy transponant. Id quod nexu Rescripti Consilii Locumtenentialis hungarici ddto 21-ae Augusti Nr. 15166. editi, Vobis fine edocendarum magistrarum puellarium hisce ad notitiam perfero. Strigonii die 6-a Septembris 1860.

Nr. 3562.
Liber iconibus naturalibus refertus commendatur.

In c. r. bibliopolio Viennensi venum prostat slavica versio libri, auctore Moshammer labio germanico editi, sub titulo: „Obrazy přirodni z říše Rakouské“ inpensis fundationis a Sigismundo condam Sauter pro utilibus libris scholasticis edendis factae adornata. Pretium exemplaris incompacti in 40. xris, compactorum vero in 60. et 80. xris val. austr. defigitur. Librum hunc ceu talem, qui praemiandis diligentibus scholaribus perquam accommodus est, nexu requisitionis a Consi-

lio regio Locumtenentiali hungarico sub 21-a Augusti a. curr. N. 9922. ad me directae praevio fine adprocurandum, scholarum praeordinatis impense commendo. Strigonii die 6-a Septembris 1860.

Nr. 3569.

Docentis et Cantoris in filiali Kürth statio vacat.

Concursus pro hac labii hungarici statione, in filiali ad parochiam Vásárúth possessione vacante, et laudabili prorsus concernentis scholarum Inspectoris opera in proventibus notabiliter aucta, in 10-am affuturi mensis Octobris praesentibus defigitur. Emolumenta eiusdem sunt: 70. flni e cassa Communitatis; 30. incirca flni et 260. libones panis titulo institutionis prolium; 17. metr. poson. siliginis, nec non 190. fasces ramales ligni mollis a colonis. In terris arabilibus tenet 6. iugera agrorum, suis impensis cultivanda. Habitaculum cubili, culina, camera et stabulo absolvitur. Recursus debite instructi Districtus Dunaszerdahelyensis VADiacono et oppidi cognominis Parocho Joanni Szakváry inscribantur et exhibeantur. In quod Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 7-a Septembris 1860.

Nr. 3595.

Pro Syris charitativarum symbolarum collecta disponitur.

Procul dubio ingemuistis super atrocissimis illis cladibus, incendiis, vastationibus, innumerisque aliis calamitatibus, quas infensissimus christiani nominis hostis per regiones Syriacas domesticis fidei nostrae recentissime intulit. E viginti et ultra eiatum Christianorum millibus magna pars in sui, suorumque defensione occubuit; residui, quibus successit vitam fuga salvare, omnibus expoliati hinc inde oberrant, et extrema cum inedia colluctantes, nobis cumprimis Europaeis confratribus suis flebili voce inclamant: miseremini nostri, miseremini nostri, saltem vos amici et confratres nostri!

Aperiamus igitur viscera misericordiae et exemplum SSmi Patris sequuti, qui, datis adhuc mense Julio ad respectivum Patriarcham paterna compassione plenis literis, adflictissimis his filiis suis, quantum per pontificii aerarii praesentes angustias licebat, opem pecuniariam ferre properavit, ipsi etiam una cum creditis curae fidelibus ad iuvandos infelicissimos istos confratres nostros charitativas symbolas pro modulo virium, quo fieri potest ocyus, conferre festinemus.

Si quid proin subsidii seu quisque Vestrum parte ex sua obtulerit, seu a fideli suo populo, praevie congrue provocando collegerit, id mox districtuali VADiacono resignandum erit; VADiaconi autem collata taliter in suis Districtibus charitativa subsidia, ad summum usque 20-mam proxime affuturi mensis Octobris diem ad Cancellariam meam Primatialem dirigent, abhinc indilate ad suam competentiam promovenda. Strigonii die 9-a Septembris 1860.

benevolus

Joannes Card. Hyp.

Strigonii, typis E. Horák.

54.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3639.

Missarum propriarum secunda editio.

Missae propriae Archi-Dioecesis Strigoniensis in secunda editione luci datae sunt apud Fridericum Pustet, bibliopolam Ratisbonensem. Exemplaria novae huius editionis in Cancellaria mea dioecesana ab uno flno et 10. xris v. a. acquiri possunt. Strigonii die 17. Septembris 1860.

Nr. 3712.

In schola subreali Sümeghensi stationes Docentum vacant.

In neoerecta, cum schola capitali quatuor classium coniuncta schola subreali, duabus classibus constante in Sümegh, duae Docentum stationes erga annuos 525. flnos val. austr. et 6. lignorum orgias, nec non statio Adiuncti, institutionem in lingua hungarica, germanica et calligraphia idiomate hungarico elargituri, cum provisione in 420. flnis v. a. defixa vacant. Recursus propria manu exarandi, Consilio regio Locumtenentiali hungarico inscribantur, atque legalibus super aetate, religione, statu praesenti, habilitate pro publicis scholis realibus, adplicatione in servitiis scholaribus, perfecta linguae hungariae et germanicae notitia, intemerata item morali et politica conversatione instructi via scholarium Inspectorum Rssmo Ordinariatui Weszprimiensi inomisse usque 21-am Octobris a. curr. exhibeantur. Strigonii die 24-a Septembris 1860.

Nr. 3718.

Quipiam a docendo arcetur.

Godfridus Egger, aetatis annorum 45. rom. catholicus, postremo Docens in Hütten, Ducatus Salisburgensis loco, ope Resolutionis Ministerialis sub 5-a curr. Nr. 13083. editae, ob immoralitatem et attentatem seductionem iuventutis, via disciplinari ad elargiendam deinceps sive privatim, sive publice institutionem inhabilis declaratus est. Quodipsum fine annotationis in libro scholari faciendae, individuique huius ab institutione scholari omnimode arcendi, nexu Rescripti Consilii regii Locumtenentialis hungarici sub 13-a curr. Nr. 22461. ad me directi, hisce Vobis ad notitiam perfero. Strigonii die 26-a Septembris 1860.

Nr. {3722. {3761.

Docentis statio in Varbó et Zsitva-Gyarmat vacans publicatur.

Concursus pro Docentis et Cantoris labii hungarici statione in Varbó, nec non Docentis labii hungarico-slavici in Zsitva-Gyarmat, filiali Parochiae Mellek vacante in 6-am Novembris a. curr. praesentibus defigitur.

Proventus prioris consistunt: in 3¾. iugeris agrorum; prato duorum falcastrorum; 50. metr. pos. siliginis; 60. flnis v. a. a totidem scholaribus; 25. flnis val. eiusdem titulo melioris subsistentiae; 12. flnis pro institutione in schola dominicali; 10. flnis titulo stolae; duabus orgiis lignorum pro usibus propriis; pro calefactione conclavis scholaris totidem obveniunt. Habitaculo, quod cubili, culina, camera, stabulo absolvitur, hortus ¼. iugeri capax adiacet.

Emolumenta stationis posterioris, ope fassionis scholaris recenter coordinatae, absolvuntur sequentibus: in terris possidet Docens 5. agrorum iugera et pratum falcastri unius; in frugibus percipit 32. metretas pos. siliginis; in parato aere titulo didactri 94. flnos val. austr. et 12. flnos titulo lignorum focalium. Habitaculum cubili, culina, camera, stabulo et reclinatorio provisum, contiguum habet hortum 450. orgiarum quadr. capacem.

Recursus suis requisitis instructi concernentibus scholarum Inspectoribus, signanter Antonio Perkinkó, VADiacono Districtus Kékkeőensis et Parocho in Zsély, pro posteriore vero statione surr. VADno Districtus Verebélyensis Laurentio Gyurics, Parocho in Füss inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 28-a Septembris 1860.

Nr. 3832.

Haas Samuel a scholis intermediis arcetur.

Excelsum publicae institutionis Ministerium, ope Resolutionis sub 13-a Septembris a. curr. Nris $^{13563}/_{769}$. editae, Samuelem Haas, c. r. status Gymnasii Pestinensis alumnum, ob crimen furti, ab adeundis intra ambitum Monarchiae Austriacae scholis gymnasialibus et realibus inhibuit. Id quod nexu Rescripti Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddto 24-ae eiusdem mensis Nr. 34001. editi, Directoribus dictorum Institutorum pro congruo notitiae statu hisce significatur. Strigonii die 3-a Octobris 1860.

benevolus

Joannes Card. Haynald

Strigonii, typis E. Horák.

55.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3802.

Relatio de visitatione scholarum qualiter exhibenda? Cura munditiei prolium et conclavis scholaris habenda.

Scholarum Inspectores quorundam Districtuum VADiaconalium, puncta visitationis scholarum elementarium, circularibus ordinibus sub 1-a Octobris 1859. Nr. 3585. abhinc editis indigitata, rubricis praevio fine confectis intulerunt, relationemque de peracta scholarum visitatione, dictis rubricis adaequate completis, improbo sane labore concinnarunt, usibus dioecesani huius Officii inservituram. Ne igitur sive hi in futurum, sive alii de praesenti operoso idmodi labori manus admoveant: scholarum Inspectores, ad tenorem supramemoratarum circularium hisce attentos reddo, quibus diserte enunciatur, resultatum visitationis scholarum ope Tabellae A) horsum perferendum esse. Ut adeo, quidquid reflectendum venit, sive rubricae observationum dictae Tabellae quam succinctissime, sive vero prolixiore remonstratione Tabellam A) comitante ob oculos sisti debeat, eo semper diserte adnotato, quidnam fine medendorum defectuum scholarium a scholarum Inspectoribus et quo cum effectu? praesusceptum sit. Obiectum visitationis huius in sensu praeallatorum dioecesanorum ordinum corporalis quoque prolium scholarium cultura et conclavis scholaris mundities, sedula recentis aëris immissione obtinenda efficit, quod ut scopo conservandae sanitatis Docentibus et prolium parentibus omnimode inculcetur, nexu etiam Rescripti Consilii regii Locumtenentialis hungarici sub 24-a Septembris a. curr. N. 14922. ad me directi impense Vobis commendo. Strigonii die 27-a Septembris 1860.

Nr. 3928.

Subdocentis statio vacat.

Concursus pro statione subdocentis labii slavici, per se subsistente, in filiali Parochiae Szakolcza possessione Mokrihái vacante, in 13-am affuturi mensis Novembris praesentibus annunciatur. Emolumenta eiusdem consistunt: in 150. flnis val. austr. a Communitate; in 15. flnis titulo stolae; in 18. flnis titulo ligni percipi solitis; 15. item metretis posoniensibus siliginis et iure pascui. Habitaculum duobus (praeter scholare conclave) cubilibus, camera, stabulo, area et hortulo constat. Recursus debite instructi scholarum Inspectori, surr. VADno Sasvárensi Rudolpho Krigovszky, Parocho in Radossócz inscribantur et exhibeantur, qui nominationem subdocentis in sensu §-i 20-i ministerialis Resolutionis ddto 27-ae Octobris 1857. N. 741. rite praesuscepturus est. Quodipsum Praeparandiae Candidatis et subdocentibus congrue notificetis. Strigonii die 11-a Octobris 1860.

Nr. 3984.

Moshammeriani libri pretium.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum, ope Rescripti sub 7-a curr. N. 16878. horsum directi, pretium libri versi, auctore Moshammer labio germanico editi, iconibus naturalibus referti, atque in charta dura compacti, in 64. xris val. austr. defixum esse insinuat. Id quod reflexe ad annunciationem sub 6-a Septembris a. curr. N. 2562. abhinc factam eo addito ad notitiam Vestram perfero, quod, siquidem librum hunc idiomate bohemico concinnatum esse intelligam, talis pro usu duntaxat Docentum linguae huius peritorum, nequaquam vero usibus scholarium, peregrini idiomatis huius haud gnarorum, abhinc fine procurationis commendetur. Strigonii die 16-a Octobris 1860.

Nr. 4006.

Vacans Docentis in Zámoly statio publicatnr.

Concursus pro hacce labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 20-am Novembris a. curr. hisce defigitur. Proventus eiusdem sunt: titulo institutionis a Communitate 136. flni 50. xri val. austr.; ab eadem pro diversis 10. flni 50. xri; a colonis et inquilinis in matre et filialibus 24. flni; titulo stolae incirca 17. flni; porro 32. metr pos. frumenti mixti; a Dominio 8. metr. pos. siliginis; fructus 8. iugerorum et 748. orgiarum catastralium terrae arabilis; 252. rami virgultorum; 4 ligni orgiae pro calefactione scholae, pascuatio item 4 frustorum pecoris. Habitaculum con-

stat uno cubili, culina, camera, stabulo et exiguo horto. Recursus debite instructi scholarum Inspectori et surr. VADno Districtus Hedervárensis Sigismundo Peőcz inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 17-a Octobris 1860.

Nr. 3882.
Neumányi Franciscus obiit.

Die 2-a curr. pie in Domino defuncti Francisci Neumányi, Parochi dum viveret Vajkaensis, animam solitis suffragiis commendando, simul pro exhibendis isthuc per adspirantes ad vacans taliter redditum Beneficium parochiale recursibus 15-am proxime adfuturi mensis Novembris diem hisce praefigo. Strigonii die 9-a Octobris 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

BIBLIOTHECA E.M.I.

Strigonii, typis E. Horák.

Nagykéri Scitovszky Ker. János,

a római sz. egyház jeruzsalemi sz. keresztről czimzett áldozár Bibornoka, esztergomi Érsek, az apostoli sz. szék született Követe, Magyarország herczeg-Primása, fő- és titkos Canczellárja, sz. István apostoli király jeles rendjének Praelatusa, ugyane, s Lipót császár jeles rendje nagykeresztes vitéze, Ő cs. kir. ap. Felsége val. b. t. tanácsosa, a bölcsészet s sz. hittan tudora, Aranymisés áldozár stb. stb.

Krisztusban kedves Hiveim!

Örömet hirdetek nektek, mely valamint szivem mélyéből fakad, ugy kellemesen hat minden jó magyar szivre. Isten megemlékezett régi irgalmáról, melyet őseinknek igért, midőn őket e boldog földre vezette, utóbb pedig szent István első királyunk apostoli működése által fiaivá, Krisztusnak pedig örökös társaivá fogadta. Mária országa, Mária népe ismét visszanyerte alkotmányát, melyet első szent királyunk szerzett, s a szeplőtelen szűz édes nagyasszonyunk oltalmába ajánlott, s a mely felett őrködtek azon szentek, kiket a magyar föld szült, s a lefutott földi pálya után egy boldogabb országba átküldött, hogy ott a mindenható trónja előtt egykori hazájuknak és nemzetüknek szószólói legyenek. A legjobb szivü Fejedelem meghallgatta azon lelkes s igazságos szavakat, melyek több, hazájukat s nemzetüket igazán szerető férfiak szivéből s ajkairól trónjának zsámolyára hullottak; édes örömmel foglalkozott alkotmányunk visszaállitásával, mint ennek szemtanuja voltam, s mit sem óhajt inkább, minthogy ezen ujjá születés nagy és dicső müve minél hamarább bevégeztessék.

A magyar haza tehát ismét él! az eddigi ideiglenes állapot, hála Istennek, már szünik! ügyeit önmaga rendezi, s panaszát, nehézségeit, kérelmeit a magyar Cancellaria utján, még pedig édes magyar nyelvén terjesztheti királya elébe. —

És azért nekem mint főpásztornak sürgőbb, egyszersmind édesebb kötelességem nem lehet, mint buzgó hálát adni Istennek, hogy magyar népét, gondviselésének ezen kézzel fogható s csodálatos tette, törvényes alkotmányának élvezésére ismét visszavezette, — nem lehet reám nézve szentebb foglalkozás, mint buzgó szivvel kérni Istent, hogy irtsa ki közülünk az egyenetlenséget, mely a történelem tanusága szerint átok gyanánt sujtotta népünket; élessze föl bennünk őseink szellemét, hogy semmit Isten nélkül, mindent csak Istennel tegyünk, és a kiket egy föld szült, egy kapocs füzzön egymáshoz.

Mivel pedig Isten az emberi nemzet üdvét s jólétét csak emberek, különösen pedig azok által eszközli, kiket hatalommal fölruházott: adjunk méltó hálát Felséges Urunknak s Királyunknak, ki a legnagyobb akadályok daczára is hű népének kivánatát, ha későbben is, de őszintén teljesitette; —

hű ragaszkodásunk, jobbágyi bizodalmunk és törvényes engedelmességünk által ügyekezzünk közremunkálni, hogy a megkezdett nagy művet koronájának ékességére, nemzetünk boldogitására sikerrel bevégezhesse. — Egyetértés a kis ügyeket neveli, a viszálkodás a leguagyobbakat is megdönti.

Méltó hálával tartozunk azon honfiaknak is, kik ügyeink mellett alaposan és lelkesen fölszólaltak, kik a királyi akarat végrehajtásával ernyedetlen buzgalommal fáradoztak. Nem kételkedem, irányukban azon nyilatkozatot tenni, hogy nem saját, hanem egyedül hazájuk hasznát keresték; egykor pedig a történelem lapjain tündökleni fognak neveik.

Mivel pedig nincs oly szent és üdvös ügy, mellynek ellenei ne találtatnának, mitsem várhatunk egyebet, minthogy a királyilag visszaadott alkotmány ellen is némelyek fölszólalhatnak; de az olyanoknak szavaik megne tántorítsanak benneteket; mert a teendők sokasága s nagyvolta miatt egy tökéletes átalakulás rögtön nem hajtható végre. Ámbár pedig nemzetünk dicsőségére igazsággal elmondhatjuk, hogy a nemesség eljárása a nem nemesek irányában méltányos, s általjában atyáskodó vala; mindazáltal hogy a kor igényei s nép kivánatai kielégíttessenek, elhatározott akaratja Felséges Urunknak, hogy a törvényhozásba a honfiak által kidolgozandó és általa helybenhagyandó mód szerint a nép is befolyjon, ugy nem külömben biztosítja legkegyelmesebben hű alattvalóit arról is, hogy ezentúl meghagyatik mindazon szabadalmak és kiváltságok élvezetében, melyekben az 1848-iki törvény őket részesítette; és azért például a robot, vagy tized behozatalától tartani nem egyéb lenne hiu rémnél, alaptalan félelemnél.

Ezeket akartam veletek tudatni, kedves Hiveim! hogy az alkotmány visszaállitásából eredett örömötök teljes legyen; hogy a törvényes engedelmesség kölcsönös bizalom, békés együttlét és a jó rend megtartása által a magyar nemzet dicsőségét épen tartani és megőrizni el ne mulasszátok; hogy a magyarnak jelleme, melynél fogva a különféle nyelvű polgárokkal legszebb egyetértésben élt, köztetek is sértetlen és szeny nélkül maradjon; hogy az álnok ámitások és alaptalan igéretek ellen magatokat óvjátok; hogy Isten előtt feddhetetlenek legyetek, a világ előtt pedig, melynek szemei különösen jelenleg rajtatok csüggnek a nemzetnek becsületét megőrizzétek.

Én pedig valamint eddig, ugy ezután is Istenem és egyházam után egyedül nektek, egyedül Hazámnak akarok élni, a ti boldogságtok az enyim is, a ti veszedelmetek az enyim is. Nem is szünök meg kérni az irgalmasság Atyját, hogy gondviselése őrködjék felettetek, és maradékaitokon egész a világ végezeteig; hogy Isten a magyarnak gondviselő atyja, a magyar pedig Istennek engedelmes fia maradjon mindég; hogy a szeplőtelen Szűz, édes Nagyasszonyunk oltalma soha se távozzék rólatok; hogy azon Szentek, kiket e magyar föld szült, oltalmatok és védőitek legyenek mindenkor. Szent Isten! nézz le mennyei dicsőséged székéből e Honnak Királyára s minden lakóira, — hogy mit tőled esedezve kérünk, azt hathatósan szivünk megnyugtatására élvezhessük! — Ennek jeléül adom főpapi áldásomat mindnyájatokra — az Atyának és Fiunak, és Szentlélek Istennek nevében. Amen.

Kelt Esztergomban, October hó 24-ikén 1860.

János m. k. Bibornok-Primás.

Nyomatott Horák Egyednél Esztergomban.

57.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4094.

Mutationes politicae Regnum Hungariae concernentes ad notitiam Cleri populique fidelis perferuntur.

Benedictus Deus et Pater Domini Nostri Jesu Christi consolatus est nos in tribulatione nostra! fecit misericorditer impleri decennalia desideria nationis nostrae — inclinavit cor Patris Augustissimi Caesaris et Regis Hungariae Apostolici ad filios, Constitutionis avitae restitutionem anhele exoptantes! — et en Diplomate suo die 20-a curr. mensis Octobris edito, per extensum, imo ultro ac praestolabamur, omnia ad priorem constitutionalem pedem, et quidem quo fieri saltem potest ocyus, reponenda esse, clementer enunciavit non solum, sed benigne mandavit quoque; ut indilate manus operi adponantur, ut quoprius Comitia Regni celebrari et Ipse Augustissimus Sacra Corona in Regem Nostrum inaugurari valeat!

Gaudete Charissimi — et exultate! imo concinite mihi! quia desideria nostra impleta sunt — Patrum Nostrorum avidissime exoptata Instituta Nobis reddita sunt, et taliter fugata e cordibus nostris omni amaritudine, ad portum pacis et conquiescentiae deducti sumus! — Sed exultatio haec effundat semet:

1. In gratiarum actionem Patri misericordiarum et Deo auctori huius consolationis, et quidem per solenne Te Deum, exhibendam; quod proxima Dominica vel Festo in singula Ecclesia parochiali, quo fieri potest maiori cum decoro, asservetur; cui praemittatur brevis sermo, causam festivitatis exponens, et in huius decursu pastoralis mea ad populum allocutio hic .|· advoluta clara voce perlegatur, atque cuncta per me commendata, populo cum zelo et prudentia pastorali inculcentur.

2. Tam hac, quam omni data imo quaesita quoque occasione excitentur fideles ad fiduciam in Regem, proxime coronandum, illimitate locandum, — ad homagialem subordinationem, et promtam dispositionibus Ejusdem obsequiositatem exhibendam — et quod maximum est, ad cordiales pro Eodem coram Altari Domini fundendas preces; — tantum enim nobis clementer tribuit, quantum potuit; adeoque etiam nos fiducia et amore, obedientia et oratione tributum cordis, quantum possumus, exhibere contendamus.

3. Attentos cautosque reddite fideles Vestros, ne contraria loquentibus aures praebeant, aut plane credant — fugiant consortia talium — in sensu dilectionis illius, qua me decennio prosecuti sunt, credant mihi, eos omni charitate prosequenti et emolumenta eorum omni possibili modo promovere cupienti — praestolentur cum conquiescentia permagni huius negotii evolutionem, et constituendorum legalem effectuationem. Interea autem praeexistentibus publicis officialibus morem gerant, iussaque eorum promte exequantur.

Dominus! Cuius bonitatis infinitus est thesaurus infundat mentibus Vestris abundantiam donorum coelestium, ut paci restituendae, quam mundus dare non potest, efficaciter cooperari valeatis! — Pax Domini sit cum omnibus Vobis! Amen.

Strigonii die 24-a Octobris 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

58.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4093.
Quipiam a docendo arcetur.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum, ope Rescripti sub 15-a curr. Nr. 27759. horsum directi, Joannem Zwanziger, annorum 30. rom. catholicum, coelibem, Docentem in possessione Hámborg (Cottu Sárosensi) ob laesam publico cum scandalo pudicitiam, gravi octo hebdomadum carceri, unius per septimanam diei ieiunio exasperato mançipatum, ideoque a munere docendi amotum et ad elargiendam sive publice, sive privatim institutionem inhabilem declaratum esse significat. Quodipsum fine annotationis in libro scholari iuxta praescriptum faciendae hisce Vobis notum redditur. Strigonii die 22-a Octobris 1860.

Nr. 4124.
Kath. Literatur-Zeitung commendatur.

Constitui attentionem Vestram provocare ad pagellas catholicas, quae Viennae sub nomine: „Katholische Literatur-Zeitung“ vulgantur. Commendant se illae iam nomine suo, sed commendantur magis effato illustrium Ecclesiae antistitum, quibus cordi est, illis ampliorem dilatationem, ampliora incrementa asserere. Jis inprimis de Clero, qui laboribus literariis sive occupantur, sive delectantur, pagellas has fine praenumerationis praesentibus commendo. Strigonii die 23-a Octobris 1860.

Nr. 4132.
In oppido Szalka Docentis statio vacat.

Concursus pro hacce labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 11-am mensis Decembris diem hisce defigitur. Emolumenta eius sunt: fructus 8½ iugerorum terrae arabilis, quae a Communitate cultivantur; titulo lecticalis a fidelibus 72. metretae pos. frumenti mixti et 8 urnae vini; ab oppido 8. metretae pos. tritici, 3. currus foeni et 14. fini in aere parato. A Dominio meo Archiepiscopali 10. orgiae ligni focalis. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera, stabulo et curruli constat. Recursus requisitis documentis instructi mihi inscribantur, ac Districtus cognominis scholarum Inspectori et VADiacono Francisco Andorszeghy, Parocho in Ipoly-Szakállos, ad praememoratum Concursus terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 24-a Octobris 1860.

Nr. 4135.
Testimonia moralitatis recentia a concurrentibus producenda.

Observatum est, quod Docentes et subdocentes male notati, dum stationem aliam via Concursus sollicitant, antiquiora solum moralitatis testimonia, utpote favorabiliora producendo, alia de recentiore dato, e quibus indignitas ipsorum eluceret, male sibi conscii veluti studio subterfugiant, aut vero ab uno duntaxat praeordinatorum suorum ecclesiasticorum, quem magis sibi addictum existimant, ementiantur, sicque quaestionibus abs dioecesano hoc Officio formandis, quin imo et investigationibus ordinandis ansam praebent. Iam, cum praestet minus habiles potius, ac in linea morum notatos habere Docentes, potior in iisdem deligendis intemeratae vitae, quam cuiusdemumcunque praecellentis aptitudinis ratio haberi debet; quare, cum moralis concurrentium conversatio authenticis duntaxat testimoniis probari possit, districtim hisce iniungo: ut occasione exhibitorum in Concursu recursuum attestata moralitatis debite excutiantur, nec ullo sub praetextu concurrentium quispiam pro nominatione in Docentem scholae trivialis Officio huic dioecesano proponatur, nisi moralis eiusdem vitae ratio, testimonio tum scholarum Inspectoris, quam et Directoris sufficienter legitimata, eam mihi securitatem praebuerit, quod Individuum taliter commendatum gratia nominationis dignum, et populo pubique institutioni suae creditae in aedificationem, non vero in destructionem cessurum sit. Quo in nexu Docentibus subdocentibusque Vestris notificandum erit, ut nisi moralitatis testimoniis, novissime ab utroque ecclesiasticorum suorum praeordinatorum subsignatis provisi semet Concursui sistant. Strigonii die 25-a Octobris 1860.

Nr. 4170.
Opus geographicum pro scholis subrealibus annunciatur.

Excelsum publicae institutionis Ministerium sub 20-a Sept. a. curr. N. 13610. declaravit, primum operis geographici, auctore W. J. Warhanek edendi tomulum, sub titulo: „Allgemeine Erdbeschreibung“ Viennae in bibliopolio Sallmayeriano erga

70. xros val. austr. venalem, illustrationibus, tabellis et mappis provisum, usibus scholarum subrealium commendari posse. Id quod, nexu Rescripti Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddto 19-ae curr. N. 27051. editi, ad notitiam Vestram perfertur. Strigonii die 30-a Octobris 1860.

Nr. 4083.

Kranz et Prybila Canonici obierunt.

Aloysium Kranz, Praepositum B. M. V. Ecclesiae novae ante Castrum Budense, E. M. S. Canonicum et Archi-Diaconum Comaromiensem, die 21-a Octobris a. aet. suae 73-o; Josephum item Prybila, Praepositum S. Stephani de Castro Strigoniensi et Archi-Diaconum Sasvárensem, Sacerdotem Jubilarem, die 31-a eiusd. a. aet. 73-o, post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiisse Vobis insinuo, animamque eorundem piis suffragiis commendo. Strigonii die 1-a Novembris 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

Strigonii, typis E. Horák.

59.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4201.
Docentum et numeri scholarium consignatio expetitur.

Consignatio Docentum et numeri scholas frequentantium prolium, decursu mensis Novembris pro usu schematismi ad annum insequentem imprimendi exhiberi solita, a parte 25. Districtuum VADiaconalium adusque submissa haud est, indubie causa ex illa, quod ruricolae parentes ante plene terminatos campestres in autumno labores, et antequam cuncta terrae producta mensibus Octobri et saepe etiam Novembri collegissent, de prolibus suis, quarum usum domi capiunt, ad scholam mittendis nec cogitent quidem. Ut adeo officiosa de numero frequentantium relatio ad praevium terminum deposta, cum dimidio mensis Decembris tempestive horsum appellat, dummodo datae abhinc inviationi conformiter ita concinnata sit, ut ex templo prelo subiici possit. Strigonii die 25-a Novembris 1860.

Nr. 4418.
Liber lectorius pro scholis capit. annunciatur.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti sub 8-va curr. Nr. 32199. communicavit mecum exemplar libri lectorii germanici, usibus scholarum capitalium et civicarum huius labii, intra ambitum Monarchiae Austriacae existentium, ductu factarum ab Ordinariatibus Regni Hungariae reflexionum novitus recusi; ut adeo nil prorsus obstet, quominus idem, in conformitate altiorum ordinum ddto 27. Decembris 1859. Nr. 18777. catenus editorum, apud nos quoque usuetur. Id quod pro congruo Directorum, Inspectorumve in dictis scholis capitalibus notitiae statu hisce annuncio. Strigonii die 10-a Novembris 1860.

Nr. 4433.
Quipiam a docendo arcetur.

Maximilianum Parlavszki, subsidiarium in Gallicia Docentem, ob crimen seductionis ad lasciviam unius anni carcere mulctatum, ideoque ad munus docendi publicum et privatum pro inhabili declaratum esse, nexu Rescripti Consilii Locumtenentialis hungarici sub 2-a Octobris a. curr. Nr. 25247. editi, fine eo Vobis notifico, ut ad exigentiam praevigentium eatenus ordinum dioecesanorum idipsum protocollo scholari, occasione Concursuum, aut susceptionis ad munus docendi debite excutiendo, rite inseratis. Strigonii die 15-a Novembris 1860.

Nr. 4530.
Juvenes aliquot e scholis excluduntur.

Ope Rescripti a Consilio regio Locumtenentiali hungarico sub 11-a et 13-a curr. Nr. 32750. item 33060. editi significatur: Gratianum Matulka bohemum, in schola superiore reali Linciensi 3-ae classis alumnum, annorum 17. rom. catholicum, ob repetitum furti reatum, altiore Loco ex omnibus intra Monarchiae ambitum scholis realibus ac gymnasialibus exclusum esse; Jacobum porro Menkes et Hermanum Kolischer, propter grave contra pudicitiam commissum crimen, ab omnibus scholasticis Institutis arceri. Quodipsum pro officioso notitiae statu dictis literariorum Institutorum Directoribus hisce cum eo notum redditur, ut occasione susceptionis alumnorum ad scholas curae suae creditas, cognomina idmodi exclusorum sedulo pervolvant. Strigonii die 21-a Novembris 1860.

Nr. 4566.
Directores, Docentesque scholar. alt. elementarium adiurandi.

Regulativis ordinibus sub 27-a Octobris 1857. Nr. 741. in re scholari editis, signanter §. 9-o sancitum est, ut adiurationem Directorum, Docentumque in scholis elementaribus altioribus, uti: Praeparandiis, scholis subrealibus et capitalibus, Ordinarius ipse, si in loco degat, perficiat, secus vero eandem scholarum Inspectoribus committat. Actioni huic, in sensu novissimorum ddto 22-ae Octobris a. curr. Nr. 4891. editorum, mihique sub 14-a curr. Nr. 35312. intimatorum altiorum ordinum, concernentes scholarum Directores inomisse interveniant, desuperque adiurans relationem politicae Jurisdictioni, fine exassignandi competentis salarii aut honorarii praestabit. Formula iuramenti sedulam officii adimpletionem et intemeratam erga organa Regiminis fidelitatem clare contineat. Iuramento rite in Ecclesia deposito, ab iisdem, sacra synaxi praevie

expiatis, insuper professio fidei eliciatur. Haec in vicem iuramenti a Docentibus scholarum elementarium inferiorum i. e. trivialium quoque excipienda erit, vel per scholarum Inspectorem, vel localem Curatum, ceu Directorem praevie per hunc requirendum, et id quidem, uti usu invaluit, occasione introductionis ad impetratam stationem, praemissa sacra exomologesi, in publico populi fidelis et pubis scholasticae concursu in Ecclesia, penes brevem obligaminum Docentis, aestimii item et mercedis iuste eidem competentis adumbrationem, Decretique nominationis publicationem fiet, quo sic actui introductionis religiosus typus concilietur, momentum item muneris Docentum singulis clare ob oculos sistatur. Id quod pro congrua observantia Vobis hisce iniungitur. Strigonii die 22-a Novembris 1860.

Nr. 4579.

Kamenár Joannes obiit.

Joannes Kamenár, Archi-Dioecesis Presbyter, die 15-a curr. Tirnaviae, anno aetatis 46. post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiit; cujus proin animam solitis piis sufragiis hisce commendo. Strigonii die 24-a Novembris 1860.

benevolus

Joannes Card. Scitovszky

Strigonii, typis E. Horák.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4628.
Examen adprobatorium Docentibus annunciatur.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti sub 22-a Novembris a. curr. Nr. 33463. ad me directi significat: altiores emanasse ordines, ut examen sic dictum habilitationis, in omnibus Praeparandiae Institutis per Regnum Hungariae vigentibus, cum exitu currentis anni scholastici, in sensu Resolutionis sub 5-a Januarii 1855. Nr. 17557. editae, rite asservetur. Pro subeundo examine isthoc adprobatorio, quale ad intellectuales Docentum facultates ultro percolendas, congruamque institutionis methodum sibi adpropriandam iterato adusque Loco altiore adursum fuit, Docentes scholarum elementarium formaliter adpliciti, et super absoluto idmodi habilitatis examine nullo, vel insufficiente testimonio provisi, se sistant oportet, quo sic uberius pertentati et ultro ad docendum habiles adreperti, stationibus suis immanere, vel melioribus admoveri queant, in casum renitentiae pro realibus Docentibus haud agnoscendi et adiunctis ita ferentibus a Praeparandiarum Candidatis, regnotenus sat numerosis, ac requisita habilitate pollentibus expungendi. Terminum dicti examinis, utprimum talis a parte Directionis Praeparandiarum intra ambitum ArchiDioeceseos meae existentium mihi innotuerit, fine congrue edocendorum Docentum Vobis intimare suo tempore haud intermittam. Strigonii die 27-a Novembris 1860.

Nr. 4657.
Sodalitas de SS. Sacramento commendatur.

Advolutam isthic .|· in duplici exemplo relationem annuam Sodalitatis „de perpetua Augustissimi Eucharistiae Sacramenti adoratione“ scopo eo Vobiscum communico, ut ex serie illius cognoscatis, quam efficaciter Sodalitas ista decorem domus DEI, donando egentioribus Ecclesiis vasa et paramenta sacra, promovere contendat. Recensentur relatione hac huius quoque ADioecesis egentiores Ecclesiae, quae de munere laudatae piae Sodalitatis paramenta sacra gratuito acceperunt. Atque vel istud sufficiat, quatenus tam salutare institutum benevolentiae et favoribus Vestris commendem. Obsequium sane praestabit Ecclesiae, quisquis instituti huius duplicem scopum, sive aggregatione membrorum et benefactorum, sive piis subsidiis succollaverit. Subsidia talia sive immediate Sodalitati ipsi, sive Officio dioecesano transponi possunt. Strigonii die 30-a Novembris 1860.

Nr. 4694.
Docentis in Hecse statio vacat.

Pro vacante in Hecse, filiali parochiae Nagy-Herestény, labii slavici Docentis statione, Concursus in 8-am affuturi mensis Januarii praesentibus indicitur. Emolumenta ejusdem sunt: a singula prole scholari, quarum numerus ad 40. excurrit, ¼ metr. pos. siliginis et ½ metr. pos. tritici, insimul itaque incirca 10. metr. siliginis et 20. tritici. Titulo didactri per unum flnum val. austr. et sabbatalium xrorum obveniunt 54. fl. val. austr. Porro 4. orgiae lignorum, e quibus et scholare conclave calefit, et canabetum. Habitaculum cubili, culina et camera absolvitur. Imminente commassatione aliquot iugera agrorum prosperari poterunt. Recursus scholarum Inspectori, Canonico honor. Josepho Valentovics, VADiacono et Parocho S. Benedictensi inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 2-a Decembris 1860.

Nr. 4769.
Data statistica expetuntur.

Medio adiacentis .|· in tot exemplis, quot pro ratione numeri parochiarum cuiusvis Districtus necessaria sunt, impressi folii, statistica penes Academiam hungaricam Commissio in fiducia patriotica Vos requirit, ut in adversa parte contentae tabellae rubricas, desideratis statisticis datis, usque ultimam diem mensis Martii, anni futuri complere velitis. Nullus dubito, quod requisitioni huic, pari patriotica promtitudine satisfacturi sitis, quaestionatique folii, mox ac illius rubricae per Vos completae fuerint, via respectivi VADiaconalis Officii remissionem opperiar, ut iterum abhinc praelaudatae Commissioni statisticae remitti possit. Strigonii die 8-a Decembris 1860.

Nr. 4781.
In Blumenthalensi schola capit. vacat Docentis statio.

Concursus pro statione Docentis labii germanici in schola capitali Blumenthalensi vacante in 8-am venturi mensis Januarii hisce annunciatur. Salarium Docentis in 336. flnis val. austr. relutum vero quarteriale in 84. flnis, e cassa Civitatis percipiendis, defixum est. Recursus requisitis testimoniis, signanter su-

per habilitate pro scholis capitalibus instructi, civico Magistratui Posoniensi inscribantur et scholarum Inspectori, Canonico Carolo Heiller, VADiacono et Parocho eiati ad praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 10-a Decembris 1860.

Nr. 4782.

Consignatio quottarum pro visitatione schol. elem. et extractus Rationum de fundationibus schol. expetitur.

Cum non dubitem scholarum elementarium visitationem, altiore Loco praescriptam, partim occasione publicorum examinum, partim tempore visitationis VADiaconalis adusque a singulis scholarum Inspectoribus rite praesusceptam esse: connotationem Ecclesiarum, quarum fisci pensum visitationis scholarum perstringendo haud sunt, una cum summa quottarum pro annis $185^{8}/_{0}$. et $18^{59}/_{60}$. obvenientium, a parte 19. Districtuum VADiaconalium adhuc opperior, extemplo submittendam, quo sic exassignationem earumdem ad fundum studiorum simul et et ad semel sollicitare possim. Extractus quoque Rationum super scholaribus fundationibus, ad annum scholasticum proxime evolutum mense Novembri exhiberi soliti, quo fieri poterit ocyus isthuc praesententur. Strigonii die 10-a Decembris 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

Strigonii, typis E. Horák.

61. 67

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4876.
Ordo ministrandi rite ediscatur.

Nexu querelarum a Gymnasiorum Directionibus plus simplici vice in eo depromtarum, quod maior prolium scholas elementares egressarum pars ordinem, Sacerdoti ad aram operanti ministrandi vel plane non, vel admodum imperfecte calleat, Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti ddto 3-ae curr. Nr. 39269. me requirit, ut Docentes dictarum scholarum ad hanc quoque institutionis scholaris partem expost sedulo implendam congrue exstimulem. Quare Inspectoribus non minus ac Directoribus scholarum elementarium districtim hisce committo, ut Docentes Vestros ad explanandam prolibus servitii idmodi, ad aram Altissimi praestandi, sublimitatem, ad responsa item Sacerdoti sacrificanti danda memoriae ipsorum solide imprimenda omnimode permoveatis, quo sic scholares hi sacrum idmodi ministerium ad grandiorem usque aetatem, pro sui et fidelium aedificatione, promta cum diligentia et debita cum dexteritate obeant. Strigonii die 16-a Decembris 1860.

Nr. { 4883. 4884.
In Mankócz et Bajna Docentis stationes vacant.

Concursus pro statione Docentis in Mankócz, filiali ad Velcsicz, Docentis item et Cantoris in Bajna (labii utrobique slavici) in 22-am affuturi mensis Januarii praesentibus defigitur.

Emolumenta prioris efficit ager 300. org. quadr.; 10. plaustra ligni; 35. flni 96. xri val. austr. e cassa Communitatis; a singula prole scholari, quales 35. numerantur, titulo didactri 1. flnis 36. xri val. austr.; 14½. metr. pos. siliginis a Communitate; item 4. orgiae lignorum pro calefactione scholae. Habitaculum cubili, culina, camera constat.

Proventus stationis in Bajna vacantis consistunt in agello unius metr. pos. quem suis expensis Docens cultivat; 55. metretis siliginis; 6. orgiis ligni focalis et 15. plaustris; in circa 100. flnis val. austr. titulo didactri; 6. flnis a pulsu organi, totidem e fundationibus; 50. incirca flnis titulo stolae. Requiritur notitia musicae figuralis tam in Docente, quam subdocente, quem is suis expensis intertenet. Hospitium cubili, culina, camera et stabulo absolvitur, domuiquo hortus 150. org. quadr. amplus adiacet. Recursus debite instructi concernentibus scholarum Inspectoribus, signanter: Canonico hon. VADiacono et Parocho S. Benedictensi Josepho Valentovich, VADiacono item et Parocho N.-Tapolcsánensi Vincentio Kubicza, inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 17-a Decembris 1860.

Nr. 4899.
Conferentiarum cum Docentibus practicus usus inculcatur.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum sub 25-a Novembris a. curr. Nr. 36720. penes reexhibitionem Protocollorum Congregationis, intra ambitum c. r. sectionis Locumtenentialis olim Posoniensis, decursu anni 185⅞. districtualiter cum Docentibus asservatae, cum solatio et magna conquiescentia se advertisse significat: 116. Curatos et 551. Docentes Conferentiis his intervenisse, consultationes item et colloquia utplurimum scopo Congregationum harum conformiter et utiliter in iisdem praesuscepta fuisse. Quare dictum politicum Dicasterium, dum dioecesano huic Officio pro energica salutaris huius Instituti succollatione, accomoda item obiectorum et multiplicium quaestionum in Conferentiis his occurrentium expeditione grates promit, una condignam pro studiis fatigiisque Vestris, in intellectualem moralemque Docentum perfectionem hac etiam via impensis, recognitionem testatur, id districtim commendando, ut practicae inprimis Conferentiarum harum utilitatis ratio habeatur, omnimodeque in id intendatur, ut conformis institutionis scholaris methodus, coram cum prolibus producenda, omnibus et singulis, qui Conferentiis idmodi interveniunt, principaliter ob oculos sistatur. Strigonii die 18-a Decembris 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

62.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 92.

Matricarum circa correctiones ac insertiones instructio datur.

C. r. Ministerium internorum negotiorum cointelligenter cum c. r. Ministerio cultus sub 27-a Novembris anni praet. decrevit: ut, si quae mutationes in matriculis, nexu decisorum a Jurisdictionibus civilibus latorum praesuscipiendae fuerint, scopo edendae eatenus ad concernentem Curatum congruae dispositionis, semper praevie Ordinariatus via respectivae c. r. L. sectionis requiratur.

In genere nefas est Curatis proprio arbitrio, erga cuiuscunquedemum postulatum, quaspiam correctiones in matriculis facere, verum pro eo nunquam non specialis authorisatio Ordinariatus necessaria est. Exposcit id non tantum summum momentum, quo matriculae pro Ecclesia, pro Statu publico et privatis familiis pollent, sed et circumstantia illa, quod eaedem matriculae pro publicis et fidedignis instrumentis literariis reputentur. Una vero exhinc patulum fit, quanta cum accuratia, cautela et conscientiositate eas ducere oporteat; cumprimis cavendum: ne infantes, qui ex matrimonio nati non sunt, pro legitimis inserantur; ast occurrente vel minimo dubio per copulationis et aliud fidedignum testimonium legitimitas in antecessum comprobari debet. Quodsi illegitimae prolis mater Patris quoque insertionem desideret, huic desiderio satisfieri nequit, nisi ipse Pater cnm duobus testibus compareat et inscribi petat; id quod dein in rubrica observationum diserte praenotandum venit. Strigonii die 5-a Januarii 1860.

Nr. 180.

Liber arithmeticus hungaricus praescribitur.

C. r. sectio Consilii Locumtenentialis Budensis ope Rescripti sub 29-a Novembris a. praet. Nr. 34686. manuductionem in tradenda arithmetica, auctore Hermann editam et pro Docentum elementarium commodo in idioma hungaricum translatam, usibus dictorum Docentum et pro comparatione ad bibliothecas scholares impense commendat. Porro vigore Resolutionis ministerialis sub 22-a Novembris a. eiusd. Nr. 14819. editae, liber arithmeticus, ope circularium literarum ddto 1-ae Junii a. praet. Nr. 2342. in scholis slavicis adhiberi iussus, iam in versione hungarica quoque sub titulo: „Számolási gyakorlatkönyv a népiskolák számára az austriai császárságban“ in c. r. bibliopolio Viennensi erga pretium 25. xrorum val. austr. acquiribilis, pro scholis popularibus catholicis labii hungarici exclusive praescribitur. Quodipsum Vobis fine universaliter inducendi scholaris huius libelli, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis ddto 27-ae Decembris a. praet. horsum directi, pro conformi effectu hisce ad notitiam perfero. Strigonii die 8-a Januarii 1860.

Nr. 187.

Disciplinaris exerrantes Docentes tractandi ratio.

In sensu Resolutionis abs Exc. publicae institutionis Ministerio sub 26-a Julii 1857. Nris $^{11643}/_{945}$ editae et cum scholarum Inspectoribus congrue communicatae, admonitio Docentum in munere suo exerrantium, aut secus immoralium, gradualiter praesuscipienda disponitur ita, ut socordes, in docendo inordinati, atque in religioso-moraliter excolenda pube scholari ignavi, aut plane scandalosi idmodi Docentes primum a locali Curato admonendi, monitis his non proficientibus, a scholarum Inspectoribus scripto eatenus per Curatos provocandis reprehendendi, si vero et hoc incassum fieret, ab Ordinario penes intentatam e servitio dimissionem compescendi sint; quam quidem dimissionem relate ad exerrantia idmodi Individua, muneri docendi ante ministerialem Resolutionem ddto 27-ae Octobris 1857. Nr. 741. editam admota Ordinarius ipse, relate ad Docentes vero ductu mododictorum altiorum ordinum adplicitos, concernens c. r. sectio Locumtenentialis in mutua cum Ordinario cointelligentia inomisse exequetur, cum nec e parte Status publici nec Ecclesiae tolerari ullatenus possit, ut officii incurii, nec correctionis capaces in munere docendi ultro relinquantur. Pro fundamento dimissionis remonstratio scholarum Inspectoris, documentis et fassionali protocollo instructa deserviet; quae quidem remonstratio, ad exigentiam ordinum Locumtenentialium sub 9-a curr. Nr. 31107. editorum, gradualem in impertiendis monitis viam superius descriptam adhibitam omnino fuisse clare enunciet, protocollum ve-

ro ex elicitis testium, ipsiusque etiam inculpati Docentis fassionibus, lingua fatentibus cognita concinnabitur. Hanc investigationem ope circularium ordinum sub 2-a Januarii a. praet. Nr. 50. abhinc dimissorum praescriptam, scholarum Inspectorem in facie loci, in silentio, vel pro re nata cum publicitate deinceps ipso facto praesuscipere oportebit, ubi is ipsius etiam Ordinarii paternam coercitionem in irritum recidisse compererit. Strigonii die 10-a Januarii 1860.

Nr. 191.
Docentis statio in Mogyorós vacat.

Pro hac labii slavici Docentis una Cantoris statione Concursus in 23-am Februarii a. curr. praesentibus indicitur. Tenet in agris iugera 5. quae Communitas cultivat. Praestantur a dicta Communitate 20 metr. pos. siliginis, duo currus foeni item 3 flni. 15 xri. val. austr. A Dominio fundi Religionis 15. metr. pos. frumenti mixti, 6. orgiae ligni focalis et 25. flni. 20 xri. val. austr. in aere parato. E cassa Ecclesiae S. Crucis, penes obligationem pulsandi singulo die dominico, festo, et feria 6-a organi, 21. flni val. austr. E sacris fundatis 3. flni. 25. xri obtingunt. Hospitium est commodum et domui hortus 450. org. quad. amplus adiacet. Recursus Patronatui fundi Religionis inscripti, surr. VADno et Parochò Bajóthensi Rudolpho Simonyi exhibeantur. Strigonii die 11-a Januarii 1860.

Nr. 333.
Tabella de Docentibus adurgetur.

Siquidem consignatio Docentum cum scholarium numero, usibus schematismi dioecesani ad annum curr. sub prelo constituti inservitura, alias de praescripto cum Tabella A) simul et ad semel horsum exhibenda, a parte complurium Districtuum adusque praesentata haud esset, concernentess cholarum Inspectores ad talem quo ocyus dioecesano huic Officio transponendam hisce reflecto. Strigonii die 21-a Januarii 1860.

Nr. 359.
Concursus pro Doc. statione in Munkács annunciatur.

C. r. sectio Locumtenentialis Cassoviensis pro complenda in c. r. correctorio Instituto Munkacsinensi provisoria Docentis statione, quacum reditus menstrui 25. flnorum val. austr. et adjuta quarterialis 60. flnorum conjuncta est, Concursus in 15-am Februarii a. curr. defixit. Institutio in legendo, scribendo et arithmetica impertienda, occasione vero cultus divini catholici Cantoris quoque munus explendum erit. Recursus testimoniis super aetate, Religione, habilitate, linguarum item germanicae, hungaricae et slavicae nec non musicae cognitione instructi via politicae Jurisdictionis Munkacsinum ad concernentem domus correctoriae administrationem dirigendi sunt. Id quod nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis sub 13-a curr. Nr. 784. editi et heri primum mihi exhibiti, Vobis hisce notifico. Strigonii 22-a Januarii 1860.

Nr. 318.
Can. Kremnicska obiit.

Thomam Kremnicska, Praepositum S. Antonii de Dravecz, et Ins. Eccl. Coll. Poson. ad S. Martinum Canonicum, post toleratam christiana cum patientia plurium mensium gravem infirmitatem phtysis pulmonalis, pieque suscepta moribundorum Sacramenta, 16-a curr. anno aetatis suae 66. diem supremum obiisse, fine solitorum suffragiorum Vobis annuncio. Strigonii die 20-a Januarii 1860.

benevolus

Joannes Card. Archiep.

BIBLIOTHEC. E.M. NOGRÁDIS

Nr. 1211.

63.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino!

Dum die 19-a mensis Decembris an. praet. Instructionem pro Judiciis Ecclesiasticis in Consultatione, cum Venerabili Metropolitano Capitulo habita, pertractassem, denuo aliqui casus emerserunt, pro quibus inviatio Vobis necessaria est. Et quidem

1-o Si contingeret declarationem consensus in matrimonium per procuratorem fieri, semper prius Ordinarii facultas pro Copulatione expetenda erit. (Instr. pro Judiciis §. 50).

2-o Conditio, a qua valor matrimonii dependeat, admittenda quidem nunquam est. Si tamen nimis singularia rerum adiuncta Conditionis alicuius adiectionem exigerent, expressa Ordinarii licentia impetrari debet. §. 55.

3-o Si Matrimonium in exteris oris initum, matriculae loci, in quo civis austriacus domicilium figit, inferri debeat, omnia documenta matrimonium concernentia prius examini Ordinarii subjiciantur. §. 78.

4-o Dum matrimonium cum impedimento initum, obtenta dispensatione coram parocho et duobus testibus convalidatur (§. 90). aut illud per vota solennia dissolvitur (§. 204). vel dum alter coniugum per longius tempus absens, a magistratu civili pro mortuo declaratur, hocipsum in matricula copulatorum notari debet, et quidem in illa vel illis matriculis, ubi matrimonii inscriptionem fieri oportuit. §. 250.

5-o Si provocando ad sponsalia, contra matrimonium reclamatio instituatur, parochus casu, quo sponsalia invalida erant, partes ea de re edoceat, litem amice componere conetur. Quae a Consistorio hoc in negotio ipsi demandata fuerint fideliter exequatur. §. 107. In eos, qui promissionem sponsalibus datam implere recusant, admonitione potius quam coactione agendum est. Omnis pactio de poena conventionali, si a sponsalibus resiliretur, persolvenda non tantum illicita, sed etiam invalida est. §. 109.

6-o Coniux, qui separationem a thoro et mensa obtinere desiderat, ante omnia parochum adeat suum. Hic utramque partem vocabit, et cuncta, quae lex Dei et foederis conjugalis dignitas suppeditat, motiva graviter simul et amanter adhibebit, ut coniugale vitae consortium intactum servetur. Si animos conciliare non valeat, Secundo et tertio idipsum, octiduo saltem quavis vice interposito, efficere conetur. Tertium tamen omitti potest experimentum, quando animorum exacerbatio successus spem adimit, aut in patulo sit, actorem vitae consortium continuare non posse, quin aeternam aut temporalem salutem urgenti exponat periculo. §. 211. Quodsi parochus frustra laboret, eo de negotio ad praesidem tribunalis matrimonialis referre, et casu, quo conjuges bis tantum vocaverit, causam, ex qua tertium experimentum omiserit, accurate exponere debet. Addat insuper, an et quatenus gravamina allata ipsi fundata videantur. §. 213.

7-o Quia experientia jam hucusque etiam docuit, in multis casibus difficile esse, ut patres sponsorum consensum suum libro copulatorum inscribant, cum multi scripturae ignari sint, aut ita magnis et difformibus characteribus scribant, ut solemne hoc documemtum deturpetur vel plane inficiatur; in hujusmodi casibus consultius erit, si suum in matrimonium filii vel filiae consensum in distincta charta exarent, et in eadem testes etiam se subscribant. Parochus in libro copulatorum breviter notare poterit, matrimonium cum consensu parentum initum fuisse, simul indigitet, sub quali signo ipsum documentum in archivo parochiali reperiri possit.

8-o Quantum ad Instructionem festo S. Luciae V. et M. anno praet. abhinc editam adtinet, reflectere debeo, et quidem

ad lit. C. quotiescunque a civili jurisdictione dispensatio in bannis petenda fuerit, partes documentum dispensationis, ab Ordinario obtentae, non offerent quidem, sed testimonium duntaxat parochi de eo, quod ab Ordinario dispensatae existant, eidem jurisdictioni exhibebunt. Si tamen ipsum documentum Dispensationis postulatum fuerit, hoc ipsum praesentabunt

ad lit. D. Dum moribundo assistens Sacerdos delegata ab Ordinario potestate in bannis dispensare necessarium duxerit, si tempus admittat, dispensationem hanc scripto dabit, ut in nexu huius dispensatio a Civili jurisdictione quoque dari possit.

Caeterum consultissimum erit, Congregationem Districtualem, seu omnium, seu aliquorum Fratrum asservare, ubi collatis ad invicem consiliis rem expeditiorem reddere, simulque dubia vestra mihi substernere poteritis.

Datum Strigonii die 16. Martii 1857.

benevolus

Joannes Card. A. Eppus

Cancellariae Agricusi et Suffraga-
neis die 22. sunt expeditae hae Civ

Nota

64

dilata est consultatio: quia cum sine sept. in medio Nov. usq. Vienna — Lucasq. nihil accepi — Consultationem ipsi dixi — maxime ppter parochos — — et ppter Eppos, qui a me inviationem petunt.

Patentales 8. Oct. cum Lege. prodiverunt tantum germanice — Zalka ex Offici Osis decessit pugelli, hungaricam Versionem — —

Prodierunt adusq. germanica duo opuscula: Sulte — et anonymus — Mittelmayer.

Prodibit hodie cras — fide digne refero, latina Instructio ad parochos probabiliter cum textu legis latino.

Nullus mihi insinuavit

Est lex juxta 2. art. Patent. pro solis foris Civilibus, & Milit. — sed tamen ppter Milites, & mixtam. scire, & observare debemus — — — etiam Anweisung

observari debet quia judicia Ecclea inviat Art. 3. ad Instructionem. Argumentatio est manifesta pro observantia Instructionis in textum art. hujus 3ii — 1. An aliquid Eccla lucrata sit? ita est. Nos per spensa — arbitri. Validum est

Totum Eccla —

In recessus sit magnus a priore nostra praxi. — essentialibus non. — sed in accidentalibus — imprimis per prohibitionem: uti minorennes — milites — & Civiles officiales — ad mortem damnati — adulteri — Forma ut cunq. manet, sed varietas veniet in serie Instructionum.

mulgat.

Attendendum 1° quae puncta reprimunt de[illegible] cum curatum, Cui Instructio danda est — et 2° quae pun[illegible] [illegible] Consistoria?

65.

...rtii Acatho...
...onii Promin...
...integrum
...nculi Ma...
...Lata per

tionem effect
cisiva poles.
tiam hanc, v
pronunciatur,
nii civili (La
Catholicae Iu
municari debe
determines, in
tentia istha
pro conscient

§ 49

Conversae ad
Zarti liberum
contra Matri
quod ei in se
competit, cora
cio Ecclesiae u
huic posterio
rem Matrimo
care. Si in p
validitas Mat
tentia haec via
Zarti Acatho
debitae pertra
canda est.

Iudicium
toria Sent
Causae to
da, et per
cursu Dep
Istituenda
vorcium
Catholica
cem pro
miniatione
fundata
civilia ju
da ac si
moniali
totale D
aut nun
miniatio
Zarti li
transcre

BIBLIOTHECA E.M. STRICON.

§ 44.

Si e duobus Conjugibus, qui, qua non Catholici Christiani matrimonium iniverunt, unus ad Religionem Catholicam convertatur, non Catholica Pars per id haud impeditur, quominus contra Matrimonium juxta eam legem ecclicam et coram illo Judicio ecclico procedere possit, cui ratione Confessionis suae subjacet. Non secus potest valor Matrimonii secundum eamdem legem et per idem Judicium etiam ex officio dijudicari — Lata ratione valoris Sententia, quoad dijudicationem effectuum civilium vi decisiva pollet. Si interim per Sententiam hanc, invaliditas Matrimonii pronunciatur, tunc illa, via Gubernii Civilis (Landes-stelle) cum Partis Catholicae Judicio Ecclesiastico communicari debet, scopo eo ut istud determinet, in quantum possit Sententia isthaec esse obligativa pro conscientia Partis Catholicae.

§ 45.

Conversae ad Religionem Catholicam Parti liberum est, jure ~~procedendi~~ contra Matrimonium procedendi, quod ei in Sensu Legis Ecclicae competit, coram proprio suo Judicio Ecclico uti — Non absimiliter huic posteriori licitum est valorem Matrimonii ex officio dijudicare. Si in finali Sententia invaliditas Matrimonii edicatur, sententia haec via Gubernii civilis cum Partis Acatholicae Judicio, fine debitae pertractationis communicanda est.

§. 46.

Si per Judicium Partis Catholicae, valor Matrimonii pronunciatur, Parti huic integrum manet Solutionem vinculi Matrimonialis postulare. – Lata per Judicium Catholicum invalidatoria Sententia, instar legalis Causae totalis Divortii spectanda, et pertractatio absque concursu Defensoris Matrimonii instituenda est. Si ~~totale~~ Divortium non petatur, Pars Catholica ad ordinarium Judicem pro ferenda idmodi Determinatione recurrere potest: quod fundata in suo Matrimonio civilia jura, ita sint adjustanda ac si solutio vinculi Matrimonialis intervenisset. Donec totale Divortium pronunciatum, aut nunc memorata Determinatio lata non est, neutri Parti licet ad novas Nuptias transire.

59

BIBLIOTHECA E.M. STRICON.

Nr. 1931.

EB 66.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino!

Licet plura iam prodierint opuscula, quae rem matrimonialem in sequelam novellaris legis multum illustrarunt, licet ipsa lex matrimonialis iunctaque huic „Instructio pro Judiciis Ecclesiasticis Imperii Austriaci“ in pagellis quoque „Religio“ vulgata fuerit: quo tamen ab omni hac in re errandi periculo tuti securique reddamini, intendo fasciculi, quo tam lex ipsa, quam instructio continetur, plura exempla procurare, quo sic singulus Vestrum, etiam si ex peculio Ecclesiae, codicem hunc, quo carere non potest, sibi comparare valeat. Volo autem, ut desiderium Vestrum via VADiaconi ocyus mihi significetis.

Strigonii, die 27-a Aprilis 1857.

Nr. 1940.

In nexu Instructionis die 16. Martii a. c. Nr. 1211. quoad causas matrimoniales abhinc datae, necesse habeo relate ad §. 63. „Instructionis pro Judiciis Ecclesiasticis Imperii Austriaci“ sequentia Vobis intimare:

Si sponsi verum domicilium non habent, sed in loco certo, neque tamen adhuc adminus per unius anni spatium commorantur: tales non tantum in loco commorationis, sed ibi quoque promulgari debent, ubi iura indigenatus (v. g. aliquam proprietatem possidendo) eis competunt.

Si vero talia iura nullibi haberent, tunc in parochia loci natalis, quantum fieri potest promulgentur.

Suapte intelligitur, ad copulationem procedendum haud esse, donec testimonia de peracta in omni parochia promulgatione exhibita non fuerint.

Strigonii, die 23. Aprilis 1857.

Benevolus

Joannes Card. Archiep.

67.

Nr. 18.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2996.
Consociatio S. Ladislai Clero commendatur.

Quamquam non pauca sint, quae nos hac temporis iniquitate non leviter perturbant, atque anxia sollicitudine replent, ille tamen totius consolationis Deus haud patitur angoris nostri solatia et his diebus malis, deesse, ut curae et sollicitudines nostrae quadamtenus leniantur. Sane talis solatiosus, ex inexhausta catholicae charitatis foecunditate promanans eventus est, recenter in Regni centro, Urbe Pestinensi, sub universi Episcopatus Hungariae protectione, sub praesidio item duorum de Ecclesia et Patria nostra optime meritorum virorum, Excellentissimi quippe Archi-Episcopi Josephi Lonovics, et Illustrissimi Comitis Stephani Károlyi ad sequentem triplicem, summe salutarem finem sub invocatione S. Ladislai Regis coadunata Consociatio: ut nimirum

I. Multiplicibus cum indigentiis colluctantes Orientis Christiani, et inter hos praeprimis, qui ibi sedes suas fixerunt, Patriotae nostri, in erigendis Ecclesiis, educatoriis, aliisque beneficis Institutis adiuventur.

II. Ut momentosiora molimina et Instituta in ipsa Patria nostra succollentur, demum

III. Ut communibus universalis Ecclesiae catholicae necessitatibus subveniatur, nominatim autem multum angustiato supremo Ecclesiae Capiti, Beatissimo Patri Nostro succursus, dum tali eguerit, praebeatur.

Membrum piae huius Consociationis potest esse quivis, in territorio Sacrae Coronae Hungaricae degens, absque discrimine sexus et aetatis Catholicus, qui in se benevole recipit: quod ad praedesignatum triplicem finem menstrue sex atque adeo annue septuaginta duobus cruciferis v. a. sit concursurus.

Nullus dubito, plerisque Vestrum partim e publicis pagellis, partim, qui membra Societatis S. Stephani estis, e submissa ad vos novissime de modo fata Societate pro mensibus Aprili et Maio anni curr. impressa relatione indolem et coordinationem neo-coadunatae, de qua Nobis hic sermo est, Sancti Ladislai Consociationis iam notam esse. — Plene vero utraque Vobis innotescet ex adiacentibus ·|. exemplis •|• Statutorum eiusdem Consociationis, per supremam tum ecclesiasticam cum civilem Jurisdictionem probatorum.

Sed et comperietis ex illis, qualisnam in adunandis pro parte laudatae Consociationis intra ambitum Parochiarum Vestrarum membris ac sociis, a Vobis deposcatur cooperatio, quam Vos eo promtius impensuros confido, quo magis Vestrum zelum in omni, quod bonum, quod salutare est promovendo, perspectum teneo.

Ut nihilominus in negotio hoc et ordine et optato cum successu procedatis, sequentem instructionem Vobis dandam censui.

Primo et ante omnia pro certa, determinata die e fidelibus Vestris illos, qui zelo Religionis, et adhaesione erga Ecclesiam caeteris praestant, pro fiduciali consultatione ad Vos invitabitis, illis scopum quaestionatae Consociationis S. Ladislai uberius una ac energice explanaturi; qua in re opportunum usum facere poteritis continentiarum Sacri Sermonis, qui occasione asservati nuper per centralem Commissionem „Veni Sancte“ a Vice-Archi-Diacono et Parocho Dioecesis Veszprimiensis Emerico Szabó, celebrato Oratore sacro, hungarice pronunciatus est, cujusve in lingvas etiam germanicam et slavicam traducti, aliquot exempla pro parte singuli Vice-Archi-Diaconalis Districtus penes has Circulares ·||. transponuntur. •||•

Secundo: terminata explanatione e praesentibus quaeretis: an non essent proclives membra fieri Consociationis, quae adeo sanctum et salutarem finem sibi praefixum habet? cohortando eos cum unctione spiritus, ut non renuant minutulo, quod desideratur, subsidio, ad Ecclesiae et Patriae efflorescentiam, ad salutis animarum promotionem, Religionis denique et Gloriae Dei propagationem promte concurrere, exiguoque, quod ad aram Dei sic deponent, sacrificio sibi suisque divinam Benedictionem emereri — si proclives se declaraverint, nomina eorum inseri procurabitis listae subscriptionali, cujus formularia peraeque ·|||. adjacent. •|||•

Tertio post peractam insertionem, ulterius progrediendo exponetis: quod in ambitu cujusvis Parochiae, sub praesidio Parochi, et unius laici constituenda veniat Commissio, cuius membra habitura sunt obligationem intra ambitum Parochiae pro parte dictae Consociationis socios conquirendi, et ab illis menstrue sex cruciferos incassandi; qualem Praesidem laicum, nec non Commissionis membra, et ista quidem

pro ratione extensionis et impopulationis Parochiae, maiore vel minore numero (qui tamen decem non superet) mox e praesentibus deligi facietis. Non absimiliter eadem fidelia eligendi erunt Notarius Commissionis, qui correspondentias, Protocolum et Catalogum Sociorum ducet, — item Cassae perceptor, qui per singula Commissionis membra colligendas a sociis menstruas symbolas in perceptum sumet et custodiet, quovis trimestri via districtualis Vice-Archi-Diaconi, ad Officium Dioecesanum per Commissionem promovendas.

Quarto. His superatis et in Protocolum sumtis, quo testatus per praesentes zelus et devotus sensus inter eos constanter foveatur, cum id per exercitia pietatis et pias sodalitates optime fieri possit, unam alteramve ex his, quales sunt: Sodalitas sanctissimi Altaris Sacramenti — adorationis Cordis Jesu — Cultus immaculate Conceptae Virginis Mariae — Sanctissimi Rosarii — Scapularis etc. illis commendabitis, provocando eos: ut sibi aliquam et recensitis piis Sodalitatibus (si in praesentiarum non haberent) eligant; quo eveniente interpellandi abs Vobis erunt, ut pro communibus, quas statuta huiusmodi piae Sodalitatis deposcunt, devotionibus, statis temporibus solerter conveniant, talesque rite persolvant. Devotionibus his semper praevie per Vos ex ambone annunciandis poterunt reliqui etiam fideles, seu sint membra Consociationis S. Ladislai, seu non, pariter intervenire. — Sub cujuscemodi devotionibus non intermittetis quandoque ad praesentes proloqui, commendando illis causam Consociationis S. Ladislai, atque eos pro eadem animando. Idipsum faciendum erit occasione quoque encaeniorum et aliarum ecclesiasticarum solennitatum, pro quibus maiore numero fidelis populus confluere svevit; opportune poterit eotum specialis etiam pixis *(perzsely)* exponi, ad quam pias symbolas, si qui voluerint, pro emolumento toties memoratae S. Ladislai Consociationis conferre valeant.

Quod ita intraverit, una cum menstruis Sociorum quottis singulo trimestri transponetur ad districtualem Vice-Archi-Diaconum, per hunc vero ad Officium Dioecesanum, abhinc demum ad centralem ipsius Consociationis Commissionem.

Ubi in singillativis Parochiis Commissiones coaluerint, harum Praesides iterum sub praesidio Vice-Archi-Diaconi et unius adhuc eligendi laici districtualem Commissionem constituent, cuius agenda § 6-o statutorum exponuntur.

Priusquam negotium hoc adgrederemini, cupio, ut illud in proxima autumnali Congregatione inter Vos ventilletis, et intuitu illius pro ratione specialium adiunctorum optima, qua fieri potest, modalitate effectuandi consilia invicem conferetis, tum vero cum initio affuturi mensis Novembris ad effectuationem quisque intra ambitum suae Parochiae in nomine Domini procedatis.

Occasione primae transpositionis symbolarum submittendus etiam erit catalogus Sociorum, qui primo trimestri, quippe mensibus Novembris, Decembri et Januarii semet inscribi curarunt, postmodum dein illorum duntaxat nomina, qui successive nefors adgregabuntur.

Evenire facile poterit, quod initio conatus Vestri non usquequaque laeto effectu sint coronandi, id tamen Vos haud debebit deterrere, quin potius zelum Vestrum eo magis acuere. — Si quamcunque paucos Vobis ab initio pro quaestionata Consociatione ex fidelibus Vestris lucrari successerit, Vos nihilominus cum illis in Commissionem coalescatis, quae germen constituet ulterius progressus et incrementi. — Bona enim causa, perduranter fota et sustentata, ad extremum tamen triumphat!

Potenti stimulo Vobis hac in re zelose agendi sit illa quoque anxietas, qua circa futuram Ecclesiae Catholicae in Patria Nostra sortem non infundate tenemur; fors prope est iam tempus, dum illa non exiguas luctas sustinendas habebit, ut saltem quaspiam reliquias pristini sui splendoris praesalvare possit. — Eotum universorum fidelium Nostrorum morali succollamine opus erit: de tempore itaque in illis vivacem pro causa Ecclesiae suae sensum excitare studeamus; iam autem insigne vehiculum pro eo suppeditat recte vertens in quaestione Consociatio, quae Vos iterato ad fiducialem cum fidelibus Vestris contactum ponet, Vobisque campum praebebit in illis zelum pro re Ecclesiae accendendi, modo utique et ipsi Vos tali ardeatis; — „neque enim, quemadmodum S. Gregorius Papa recte advertit, quod in se non ardet, aliud accendere potest."

Caetera Pater Omnipotens abundare faciat in Vobis, fidelibusque Vestris omnem gratiam suam et augeat incrementa frugum iustitiae Vestrae! — Strigonii festo S. Stephani Proto-Regis C. 1861.

benevolus

Joannes Card. Episc.

BIBLIOTHECA E.M. STRIGON.

Strigonii typis E. Horák.

Nr. 21.
1861.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3598.
„Mennyei hangok" liber precatorius depresso pretio acquiribilis.

Andreas Radlinsky, ADioecesis Strigoniensis Presbyter, Parochus Kutiensis, editi abs se sub titulo „Mennyei hangok" libri precatorii exempla, quae adhuc supersunt, notabiliter depresso pretio distrahit, prout id cognoscere licet ex tenoribus advolutae sub ./· annunciationis. Liber hic, verum promtuarium precum, hymnorum sacrorum et expositionum liturgicarum, triennali usu, publicisque encomiis probatus, tam Cleri, quam et fidelium attentionem plurimum meretur. Facilitatur autem acquisitio illius notabiliter depresso pretio, ut adeo ipsi etiam fideles, leviora pretia quaerentes, comparare sibi illum possint. Dum ergo Vobis illum commendo, una provocandos Vos censui, ut eum fidelibus quoque Vestris opportune commendetis. Exemplaria comparari possunt apud auctorem in Kuti, ultima posta Sasvár. Strigonii die 10. Octobris 1861.

Nr. 3815.
S. Georgiense et Apajense Benef. vacant.

Joanne Bartek, Parocho S. Georgiensi, resignato Beneficio, cum 1-a Novembris a. c. ad statum quietis recedente; item Andrea Gyurcsek ad Tepläense Beneficium translato, S. Georgiense et Apajense Beneficium canonice vacat. — Pro exhibendis ad effectum impetrandorum taliter vacantium Beneficiorum Patronatui inscriptis recursibus, diem ultimam affuturi mensis Novembris, ceu praeclusi terminum hisce defigo. Strigonii die 24-a Octobris 1861.

Nr. 3823.
Docentes de symbolis ad fundum pensionalem collatis qualiter certificandi?

Complurium Districtuum Docentes partim ope protocolli conferentiae, partim via praeordinatorum suorum, desiderium in eo expresserunt, quod intuitu pensorum ad fundum pensionalem persolutorum quietantia mediante certificari cuperent. Justo idmodi desiderio, ad compendiandum laborem, cum quietantiis distinctim exarandis secus praesuscipiendum, §. 33-o statutorum Instituti pensionalis congrue provisum est per id, quod consignatio pensorum, scholarum Inspectoribus in autumnali congregatione immanuandorum, in duplici exemplari Officio huic dioecesano exhiberi iubeatur, quorum unum, facta hic de pensis rite perceptis subsignatione, exhibenti scholarum Inspectori abhinc remittitur, pro legitimatione praestitae a Docentibus solutionis, et rite perceptorum in dioecesano hoc Officio pensorum deserviturum. Ad tollendam igitur omnem a parte membrorum Instituti hujus pensionalis diffidentiam, scholarum Inspectoribus hisce committo, ut, dum idmodi pensa dicto fundo inferunt, consignationem eorundem inomisse in duplici exemplo horsum exhibeant, quo sic uno eorum remisso et solutionem abs se et perceptionem abs dioecesano hoc Officio rite praestitam legitimare, Docentibusque occasione proximae conferentiae, cum ipsis e praescripto asservandae, ob oculos sistere possint. Strigonii die 25-a Octobris 1861.

Nr. 3588.
Erős Can. hon. obiit.

Die secunda curr. post suscepta moribundorum Sacramenta, in Domino defuncti Ignatii Erős, E M. S. Canonici honorarii et Instituti Sti Adalberti membri, animam piis omnium Vestrum suffragiis hisce devoveo. Strigonii die 9-a Octobris 1861.

benevolus

Joannes Card. Archiep.